A pserunt: ut creaturæ quidem, quod a seipsis absque auctore substantiam non capiant, sed principium creationis suæ ex Deo habeant, sic ex Deo esse perhibeantur: Filius autem solus æternus, ex substantia Patris esse dicatur. Hoc etenim peculiare et proprium unigeniti et veri Verbi Patris. Ac scriptionis quidem ejus quæ est, ex substantia Patris, occasio et causa hæc fuit. Episcopis porro rursus paucos, ut tum videbantur, illos interrogantibus, an Filium dicerent non creaturam, sed virtutem sapientiamque solam Patris, **575** atque imaginem sempiternam, non variantem, et similem per omnia Patri et Deo vero, deprehensi sunt Eusebiani, sibi invicem innuere atque dicere, hæc in nos quoque cadere, quod et nos imago et gloria Dei dicamur. B Ac de nobis illud dictum esse, Semper enim nos et qui vivimus; et, Virtutes multæ sunt: et, Exivit omnis virtus Dei ex Ægypto; et, Erucam atque locustam dici virtutem magnam; et, Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob. Sed et peculiares nos Dei esse, non simpliciter dici, verum fratres etiam vocari. Quod si verum quoque Deum Filium dicant, nihil nos id perturbat: cum enim factus sit, verus est. Hæc sane est Arianorum perversa sententia. Quapropter episcopi etiam, dolo eo perspecto, ex Scripturis collegerunt, resplendescentiam, fontem, fluvium, expressam imaginem substantiæ: et, *In lumine tuo videbimus lumen*[1]: et, *Ego et Pater unum sumus*, luculentiusque C deinceps et compendiosius scripserunt, consubstantialem Patri. Quæ verba Scripturæ non esse, Eusebius Cæsariensis episcopus novit (1): sed ab eis stulte reprehenduntur. Præter Scripturam enim et ipsi impietatis auctores erant (2). Minime namque Scripturæ verba sunt, Ex non existentibus; et, Fuit aliquando tempus, cum non esset. Itaque illi verbis non ex Scriptura quidem petitis, sed pie tamen inventis, convicti sunt et damnati. Ipsi siquidem veluti e stercore erutis vocibus, plane e terra locuti sunt. Episcopi autem non ipsi sibi verba confingentes, sed Patrum de eis testimonium habentes, ea in scripto suo usurparunt. Veteres enim episcopi ante annos prope centum et triginta, et in magna Roma, et in nostra urbe eos reprehen- D derunt, qui Filium creaturam, et non consubstantialem Patri esse dixerunt. Id quod cognitum est Eusebio Cæsareæ episcopo, qui prius quidem Arianæ fuit sectator hæresis: postea vero ipsi Nicænæ subscribens synodo, ad suos litteras dedit, et comprobavit, et priscis quoque doctos quosdam et præclaros episcopos et scriptores in Patris et Filii divinitate nomine τοῦ ὁμοουσίου esse usos. Isti igitur, morbo suo suppresso, quod tantam episco-

[1] Psal. xxxv, 10.

(1) Eusebii mentio hic non fit apud Theodoretum, cap. 8, lib. 1, *Historiæ suæ ecclesiasticæ*.

(2) Stulte Ariani verba catholicorum, *ex substantia Patris*, et *consubstantialis*, quod in Scripturis non inveniantur, reprehendunt, cum Arianarum præstigiarum nec voces, nec sententiæ in eisdem reperiantur.

porum multitudinem metuerent, in ea quæ decreta sunt, pedibus ierunt, propheticam in se reprehensionem pertrahentes. Nam **576** et ad eos hujus universi Deus exclamat: *Populus iste labiis me honorat, corde autem longe abest a me*[1], Theonas porro et Secundus, quod idem facere nollent, ab omnibus, suffragiis consentientibus, sunt excommunicati, ut qui Arii blasphemiam veritati evangelicæ anteferrent. » Hæc Athanasius.

A τοῖς ἐκτεθεῖσι συνέθεντο, τὴν προφητικὴν κατηγορίαν ἐπισπασάμενοι. Βοᾷ δὲ καὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· τῇ δὲ καρδίᾳ πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ*. Θεωνᾶς δὲ καὶ Σεκοῦνδος τοῦτο δρᾶσαι μὴ βουληθέντες, παρὰ πάντων συμφώνως ἀπεκηρύχθησαν, ὡς τὴν Ἀρείου βλασφημίαν τῆς εὐαγγελικῆς προτεθεικότες διδασκαλίας. » Ταῦτα καὶ Ἀθανάσιος.

CAPUT XXI.

Epistola Eusebii Pamphili ad Ecclesiam suam, acta synodi exponens.

Sedenim quæ etiam Eusebius Pamphili ex ipsa Nicæa ad quosdam Arianos qui proditionem non injuria ei objecerant, scripserit, audire convenit (1). Ea sane rabiem quoque eorum manifesto arguunt. Rectius autem consilium intentionemque ejus epistola ipsa indicabit, quæ sic habet: « Quæ de ecclesiastica fidei professione in frequenti synodo Nicææ celebrata sint acta, aliunde etiam credibile est vos cognovisse: quod fama plerumque certam accuratamque rerum gestarum commemorationem præcurrere solita sit. Cæterum ne rumoribus hujusmodi rei veritas aliter ad vos quam est acta, perferatur, necessario vobis misimus, primum a nobis propositam de fide scripturam, deinde etiam alteram, quam ad voces nostras accessionibus quibusdam adjectis ediderunt. Scriptum sane nostrum in præsentia Deo dilecti imperatoris nostri recitatum, ac recte probeque conceptum esse judicatum, ad hunc se habet modum: Professio fidei a nobis exposita, sicuti eam a decessoribus nostris episcopis, atque in prima rerum sacrarum institutione, et cum sacrum subiimus lavacrum, accepimus, et sicuti ex divinis didicimus Scripturis, atque simul et in presbyterio et in ipso episcopatu professi sumus et docuimus, ea est talis: Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, rerum omnium visibilium et invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum, Dei Verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, **577** vitam de vita, Filium unigenitum, primogenitum omnis creaturæ, ante omnia sæcula ex Patre genitum, per quem et omnia facta sunt; qui propter nostram salutem incarnatus, et inter homines versatus, et passus est: et ressurrexit tertia die, et ascendit ad Patrem, venturus rursum in gloria ad judicandum vivos et mortuos. Credimus etiam in Spiritum sanctum: horum quemque esse et subsistere credentes, Patrem vere Patrem, et Filium vere Filium, et Spiritum sanctum vere Spiritum sanctum, quemadmodum et Dominus noster discipulos suos ad prædicandi munus mittens, inquit: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris et Filii et Spiritus*

[1] Isa. xxix, 13.

(1) Theodoret. lib. I, cap. 11 et 12.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Ἐπιστολὴ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου πρὸς τὴν κατ' αὐτὸν ἐκκλησίαν, τὰ κατὰ τὴν σύνοδον διεξιοῦσα.

Οἷα δὲ καὶ ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος αὐτόθεν ἐκ Νικαίας πρός τινας ἔγραψεν Ἀρειανούς, προδοσίαν ὡς εἰκὸς ἐγκαλοῦντας, ἀκούειν χρεών. Ἔλεγχος δ' ἐναργὴς καὶ τῆς ἐκείνου λύττης ἐστίν. Ἄμεινον δὲ τὸν οἰκεῖον σκοπὸν ἡ ἐπιστολὴ δείξει. Ἔχει δὲ οὕτω· « Τὰ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως πραγματευθέντα κατὰ τὴν μεγάλην σύνοδον τὴν ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθεῖσαν εἰκὸς μὲν ὑμᾶς καὶ ἄλλοθεν μεμαθηκέναι, τῆς φήμης προτρέχειν εἰωθυίας τὸν περὶ τῶν πραττομένων ἀκριβῆ λόγον· ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκ τοιαύτης ἀκοῆς τὸ τῆς ἀληθείας ἑτεροίως ὑμῖν ἀπαγγέλληται, ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα ὑμῖν πρῶτον τὴν ὑφ' ἡμῶν προταθεῖσαν παρὰ τῆς πίστεως γραφήν. Ἔπειτα τὴν δευτέραν, ἣν ταῖς ἡμετέραις φωναῖς προσθήκας ἐπιβαλόντες, ἐκδεδώκασι. Τὸ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν γράμμα, ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλοῦς ἡμῶν βασιλέως ἀναγνωσθὲν εὖ τε ἔχειν καὶ δοκίμως ἀποφανθὲν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· Ἡ ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθεῖσα πίστις, καθὼς παρελάβομεν ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ κατηχήσει, καὶ ὅτε τὸ λοῦτρον ἐλαμβάνομεν, καθὼς ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν μεμαθήκαμεν· καὶ ὡς ἐν αὐτῷ τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ ἐν αὐτῇ ἐπισκοπῇ ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐδιδάσκομεν. Ἔστι δὲ αὕτη· Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ἁπάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, ζωὴν ἐκ ζωῆς, Υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένον, δι' οὗ καὶ ἐγένετο τὰ πάντα· τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα, καὶ ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον, καὶ παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἥξοντα πάλιν ἐν δόξῃ, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τούτων ἕκαστον εἶναι καὶ ὑπάρχειν πιστεύοντες Πατέρα ἀληθινῶς Πατέρα, καὶ Υἱὸν ἀληθινῶς Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἀληθινῶς Πνεῦμα ἅγιον· καθὰ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἀποστέλλων εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς, εἶπε· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*. Περὶ ὧν καὶ διαβεβαιούμεθα οὕτως

ἔχειν καὶ οὕτως φρονεῖν, καὶ πάλαι οὕτως ἐσχηκέναι, καὶ μέχρι θανάτου ὑπὲρ ταύτης συνίστασθαι τῆς πίστεως, ἀναθεματίζοντες πᾶσαν ἄθεον αἵρεσιν.

A *sancti* [1]. Quæ sic se habere, et nos sic sentire, sic etiam olim obtinuisse, nosque adeo de tali fidei professione usque ad mortem decertaturos esse, etiam atque etiam confirmamus, anathemate ferientes omnem impiam Deoque carentem hæresim.

« Ταῦτα ἀπὸ καρδίας καὶ ψυχῆς πεφρονηκέναι, ἐξ οὗπερ ἴσμεν ἑαυτούς, καὶ νῦν φρονεῖν τε καὶ λέγειν ἐξ ἀληθείας, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος, καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαρτυρόμεθα· δεικνύναι ἔχοντες καὶ δι' ἀποδείξεως, καὶ πείθειν ὑμᾶς, ὅτι καὶ τοὺς παρεληλυθότας χρόνους οὕτως ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐκηρύσσομεν. Ταύτης ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθείσης τῆς πίστεως, οὐδεὶς παρῆν ἀντιλογίας τόπος. Ἀλλ' αὐτός τε πρῶτος ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεύς, ὀρθότατα περιέχειν αὐτὴν ἐμαρτύρησεν. Οὕτω τε καὶ αὐτὸν φρονεῖν συνωμολόγησε, καὶ ταύτῃ τοὺς πάντας συγκατατίθεσθαι· ὑπογράφειν τε τοῖς δόγμασι καὶ συμφωνεῖν τούτους αὐτοῖς παρεκελεύσατο, ἑνὸς μόνου προσεγγραφέντος ῥήματος τοῦ ὁμοουσίου· ὃ καὶ αὐτὸ ἡρμήνευσε λέγων, ὅτι μὴ κατὰ σωμάτων πάθη λέγοιτο ὁμοούσιος, οὔτε κατὰ διαίρεσιν, οὔτε κατὰ ἀποτομὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑποστῆναι. Μηδὲ γὰρ δύνασθαι τὴν ἄϋλον καὶ νοερὰν καὶ ἀσώματον φύσιν σωματικόν τι πάθος ὑφίστασθαι· θείοις δὲ καὶ ἀπορρήτοις λόγοις προσήκει τὰ τοιαῦτα νοεῖν. Καὶ ὁ μὲν σοφώτατος καὶ εὐσεβέστατος ἡμῶν βασιλεὺς τὰ τοιαῦτα διεφιλοσόφει· οἱ δὲ προφάσει τῆς τοῦ ὁμοουσίου προστιθήκης ἑτέραν ἔκδοσιν πίστεως πεποιήκασιν (ἣν μικρῷ πρόσθεν κἀγὼ παρεθέμην τῇ ἱστορίᾳ). Ἧς δὴ καὶ ὑπαγορευθείσης, ὅπως εἴρηται, αὐτοῖς τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον οὐκ ἀνεξέταστον αὐθις κατελιμπάνομεν· ἐρωτήσεις γὰρ καὶ ἀποκρίσεις ἐντεῦθεν ἀνεκινοῦντο. Ἐδασανίζετο δὲ ὁ λόγος τῆς διανοίας τῶν εἰρημένων. Καὶ δὴ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ὡμολογεῖτο πρὸς αὐτῶν, δηλωτικὸν εἶναι τοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς μὲν εἶναι, οὐ μὴν ὡς μέρος ὑπάρχειν τοῦ Πατρός. Ταύτῃ καὶ ἡμῖν καλῶς ἔχειν ἐδόκει συγκατατίθεσθαι τῇ διανοίᾳ, τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας ὑπαγορευούσης ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν, οὐ μὴν μέρος αὐτοῦ τῆς οὐσίας τυγχάνειν. Διόπερ τῇ διανοίᾳ καὶ αὐτοὶ συντιθέμεθα· οὐδὲ τὴν φωνὴν παραιτούμεθα τοῦ τῆς εἰρήνης σκοποῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν κειμένου· καὶ τοῦ μὴ τῆς ὀρθῆς ἐκπίπτειν διανοίας. Κατὰ ταυτὰ δὲ καὶ τὸ, Γεννηθέντα, καὶ οὐ ποιηθέντα, κατεδεξάμεθα· ἐπειδὴ τὸ ποιηθὲν κοινὸν εἶναι ἔφασκον πρόσρημα τῶν λοιπῶν κτισμάτων τῶν διὰ τοῦ Υἱοῦ γενομένων, ὧν οὐδὲν ὅμοιον ἔχειν τὸν Υἱόν. Διὸ δὴ μὴ εἶναι αὐτὸν ποίημα τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις ἐμφερές· κρεῖττονος δὲ ἢ κατὰ πᾶν

etiam nunc sentire et profiteri vere, omnipotentem Deum et Dominum nostrum Jesum Christum testamur. Declarare quoque certa et fideli probatione, et persuadere vobis possumus, prioribus etiam temporibus nos sic et credidisse, et prædicasse. Hac a nobis exposita fidei professione, nullus erat contradicendi locus. Et ipse Dei amantissimus imperator, noster princeps, cum B rectissime eam conceptam esse testatus, tum ita seipsum sentire professus est: atque ut omnes ei assentirentur, subscriberent, et voce una suffragarentur, admonuit: uno duntaxat adjecto τοῦ ὁμοουσίου verbo, quod verbum etiam interpretatus es dicens, non juxta corporum perpessiones ὁμοούσιον dici, neque juxta divisionem, neque juxta resectionem ex Patre subsistere, quod materiæ prorsus expers intellectualis et incorporea natura corporalem quampiam perpessionem sustinere nequeat: divina vero et ineffabili ratione debere talia in animo considerari. Atque sapientissimus quidem et piissimus noster imperator ad hunc modum est philosophatus. **578** Illi vero per occasionem et C prætextum adjectionis τοῦ ὁμοουσίου (1), aliam fidei professionem composuerunt (quam paulo antea (2) historiæ adjeci). Ea porro recitata, quomodo ab eis, et ex substantia Patris, et consubstantialis Patri, esset dictum, minime indiscussum atque inexploratum reliquimus. Interrogationes namque et responsiones interpositæ, ratioque et sententia dictorum inquisita. Atque equidem illud, ex substantia, illi professi sunt significare, ex Patre quidem esse, sed non ut partem exsistere Patris. Cui sententiæ, cum recta esse videretur, assensimus: pia quippe doctrina dictante ex Patre esse Filium, non partem substantiæ ejus esse. Quapropter cum sententiam eam approbavimus, tum vocem quoque ipsam non repudiavimus, quod pacis scopum nobis ob oculos positum haberemus: et præterea, ne a D recta sententia excideremus. Eadem ratione et, Genitum, non factum, admisimus; quandoquidem verbum factum, communem appellationem esse dixerunt reliquarum creaturarum, quæ per Filium sunt conditæ. Earum quippe nihil habere simile

[1] Matth. xxviii, 20.

(1) Ambrosius *De fide, contra Arianos*: « Quomodo dicis, Ariane, in Scripturis divinis non inveniri ὁμοούσιον? Quasi ὁμοούσιον aliud sit quam quod dicit Dominus: « Ego et Pater unum sumus; Ego de Patre exivi, et veni in mundum: Ego in Patre, et Pater in me: Qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est ut esset æqualis Deo. » Hæc est tamen nominis ratio, ut in Patre et in Filio unitatem substantiæ credas: licet rem ipsam, quæ est inenarrabilis, definire non possis. Ut, sive lumen de lumine dicas, sive Verbum de Verbo, sive Spiritum de Spiritu, sive Dominum de Domino, quodcunque de eo dixeris, unius tamen essentiæ Patrem et Filium credas: ὁμοούσιον enim Græci dicunt quod nos cum uno aliud ipsum. » Cap. 5.

(2) Cap. 17 eod.

Filium : propterea que non esse eum facturam, eis quæ per ipsum factæ sunt similem : præstantiorem autem quam creaturam omnem obtinere substantiam, quam ex Patre genitam esse divina docent oracula : cum quidem modus ipse generationis omni genitæ naturæ ineffabilis sit, et inconsiderabilis. Similiter vero ratio probe disquisita, consubstantialem Patris esse Filium astruit, non quidem corporum more, neque ad animantium morti obnoxiorum instar : neque etiam juxta divisionem substantiæ, neque juxta resectionem : sed neque juxta perpessionem quampiam, aut versionem, aut mutationem Patris virtutis; quod aliena prorsus ab his omnibus sit ingenita Patris natura : sed quod consubstantialis Patri dicatur, illud significat atque infert, nullam omnino similitudinem ad crearuras conditas Filium Dei ferre, sed qui eum genuit, Patri tantum modis omnibus esse similem, et non esse ex alia quapiam subsistentia vel substantia quam Patris. Cui verbo, eo pacto per interpretationem exposito, recte nobis visum est assentiri, præcipue cum sciremus, ex veteribus eruditos quosdam et spectatos episcopos et scriptores (1), **579** in exponenda Patris et Filii divinitatis ratione τοῦ ὁμοουσίου nomine usos esse. Hæc de professione fidei publicitus edita sunt dicta. Cui universi assensimus, et quidem non citra disquisitionem, sed juxta sententias in præsentia Deo dilecti imperatoris investigatas, nobisque expositas, et rationibus quas diximus ex professo consentaneas. Porro anathema quod professioni fidei ab eis est adjectum, comprobandum esse duximus, ut homines vocibus quæ in Scripturis non inveniantur, uti prohiberentur, quæ fere causam omnem confusioni et seditioni Ecclesiæ præbuerunt. Nullius sane divinitus inspiratæ, et quæ rite ordine que dictis utitur Scripturæ, sunt illa, ex non exsistentibus : et, Fuit aliquando tempus cum non esset. Quare rationi minus consentaneum visum est, ea et dicere et docere : quo facilius calculo etiam nostro rite decretum anathema comprobavimus, quando quidem neque anteactis temporibus ejuscemodi verbis uti soliti sumus. Quin et illud, Eum antequam gigneretur non fuisse, anathemate jugulare non absurdum putavimus, propterea quod omnes profiteantur, eum esse Filium Dei, etiam ante nativitatem secundum carnem. Jam vero et Dei amantissimus imperator professionf inseri curavit, Juxta divinam illius nativitatem, ante omnia illum exsistere sæcula. Cum etiam priusquam actu gigneretur, potentia fuerit in Patre ingenito, Patre semper exsistente Patre, sicuti quoque rege semper et Salvatore · potentia omnia exsistente, semperque secundum eadem et similiter se habente. Hæc vobis, charissimi, necessario perscribenda putavimus, ut quæ disquisitionem et assensionem nostram subsecuta sint decreta declararem, et pulchre primum quidem ad ultimam usque horam stetisse nos intelligeretis, cum nos

(1) In his est Justinus Martyr.

A ποίημα τυγχάνειν οὐσίας, ἣν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγενῆσθαι τὰ θεῖα διδάσκει λόγια, τοῦ τρόπου τῆς γεννήσεως καὶ ἀνεκφράστου καὶ ἀνεπιλογίστου πάσῃ γεννητῇ φύσει τυγχάνοντος. Οὕτω δὲ καὶ τὸ ὁμοούσιον εἶναι τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ἐξεταζόμενος ὁ λόγος συνίστησιν, οὐ κατὰ τὸν τῶν σωμάτων τρόπον, οὐδὲ τοῖς θνητοῖς ζώοις παραπλησίως· οὔτε γὰρ κατὰ διαίρεσιν τῆς οὐσίας, οὔτε κατὰ ἀποτομήν, ἀλλ' οὐδὲ κατά τι πάθος, τροπὴν, ἢ ἀλλοίωσιν τῆς τοῦ Πατρὸς δυνάμεως. Τούτων γὰρ ἁπάντων ἀλλότριον εἶναι τὴν ἀγέννητον Πατρὸς φύσιν· παραστατικὸν δὲ εἶναι τὸ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τοῦ μηδεμίαν ἐμφέρειαν πρὸς τὰ γεννητὰ κτίσματα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ φέρειν· μόνον δὲ τῷ Πατρὶ τῷ γεγεννηκότι κατὰ πάντα τρόπον ἀφομοιοῦσθαι, καὶ μὴ εἶναι ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποB στάσεως καὶ οὐσίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρός· ᾧ καὶ αὐτῷ τοῦτον ἑρμηνευθέντι τὸν τρόπον, καλῶς ἔχειν ἐφάνη συγκατατίθεσθαι· ἐπεὶ καὶ τῶν παλαιῶν τινας λογίους ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας ἐγνωμεν, ἐπὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ ὁμοουσίου συγχρησαμένους ὀνόματι. Ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἐκτεθείσης εἰρήσθω πίστεως· ᾗ συνεφωνήσαμεν ἅπαντες οὐκ ἀνεξετάστως, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἀποδοθείσας διανοίας, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως ἐξετασθείσας, καὶ τοῖς εἰρημένοις λογισμοῖς συνομολογηθείσας. Καὶ τὸν ἀναθεματισμὸν δὲ τὸν μετὰ τὴν πίστιν πρὸς αὐτῶν τεθέντα δεκτὸν εἶναι ἡγησάμεθα, διὰ τὸ ἀπείργειν ἀγράφοις χρῆσασθαι φωναῖς· δι' ἃς σχεδὸν πᾶσα ἐγεγόνει σύγχυσις καὶ Cἀκαταστασία τῆς Ἐκκλησίας. Μηδεμιᾷς γοῦν θεοπνεύστου Γραφῆς τὸ, Ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὸ, Ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ τοῖς ἐξῆς ἐπιλεγομένοις κεχρημένης, οὐκ εὔλογον ἐφάνη ταῦτα καὶ λέγειν καὶ διδάσκειν· καὶ αὐτῷ καλῶς δόξαντι συνεθίμεθα· ἐπεὶ μηδὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου χρόνῳ τούτοις εἰώθειμεν συγχρῆσθαι τοῖς ῥήμασι. Ἔτι μὴν τὸ ἀναθεματίζεσθαι, Τὸ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι οὐκ ἦν, οὐκ ἄτοπον ἐνομίσθη, τὸ παρὰ πᾶσι μὲν ὁμολογεῖσθαι εἶναι αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως. Ἤδη δὲ ὁ θεοφιλὴς ἡμῶν βασιλεὺς τῷ λόγῳ κατεσκεύαζε κατὰ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ γέννησιν τὸ πρὸ πάντων αἰώνων εἶναι αὐτόν· ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργείᾳ γεννηθῆναι, δυνάμει ἦν ἐν τῷ Πατρὶ ἀγεννήτως, ὄντος τοῦ Πατρὸς ἀεὶ Πατρὸς, ὡς καὶ βασιλέως ἀεὶ καὶ DΣωτῆρος, καὶ δυνάμει πάντα ὄντος, ἀεί τε κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος. Ταῦτα ὑμῖν ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα, ἀγαπητοὶ, τὰ κεχριμένα τῆς ἡμετέρας ἐξετάσεώς τε καὶ συγκαταθέσεως, φανερὰ καθιστάντες· ὡς εὐλόγως ποτὲ μὲν καὶ μέχρις ὑστάτης ὥρας ἱστάμεθα, ὅθεν ἡμῖν τὰ ἑτεροίως γραφέντα προσέκοπτε· τότε δὲ ἀφιλονείκως τὰ μὴ λυποῦντα καταδεξάμεθα, ὅθ' ἡμῖν εὐγνωμόνως τῶν λόγων ἐξετάζουσι τὴν διάνοιαν, ἐμφανῆ σύμπραξιν ἔχειν ἔδοξε τοῖς ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐν τῇ προεκτεθείσῃ πίστει ὡμολογημένοις. »

ab aliis aliter scripta offenderent: deinde vero contentionis studio objecto, ea quæ nos nihil perturbarent complexos esse, cum nobis benigne verborum sententiam inquirentibus, manifestum habere consensum viderentur cum eis quæ in fide a nobis prius proposita professi fueramus. »

Ὡς μὲν οὖν οὐ πρόσφατος ἡ τοῦ ὁμοουσίου λέξις ὑπὸ τῶν τηνικάδε συναθροισθέντων φανεῖσα, ἀλλ' ἐκ πολλῶν ἤδη τῶν χρόνων σοφοῖς τισι Πατράσιν ἐξευρημένη, ἀριδήλως ἐσήμανεν ὁ Εὐσέβιος. Καὶ ὅτι κ ἐνῇ συμφωνίᾳ πάντες τῷ ὁμοουσίῳ συνεψηφίσαντο, ὡς αὐτὸς μικρὸν ἄνωθεν παρεθέμην· ἃ καὶ Εὐσέβιος ἐν τῷ *Εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου* σαφῶς παριστᾷ. A

Verum enimvero consubstantialis vocem non novam, aut ab episcopis Nicææ tum congregatis primum proditam, sed a multis antea annis a sapientibus inventam usurpatamque Patribus esse, aperte ostendit Eusebius. **580** Tum autem τὸ ὁμοούσιον communi consensu concordique calculo ab omnibus comprobatum, paulo ante ipse exposui, id quod Eusebius quoque in libro De *vita Constantini* luculenter astruit.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Ὡς καὶ οἱ τελευτήσαντες δύο Πατέρες τὸν ὅρον τῆς συνόδου ὑπέγραψαν, Χρύσανθος καὶ Μουσώνιος.

Ὃ δὲ γέγονε παράδοξον ἐν τῇ τοῦ ἁγίου συμβόλου ὑπογραφῇ, οὐκ ἄκαιρον γένοιτο διελθεῖν. Ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ χρόνου τῆς συνοδικῆς τελειώσεως δύο τινὰς τῶν ἐπισκόπων συνέβη τὸν βίον ἀπολιπεῖν, μήπω τῷ τόμῳ τὰς ὑπογραφὰς ἐνθεμένους. Ὁ δὲ λοιπὸς τῶν Πατέρων ὅμιλος, ἐπὶ τὸ κοινὸν τῆς κοιμήσεως χωρίον γενόμενοι, ὥσπερ δὴ ζῶσι καὶ ἀκροωμένοις περιστάντες τὸ μνῆμα, τὸν τόμον ἐπὶ χεῖρας φέροντες, Τὸν καλὸν ἀγῶνα, εἶπον, θεῖοι Πατέρες, σὺν ἡμῖν ἠγωνίσασθε· τὸν δρόμον ἐτελέσατε· τὴν πίστιν ἐτηρήσατε. Εἰ τοίνυν δεῖν εἶναι λογίζεσθε τὸ πραχθὲν παρ' ἡμῖν, ὅτι γε καὶ νῦν καθαρώτερον ἐποπτεύετε, ἀμέσῳ τῇ αἴγλῃ τῆς Τριάδος καταστραπτόμενοι, σὺν ἡμῖν τὸν τόμον ὑποσημαίνειν χρεών. Ταῦτ' ἔλεγον, καὶ τῇ σορῷ τὸν τόμον ἐσφραγισμένον παραθέμενοι, ἐν ἀγρύπνῳ διετέλουν νυκτί. Εἶθ' ἑξῆς προσιόντες τῶν σφραγίδων ἐπικειμένων, ἀνελίξαντες τὸν τόμον εὗρον καὶ τὰς ἐκείνων ὑπογραφὰς ἐνταγείσας ταῖς λοιπαῖς, νεαρὰς ἔτι, ταῦτα διαγορεύουσας· Χρύσανθος καὶ Μουσώνιος οἱ μετὰ τῶν Πατέρων πάντων ὁμοφωνήσαντες ἐν τῇ ἁγίᾳ πρώτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῇ ἐν Νικαίᾳ, εἰ καὶ τῷ σώματι μετέστημεν, ἀλλ' οὖν οἰκείᾳ χειρὶ τὸν τόμον καὶ ἡμεῖς ὑπεργράψαμεν. B C

Cæterum quod in subscriptione sancti Symboli insigne accidit miraculum, id non intempestivum fuerit commemorare. Priusquam acta synodi perficerentur, evenit ut duo episcopi e vita ante discesserint quam professionis fidei scripto annotationem subscriptionemque suam apposuissent. At reliqua Patrum turba ad communem sepulturæ et dormitionis locum venere, et monumento illorum assistentes, scriptumque in manibus habentes, tanquam ad viventes et audientes: Bonum certamen, dixerunt, divi Patres, nobiscum decertastis, cursum peregistis, fidem servastis. Si igitur obtinere debere id censetis quod a nobis est actum, quoniam nunc, nullo interposito obstaculo, Trinitatis splendore illustrati, clarius id perspicitis, peropus est vos nobiscum libello subscribere. Hæc illi dixere, et libellum obsignatum ad tumulum deposuere, noctemque totam insomnem egere. Postridie vero ad locum cum rediere, signa inviolata invenere, et libello explicato subscriptiones illorum reliquis insertas cognovere, recentes adhuc in hæc verba conceptas: Chrysanthus et Musonius, qui cum Patribus omnibus in sancta prima et œcumenica Nicæna synodo consensimus, quamvis corpore translati, manu tamen propria nos quoque libello subscripsimus.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Ὅποῖα καὶ ἡ ἁγία σύνοδος τῇ Ἀλεξανδρέων ἔγραψεν Ἐκκλησίᾳ περὶ ὧν διεπράξατο.

Ἡ δὲ σύνοδος τὰ πεπραγμένα τῇ τε Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ Αἰγύπτῳ, Λιβύῃ τε καὶ Πενταπόλει τάδε ἀπέστειλε γράψασα· « Τῇ ἁγίᾳ Θεοῦ χάριτι μεγάλῃ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, οἱ ἐν Νικαίᾳ συναχθέντες, καὶ τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν συγκροτήσαντες σύνοδον, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ἐπειδὴ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συγκροτήσαντος, ἐξάπαντος ἀναγκαῖον ἐφάνη παρὰ τῆς ἱερᾶς συνόδου καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐπισταλῆναι γράμματα, ἵν' εἰδέναι ἔχοιτε, τίνα μὲν ἐκινήθη καὶ ἐξητάσθη, τίνα δὲ ἔδοξε καὶ ἐκρατύνθη· πρῶτον μὲν οὖν ἐξ ἁπάντων ἐξητάσθη τὰ κατὰ τὴν D

CAPUT XXIII.

Ut duo etiam mortui episcopi et Patres decretis synodi subscripserint, Chrysanthus et Musonius.

CAPUT XXIV.

Quæ ipsa sancta synodus Alexandrinæ scripserit Ecclesiæ de rebus in synodo gestis.

Synodus autem acta sua Alexandriæ, Ægypto, Libyæ et Pentapoli, litteris ad hunc modum perscripsit: Sanctæ et magnæ Dei gratia Alexandrinorum Ecclesiæ, et qui in Ægypto, Libya et Pentapoli sunt, dilectis fratribus, qui Nicææ congregati, magnam et sanctam celebrarunt synodum, in Domino salutem. Quandoquidem divina gratia et Deo dilectissimo imperatore Constantino congregante, omnino necessarium visum est, sacram synodum ad vos dare litteras, ut intelligere possitis, cum quæ ibi in quæstionem et disquisitionem venere, tum quæ decreta sancitaque sunt. Itaque scitote, primo omnium inquisitum esse in impieta-

tem et prævaricationem Arii sectatorumque ejus, et in præsentia Dei amantissimi imperatoris Constantini, consentientibus omnium sententiis, placitum ut anathemate impia ejus opinio et voces atque verba blasphema condemnarentur, quibus ille Filium Dei blasphemans usus est, ex non existentibus illum esse dicens, et fuisse aliquando tempus cum non fuerit, et arbitrii libertate vitii virtutisque capacem esse Filium Dei creaturam eumdem et facturam nominans. Quæ omnia sancta synodus anathemati subjecit, ne audire quidem impiam opinionem, mentis vecordiam blasphemaque ejus verba sustinens. Atque equidem res ejus quem consecutæ sint exitum, aut jam audivistis, aut certe audietis, ne insultare nos homini videamur qui peccati sui condigna tulit præmia. Tantopere autem invaluit ejus impietas, ut simul cum eo pessum ierint Theonas Marmaricæ, et Secundus Ptolemaidis, episcopi: nam et hi factionis ejus sunt. Sed enim cum per gratiam Dei perversa illa opinione, impietate et blasphemia, nec non hominibus eis qui seditionem atque discessionem ausi sunt concitare in populo antea pacato, Ægyptus sit liberata, et temeritas Melitii atque eorum qui ab eo sunt in sacrum ordinem cooptati, adhuc reliqua fuerit, quæ etiam super hac re synodus decreverit, vobis, fratres dilecti, significamus. Constituit namque ut Melitius (in quem illa quidem humanius affecta fuit: **582** summo enim jure nullam prorsus merebatur veniam) in civitate sua maneat, potestatem autem nullam habeat vel eligendi, vel manus imponendi: et ut neque in regione, neque in urbe alia, hujus saltem rei gratia appareat, nudumque dignitatis nomen retineat: et qui ab eo in sacrum ordinem lecti fuerant, ut arcaniori et sanctiori ordinatione confirmati, ad communionem admittantur. Præterea ut liceat eis quidem honorem simul et functionem ministerii obtinere: secundum autem prorsus locum, ab omnibus cujuscunque paræciæ et ecclesiæ exploratis, ac per reverendissimum fratrem et collegam nostrum Alexandrum lectis atque designatis, ferant. Cæterum ut nulla eis sit facultas quos visum sit designandi, aut nomina eorum subjiciendi, aut omnino faciendi quidquam præter catholicæ Ecclesiæ episcoporum, qui sub Alexandro sunt, sententiam. Qui vero per gratiam Dei et precationes vestras in nulla dissidii factione reperiantur, sed integri atque inpolluti in catholica Ecclesia consistant, eis potestas permissa est et designandi, et nomina dictandi eorum, saltem qui clero digni sint, et omnia prorsus faciendi legibus constitutionibusque ecclesiasticis consentanea. Quod si quem eorum qui Ecclesiæ præsunt, decedere contingat, tum in defuncti locum et honorem provehi quisquam ex recens cooptatis debet, ut modo idoneus sit et a populo eligatur, ita tamen ut ad electionem ejusmodi calculus, suffragium, et confirmatio episcopi Alexandrini accedat. Atque hoc quidem

ἀσέβειαν καὶ τὴν παρανομίαν Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ· καὶ ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου ἔδοξεν ἀναθεματισθῆναι τὴν ἀσεβῆ αὐτοῦ δόξαν, καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ ὀνόματα τὰ βλάσφημα οἷς ἐκέχρητο βλασφημῶν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγων αὐτὸν ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ εἶναί ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ αὐτεξουσιότητι κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντος, καὶ κτίσμα καὶ ποίημα ὀνομάζοντος. Ἅπαντα ταῦτα ἀνεθεμάτισεν ἡ ἁγία σύνοδος, οὐδὲ ὄσον ἀκοῦσαι τῆς ἀσεβοῦς δόξης ἡ ἀπονοίας καὶ τῶν βλασφήμων ῥημάτων ἀνασχομένη. Καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνον οἷου τέλους τετύχηκεν, ἢ ἀκηκόατε, ἢ ἀκούσεσθε· ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπεμβαίνειν ἀνδρὶ δι' οἰκείαν ἁμαρτίαν ἄξια τὰ ἐπίχειρα κομισαμένῳ. Τοσοῦτον δὲ ἰσχυσεν αὐτοῦ ἡ ἀσέβεια, ὡς καὶ παραπολέσαι Θεωνᾶν ἀπὸ Μαρμαρικῆς, καὶ Σεκοῦνδον ἀπὸ Πτολεμαΐδος· τῶν γὰρ αὐτῶν κἀκεῖνοι τετυχήκασιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις τῆς μὲν κακοδοξίας ἐκείνης καὶ ἀσεβείας καὶ βλασφημίας καὶ τῶν προσώπων τῶν τολμησάντων διάστασιν καὶ διαίρεσιν ποιήσασθαι τοῦ εἰρηνευομένου ἄνωθεν λαοῦ ἠλευθέρωσε τὴν Αἴγυπτον· ἐλείπετο δὲ τὸ κατὰ τὴν προπέτειαν Μελιτίου καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντων· καὶ περὶ τούτου τοῦ μέρους ἃ ἔδοξε τῇ συνόδῳ, ἐμφανίζομεν ὑμῖν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. Ἔδοξεν οὖν Μελίτιον, φιλανθρωποτέρως κινηθείσης τῆς συνόδου, κατὰ γὰρ τὸν ἀκριβῆ λόγον οὐδεμιᾶς συγγνώμης ἄξιος ἦν, μένειν ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ, καὶ μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν αὐτὸν μήτε χειροθετεῖν, μήτε προχειρίζεσθαι· μήτε ἐν χώρᾳ, μήτε ἐν πόλει ἑτέρᾳ φαίνεσθαι ταύτης τῆς προφάσεως ἕνεκα· ψιλὸν δὲ ὄνομα τῆς τιμῆς κεκτῆσθαι· τοὺς δὲ ὑπ' αὐτοῦ κατασταθέντας, μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιωθέντας, κοινωνῆσαι· ἐπὶ τούτοις, ἐφ' ᾧ τε ἔχειν αὐτοὺς τὴν τιμὴν καὶ λειτουργίαν· δευτέρους δὲ ἐξάπαντος εἶναι πάντων τῶν ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ τε καὶ ἐκκλησίᾳ ἐξεταζομένων, τῶν ὑπὸ τοῦ τιμιωτάτου ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἀλεξάνδρου προκεχειρισμένων. Ὥστε τούτοις μηδεμίαν ἐξουσίαν εἶναι τοὺς ἀρίσκοντας αὐτοῖς προχειρίζεσθαι, ἢ ὑποβάλλειν ὀνόματα, ἢ ὅλως ποιεῖν τι, χωρὶς γνώμης τῶν τοῦ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐπισκόπου τῶν ὑπὸ Ἀλέξανδρον· τοὺς δὲ χάριτι Θεοῦ καὶ εὐχαῖς ὑμετέραις ἐν μηδενὶ σχίσματι εὑρεθέντας, ἀλλὰ ἀκηλιδώτους ἐν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ὄντας, καὶ ἐξουσίαν ἔχειν προχειρίζεσθαι, καὶ ὀνόματα ἐπιλέγεσθαι τῶν ἀξίων τοῦ κλήρου· καὶ ὅλως πάντα ποιεῖν κατὰ νόμον καὶ θεσμὸν τὸν ἐκκλησιαστικόν. Εἰ δέ τινα συμβαίη ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τηνικαῦτα προσαναβαίνειν εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος τοὺς ἄρτι προσληφθέντας· μόνον εἰ ἄξιοι φαίνοιντο, καὶ ὁ λαὸς αἱροῖτο, συνεπιψηφίζοντος αὐτῷ, καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Τοῦτο δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσι συνεχωρήθη· ἐπὶ δὲ τοῦ Μελιτίου προσώπου οὐκέτι τὰ αὐτὰ ἔδοξε διὰ τὴν ἀνέκαθεν αὐτοῦ ἀταξίαν, καὶ διὰ τὸ πρόχειρον καὶ προπετὲς τῆς γνώμης· ἵνα μηδεμία ἐξουσίᾳ ἢ αὐθεντίᾳ αὐτῷ δοθείη, ἀνθρώπῳ δυναμένῳ πάλιν τὰς αὐτὰς ἀταξίας ἐμποιῆσαι. Ταῦτά

ἐστι τὰ ἐξαίρετα καὶ διαφέροντα Αἰγύπτῳ καὶ τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ. Εἴ δέ τι ἄλλο ἢ ἐκανονίσθη ἢ ἐδογματίσθη, συμπαρόντος τοῦ κυρίου καὶ τιμιωτάτου συλλειτουργοῦ καὶ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἀλεξάνδρου, αὐτὸς παρὼν ἀκριβεστέρως ἀνοίσει πρὸς ὑμᾶς, ὅτε δὴ καὶ κύριος καὶ κοινωνὸς τῶν γεγενημένων τυγχάνων. Εὐαγγελιζόμεθα δὲ ὑμῖν καὶ περὶ τῆς συμφωνίας τοῦ ἁγιωτάτου Πάσχα, ὅτι καὶ ὑμετέραις εὐχαῖς κατωρθώθη καὶ τοῦτο τὸ μέρος· ὥστε πάντας τοὺς ἐν τῇ Ἑῴᾳ ἀδελφοὺς τοὺς μετὰ Ἰουδαίων τοπρότερον ποιοῦντας συμφώνως Ῥωμαίοις καὶ ἡμῖν, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοῖς ἐξ ἀρχαίου μεθ' ἡμῶν φυλάττουσι τὸ Πάσχα, ἐκ τοῦ δεῦρο ἄγειν. Χαίροντες οὖν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι, καὶ τῇ τῆς εἰρήνης συμφωνίᾳ, καὶ ἐπὶ τῷ πᾶσαν αἵρεσιν ἐκκοπῆναι, ἀποδέξασθε μὲν μετὰ μείζονος τιμῆς καὶ πλείονος ἀγάπης τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν, ὑμῶν δὲ ἐπίσκοπον Ἀλέξανδρον, τὸν εὐφράναντα ἡμᾶς ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ τοσοῦτον πόνον ὑποστάντα ὑπὲρ τοῦ εἰρήνην γενέσθαι καὶ παρ' ὑμῖν· εὔχεσθε δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἁπάντων, ἵνα τὰ καλῶς ἔχειν δόξαντα ταῦτα βέβαια μείνῃ διὰ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.» Ἀμήν.

A omnibus aliis concessum est : in persona autem Melitii non idem constitutum, propter priorem inordinatum ejus morem celeritatemque et præcipitantiam sententiæ et consilii, ne qua sit ipsi vel potestas vel auctoritas, homini scilicet qui rursum temeritatem ordinis negligentem inducere possit. Hæc sunt quæ præcipue ad Ægyptum et Ecclesiam Alexandrinam pertinent. Si quid vero præterea vel canonibus vel decretis est constitutum, reverendissimus dominus, frater et collega noster Alexander, certius ad vos reversus perferet, quippe et auctor et particeps actorum omnium. Lætum insuper vobis afferimus nuntium de sanctissimi Paschatis celebrandi consensu; nam et hæc res precibus vestris recte constituta atque ordinata B est : **583** fratresque Orientales omnes, qui antea cum Judæis fecerunt, ex hoc ipso tempore cum Romanis et nobiscum, omnibusque adeo aliis qui antiquitus nobiscum Pascha celebrarunt, id se concorditer acturos consenserunt. Gaudete igitur de rebus ecclesiasticis ordinatis, de pacis consensu et concordia restituta, et de hæresibus omnibus excisis, atque majore cum honore prolixioreque charitate suscipite collegam quidem nostrum, episcopum autem vestrum Alexandrum, qui nos profecto præsentia sua exhilaravit, plurimumque in hac ætate sua, ut pax quoque apud vos esset, laboris sustinuit. Orate pro omnibus nobis, ut quæ a nobis recte sunt constituta, firma stabiliaque maneant, per Deum omnipotentem, et Dominum nostrum Jesum Christum, cum sancto Spiritu : cui sit gloria in sæcula. Amen.

Οὐχ ἡ θεία σύνοδος μόνη, ἀλλὰ καὶ ὁ περιβόητος Κωνσταντῖνος, τῷ δήμῳ τῶν Ἀλεξανδρέων τὰ ἴσα διεχάραττε γράμματα· ἐν ᾧ δείκνυσιν ὡς οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, ὁ ὅρος ὑπηγορεύθη τῆς πίστεως, ἀλλὰ δοκιμασίᾳ πολλῇ καὶ συζητήσει ἠκριβωμένῃ· καὶ ὅσα τῷ δόγματι ἦσαν ἁρμόδια, πάντα εἰς μέσον ἦχθη· καὶ πρότερον ἐρεύνῃ διαβεβηκυίᾳ. ὅσα πρόφασιν διαστάσεως ἐδόκει γενῆν, ἐκποδὼν ἐγένοντο ἀναντιῤῥήτως· καὶ οὕτως ὁ ὅρος ἐξήγετο. Καὶ τέλος Θεοῦ γνώμην τὴν εἰς ταυτὸ γνώμης ἐλθοῦσαν τῶν ἐπισκόπων σύνοδον ὀνομάζει· καὶ Πνεύματι ἁγίῳ τῶν τοσούτων Πατέρων τὴν συμφωνίαν εἶναι διασαφεῖ, κἀντεῦθεν καὶ μηδὲ τῆς ἀληθείας ἀστοχῆσαι καὶ τἀσφαλοῦς.

C Non ipsa vero synodus tantum, sed et celeberrimus Constantinus, ad populum Alexandrinum ejus generis dedit litteras, quibus ostendit, non simpliciter, temere aut neglectim definitionem professionis fidei editam, sed exploratione multa atque disquisitione accurata adhibita, quæcunque dogmati consentanea essent, in medium producta : primumque investigatione diligenti observata, quæcunque occasionem dissidii et seditionis creare possent, ea ita rejecta, ut contra dici quidquam non posset : et sic deinde definitionem ipsam promulgatam esse : postremo Dei sententiam concordem episcoporum synodi sententiam vocat, atque Spiritui sancto tot Patrum consensum acceptum refert, per quem illi a vera et certa sententia non D exciderint.

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Ἐπιστολὴ τοῦ μεγάλου βασιλέως Κωνσταντίνου ταῖς ἁπανταχοῦ ἐκκλησίαις περὶ τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ διαπεπραγμένων· καὶ κατὰ Ἀρειανῶν.

Ὁ δ' αὐτὸς καὶ τοῖς μὴ δυνηθεῖσιν ἀφικέσθαι τῶν ἐπισκόπων, καὶ ταῖς ἁπανταχοῦ ἐκκλησίαις τὰ γεγενημένα διδάσκων, ἔγραφε τοιάδε· « Πεῖραν λαβὼν ἐκ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραξίας ὅση τῆς θείας δυνάμεως πέφυκε χάρις, τοῦτον πρὸ πάντων ἔκρινα εἶναί μοι προσήκειν σκοπὸν, ὅπως παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας πληθέσι πίστις μία, καὶ εἰλικρινὴς ἀγάπη, ὁμογνώμων τε περὶ

CAPUT XXV.

Epistola magni imperatoris Constantini ad omnes ubique ecclesias de sanctæ synodi actis, et adversus Arianos.

Idem et ad episcopos qui ad conventum venire non potuerunt, et ad omnes ubique ecclesias quæ, acta ibi essent declarans, ad hunc modum scripsit (1) : « Experientia edoctus per rerum publicarum prosperitatem, quanta sit divinæ potestatis gratia, illum mihi propositum esse debere finem judicavi, ut a beatissimis catholicæ Ecclesiæ populis fides una et sincera charitas, consentiensque in

(1) Theodoret. lib. I, c. 10.

lleam pietas servetur. Sedenim cum aliter omnino lieri non posset, **584** ut ordo stabilis et firmus constitueretur, nisi simul omnes, aut certe plures ejusdem scopi convenirent, et de re qualibet ad sanctissimam religionem pertinente dijudicarent, ejus rei gratia, quam fieri potuit plurimis coactis, me quoque perinde atque uno aliquo ex vobis (non enim negaverim, quo maxime lætor, conservum vestrum me esse) præsente, usque adeo omnia in debitam sunt disquisitionem vocata, quousque rerum omnium inspectori Deo placita sententia, ad consentientis unitatis concordiam stabiliendam, in lucem est protracta, ita ut nihil jam quod ad dissensionem aut professionis fidei ambiguitatem facere posset, sit relictum. Ubi cum de sanctissimo etiam Paschatis die quæstio esset exorta, sententiis omnium decretum est, convenire, ut id eodem tempore ab omnibus ubique peragatur. Quid enim nobis esse potest vel pulchrius, vel gravius, quam si is dies festus, unde spem immortalitatis percepimus, uno ordine et celebri ritu ab omnibus certo inviolabiliter peragatur? Ac primum quidem indigna res fuit, sanctissimum eum diem imitatione atque consuetudine Judæorum celebrare, qui manibus suis nefario flagitio contaminatis, non injuria quoque animis sunt excæcati, homines scelerati. Quidni enim liceat, gente ea rejecta, rectiore verioreque ordine, quem a primo passionis die hucusque servavimus, ad futura quoque sæcula observationis hujus ritum transmittere? Itaque nihil vobis commune sit cum fœtissima Judæorum turba. Aliam siquidem a Salvatore accepimus viam. Propositus est sacratissimæ religioni nostræ suus cursus, et legitima quæ illam deceat regula, quam unanimi consensu complectentes, nos ipsos a fœda illa conscientia et societate retrahamus, fratres reverendissimi. Et profecto omnium absurdissimum est, illos gloriando jactare, hisce observandis nos sufficere non posse absque illorum doctrina et præscripto. Quidnam vero illi recte sentire et sapere possunt, qui post illam Domini cædem mentibus capti, non ratione aliqua, sed impotenti impetu, quocunque eos insitus impellit furor, ducuntur? Quam ob causam, cum in hac quoque parte verum non perspiciant, sed uti semper, affectu vitioso transversi rapiantur, potius quam errorem corrigant, eodem anno bis Pascha peragunt. **585** Qua igitur de causa eos sequemur, qui gravi errore se implicatos esse confitentur? Bis equidem eodem anno Pascha celebrare haud unquam sustinuerimus. Atque etiamsi hæc vobis non exponerentur, conveniret tamen, vos, pro mentis vestræ sagacitate, semper et studere et optare, ne cujuspiam similitudine et exemplo puritatem animarum vestrarum polluceretis, neve hominum modis omnibus malorum consuetudinem imitari videremini. Ad hæc illud quoque considerandum venit in re tanta et tam solemnibus religionis nostræ feriis, dissensionem exstare

A τὸν παγκρατῆ Θεὸν εὐσέβεια τηρῆται. Ἀλλ' ἐπεὶ δὴ τοῦτο ἑτέρως οὐχ οἷόν τε ἦν, ἀκλινῆ καὶ βεβαίαν τάξιν λαβεῖν, εἰ μὴ εἰς ταυτὸ πάντων ὁμοῦ, ἢ τῶν γοῦν πλειόνων ἐπισκόπων συνελθόντων, ἑκάστης τῶν προσηκόντων τῇ ἁγιωτάτῃ θρησκείᾳ διάκρισις γένοιτο· τούτου ἕνεκεν πλείστων ὅσων συναθροισθέντων, καὶ αὐτὸς ὤν, καθάπερ εἷς ἐξ ὑμῶν, τυγχάνων συμπαρών (οὐ γὰρ ἀρνησαίμην ἂν ἐφ' ᾧ μάλιστα χαίρω, συνθεράπων ὑμέτερος πεφυκέναι), ἄχρι τοσούτου ἅπαντα τῆς προσηκούσης τετύχηκεν ἐξετάσεως, ἕχρις οὗ ἡ τῷ τῶν πάντων ἐφόρῳ Θεῷ ἀρέσκουσα γνώμη πρὸς τὴν τῆς ἑνότητος συμφωνίαν εἰς φῶς προήχθη, ὡς μηδὲν ἔτι πρὸς διχόνοιαν, ἢ πίστεως ἀμφισβήτησιν ὑπολείπεσθαι. Ἔνθα καὶ περὶ τῆς τοῦ Πάσχα ἁγιωτάτης ἡμέρας γενομένης B ζητήσεως, ἔδοξε κοινῇ γνώμῃ, καλῶς ἔχειν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας πάντας τοὺς ἁπανταχοῦ ἐπιτελεῖν· τί γὰρ ἡμῖν κάλλιον, τί δὲ σεμνότερον ὑπάρξει δυνήσεται τοῦ τὴν ἑορτὴν ταύτην, παρ' ἧς τὴν τῆς ἀθανασίας εἰλήφαμεν ἐλπίδα, μιᾷ τάξει καὶ φανερῷ λόγῳ παρὰ πᾶσιν ἀδιαπτώτως φυλάττεσθαι; Καὶ πρῶτον μὲν ἀνάξιον ἔδοξεν εἶναι τὴν ἁγιωτάτην ἐκείνην ἑορτὴν τῇ τῶν Ἰουδαίων ἑπομένους συνηθείᾳ πληροῦν, οἳ τὰς ἑαυτῶν χεῖρας ἀθεμίτῳ πλημμελήματι χράναντες, εἰκότως τὰς ψυχὰς οἱ μιαροὶ τυφλώττουσιν. Ἔξεστι γὰρ, τοῦ ἔθνους ἀποβληθέντος, ἀληθεστέρᾳ τάξει ἣν ἐκ πρώτης τοῦ πάθους ἡμέρας μέχρι τοῦ παρόντος ἐφυλάξαμεν, καὶ ἐπὶ τοὺς μέλλοντας αἰῶνας τὴν τῆς ἐπιτηρήσεως ταύτης συμπλήρωσιν ἐγγίνεσθαι. Μηδὲν τοίνυν ἔστω ὑμῖν C κοινὸν μετὰ τοῦ ἐχθίστου τῶν Ἰουδαίων ὄχλου. Εἰλήφαμεν γὰρ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἑτέραν ὁδόν. Πρόκειται γὰρ ὁρόμος τῇ ἱερωτάτῃ ἡμῶν θρησκείᾳ, καὶ νομικὸς κανὼν καὶ πρέπων τούτῳ, οὗ συμφώνως ἀντιλαμβανόμενοι τῆς αἰσχρᾶς ἐκείνης ἑαυτοὺς συνειδήσεως, ἀποσπάσωμεν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι. Ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀτοπώτατον ἐκείνους αὐχεῖν, ὡς ἄρα παρεκτὸς τῆς αὐτῶν διδασκαλίας ταῦτα φυλάττειν οὐκ ἐσμὲν ἱκανοί. Τί δὲ φρονεῖν ἐκείνοι ὀρθὸν δυνήσονται, οἳ μετὰ τὴν Κυριοκτονίαν ἐκείνην τῶν φρενῶν ἐκστάντες, ἄγονται οὐ λογισμῷ τινι, ἀλλ' ὁρμῇ ἀκατασχέτῳ, ὅπου ἂν αὐτοὺς ἡ ἔμφυτος ἀπάγῃ μανία; Ἐκεῖθεν τοίνυν κἂν τούτῳ τῷ μέρει τὴν ἀλήθειαν οὐχ ὁρῶντας, ὡς ἀεὶ κατὰ πάθος αὐτοὺς D πλανωμένους, ἀντὶ τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει δεύτερον τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖν. Τίνος οὖν χάριν τούτους ἑπόμεθα, οἳ δεινὴν πλάνην νοσεῖν ὁμολόγηνται; δεύτερον γὰρ τὸ Πάσχα ἐν ἑνὶ ἐνιαυτῷ οὐκ ἄν ποτε ποιεῖν ἀνεξόμεθα. Ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτα μὴ προὔκειτο, τὴν ὑμετέραν ἀγχίνοιαν ἐχρῆν καὶ διὰ σπουδῆς καὶ δι' εὐχῆς ἔχειν πάντοτε, ἐν μηδενὸς ὁμοιώματι τὸ καθαρὸν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς κοινωνεῖν, ἢ δόκεῖν ἕπεσθαι ἀνθρώπων ἕθεσι παγκάκων. Πρὸς τούτοις κἀκεῖνο πάρεστι συνορᾶν, ὡς ἐν τηλικούτῳ πράγματι καὶ τοιαύτῃ θρησκείας ἑορτῇ διαφωνίαν ὑπάρχειν ἐστὶν ἀθεώτατον· μίαν γὰρ ἡμῖν τὴν τῆς ἡμετέρας ἐλευθερίας ἡμέραν, τουτέστι τοῦ ἁγιωτάτου πάθους, ὁ ἡμέτερος παρέδωκε Σωτήρ· μίαν εἶναι τὴν καθολικὴν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν βεβού-

λητε· ἧς εἰ καὶ τὰ μάλιστα εἰς πολλούς τε καὶ διαφόρους τόπους τὰ μέρη διῄρηνται, ἀλλ' ὅμως ἓν πνεύματι, τουτέστι τῷ θείῳ βουλήματι θάλπεται. Λογισάσθω δὲ ἡ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἐγχείρησις, ὅπως ἔστι δεινόν τε καὶ ἀπρεπὲς κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας ἑτέρους μὲν ταῖς νηστείαις σχολάζειν, ἑτέρους δὲ συμπόσια τελεῖν· καὶ μετὰ τὰς τοῦ Πάσχα ἡμέρας ἄλλους μὲν ἑορταῖς καὶ ἀνέσεσιν ἐξιτάζεσθαι, ἄλλους δὲ ταῖς ὡρισμέναις ἐκδιδόσθαι νηστείαις. Διὰ ταῦτα γοῦν τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως τυχεῖν, καὶ πρὸς μίαν ἑιατύπωσιν ἄγεσθαι τοῦτον, ἡ θεία πρόνοια βούλεται· ὡς ἔγωγε ἁπαθῶς συνορῶ. Ὅθεν ἐπιεῖδὴ τοῦτο οὕτως ἐπανορθοῦσθαι προσήκει, ὡς μηδὲν μετὰ τῶν Κυριοκτόνων εἶναι κοινὸν, ἔστι τε τάξις εὐπρεπὴς, ἣν ἅπασι τῶν δυτικῶν τε καὶ μεσημβρινῶν καὶ ἀρκτῴων τῆς οἰκουμένης μερῶν παραφυλάττουσιν αἱ ἐκκλησίαι· καί τινες τῶν κατὰ τὴν Ἑῴαν τόπων, ὧν ἕνεκεν ἐπὶ τοῦ παρόντος καλῶς ἔχειν ἅπαντες ἡγήσαντο· καὶ αὐτὸς δὲ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγχινοίᾳ ἀρέσειν ὑπεσχόμην· ἵνα ὅπερ δ' ἂν κατὰ τὴν Ῥωμαίων πόλιν, Ἰταλίαν τε καὶ Ἀφρικὴν ἅπασαν, Αἴγυπτον, Ἱσπανίας, Γαλλίας, Βρεταννίας, Λιβύας, ὅλην Ἑλλάδα, Ἀσιανήν τε διοίκησιν, καὶ Ποντικὴν, καὶ Κιλικίαν, μιᾷ καὶ συμφώνῳ φυλάττηται γνώμῃ, ἀσμένως τοῦτο καὶ ἡ ὑμετέρα προσδέξηται σύνεσις, λογιζομένη, ὡς οὐ μόνον πλείων ἐστὶν ὁ τῶν κατὰ τοὺς προειρημένους τόπους ἐκκλησιῶν ἀριθμὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς τοῦτο μάλιστα κοινῇ πάντας ὁσιώτατόν ἐστι βούλεσθαι· ὅπερ καὶ ὁ ὀρθὸς ἀπαιτεῖν δοκεῖ λόγος· καὶ οὐδεμίαν μετὰ τῆς Ἰουδαίων ἐπιορκίας ἔχειν κοινωνίαν. Ἵνα δὲ τὸ κεφαλαιωδέστατον συντόμως εἴπω, κοινῇ πάντων ἥρεσε κρίσει, τὴν ἁγιωτάτην τοῦ Πάσχα ἑορτὴν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συντελεῖσθαι. Οὐδὲ γὰρ πρέπει ἐν τοιαύτῃ ἁγιότητι εἶναί τινα διαφοράν· καὶ κάλλιον ἔπεσθαι τῇ γνώμῃ ταύτῃ, ἐν ᾗ οὐδεμία ἔσται ἀλλοτρίας πλάνης καὶ ἁμαρτήματος ἐπιμιξία. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἀσμένως δέχεσθε τὴν οὐρανίαν καὶ θείαν ὡς ἀληθῶς ἐντολήν. Πᾶν γὰρ ὅ τι δ' ἂν ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἐπισκόπων συνεδρίοις πράττηται, φῦτο πρὸς τὴν θείαν βούλεσιν ἔχει τὴν ἀναφοράν. Διὸ πᾶτι τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν ἀδελφοῖς ἐμφανίσαντες τὰ προγεγραμμένα, ἤδη καὶ τὸν προειρημένον λόγον καὶ τὴν παρατήρησιν τῆς ἁγιωτάτης ἡμέρας ὑποδέχεσθαί τε καὶ διατάττειν ὀφείλετε· ἵνα ἐπειδὰν πρὸς τὴν πάλαι μοι ποθουμένην τῆς ὑμετέρας διαθέσεως ὄψιν ἀφίκωμαι, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὴν ἁγίαν μεθ' ὑμῶν ἑορτὴν ἐπιτελέσαι δυνηθῶ, καὶ πάντων ἕνεκεν μεθ' ὑμῶν εὐδοκήσω, συνορῶν τὴν διαβολικὴν ὠμότητα ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως διὰ τῶν ἡμετέρων πράξεων ἀνῃρημένην, ἀκμαζούσης πανταχοῦ τῆς ὑμετέρας πίστεως καὶ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξαι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

Ὁποῖα δὲ καὶ κατ' Ἀρείου καὶ τῶν ὁμοφρόνων ἐκείνῳ γράφει τοῖς πανταχοῦ ἐπισκόποις καὶ λαοῖς, δίκαιον ἐπακοῦσαι. « Τοὺς πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς

A aliquam, longe esse impiissimum. Unum namque nobis liberalis atque redemptionis nostræ diem, sanctissimæ scilicet passionis suæ, Salvator noster dedit. Unam esse catholicam suam Ecclesiam voluit : cujus tametsi partes in multis variisque sunt dispersæ locis, uno tamen spiritu, hoc est, divino arbitrio fovetur. Consideret porro sanctitatis vestræ solertia quam grave sit et indecorum, per eosdem dies, alios quidem jejuniis intentos esse, alios vero conviviis vacare ; et post Paschatis dies, hos quidem feriari et conquiescere, illos autem statis jejuniis macerari. Quapropter hanc rem, pro eo atque decet corrigi, atque ad unum institutum formamque perduci, divina vult providentia, quantum equidem extra omnem affectum positus B perspicio. Itaque cum hoc sic corrigere conveniat, ne quid nobis cum Domini percussoribus sit commune, et decens exstet ordo, quem omnes Occidentalium, et Meridionalium, Septentrionalium-que habitabilis orbis partium Ecclesiæ, et quibusdam quoque in locis Orientales observant, ea de causa in præsentia omnibus convenire visum est, ipsque adeo id solertiæ vestræ placiturum esse recepi, ut quod per urbem Romanam, Italiam, Africam omnem, Ægyptum, Hispanias, Gallias, Britannias, Libyam, cunctam Græciam, Asianam atque Ponticam ditionem, et Ciliciam, uno atque consentienti servatur consilio, id libenter quoque prudentia vestra suscipiat, secum ipsa perpendens, non modo ampliorem esse Ecclesiarum in eis quæ C diximus locis numerum, verum etiam idem communiter omnes sentire et velle, esse quam sanctissimum. Quin et strictior ipsa atque exactior ratio flagitare videtur, **586** ne qua nobis sit cum Judæorum perjurio communio. Et ut tandem summam rei breviter dicam : communi omnium judicio placuit, sanctissimas Paschatis ferias, uno eodemque die peragi. Minime namque decet in re tam sancta aliquam exstare dissensionem. Et pulchrius est eam sequi sententiam, in qua nulla sit alieni erroris et peccati contagio. Ac cum ita se res habeat, libentibus animis cœleste hoc et vere divinum suscipite præceptum. Quidquid enim in sanctis episcoporum agitur conventibus, id ad divinam refertur voluntatem. Itaque eis quæ scripsimus omnibus dilectis fratribus nostris significatis, jam rationem hanc et observationem sanctissimi diei suspicere atque instituere debetis, ut cum in pietatis vestræ (quod dudum mihi fuit in votis) conspectum venero, uno eodemque die sanctas vobiscum ferias celebrare valeam, et rebus omnibus una vobiscum ex animo delectar, feritatem diabolicam per vim divinam operibus nostris sublatam, vestramque ubique fidem, pacem et concordiam vigentem cernens. Deus vos servet, fratres dilecti. »

Æquum etiam est, quæ contra Arium et sectatores ejus, omnibus passim episcopis et populis scripsit, cognoscere. « Cum malignos et impios

Arius sibi imitandos duxerit, par est ut eamdem cum illis ferat ignominiam. Quemadmodum igitur Porphyrius divinæ pietatis hostis, iniquis de religione compositis libris, condignam reperit mercedem, per quam omnium futuris sæculis probris obnoxius erit, plurimaque obruetur infamia, atque insuper impia ejus abolita sunt scripta, ita et nunc placitum nobis est, Arium et Arii suffragatores, Porphyrianos quidem nominari, ut quorum imitati sunt mores, eorum quoque obtineant appellationes : si quod autem scriptum ad Ario compositum reperiatur, ut igni id tradatur volumus, ut non modo improba ejus doctrina abrogetur, verum etiam ne monumentum quidem aliquod ejus relinquatur. Illud equidem prædictum volo, si quis libellum aliquem ab Ario conscriptum celare, nec continuo igni comburere, deprehensus fuerit, supplicium ei mortis esse constitutum. **587** Illico namque in crimine tali comprehensus pœnam sustinebit capitalem. » Plures etiam alias adversus eosdem ad loca omnia misit epistolas, verbis per ironiam ad simulationem compositis, eis illudens. Nicomediensibus itidem (1) contra Eusebium et Theognidem scripsit, Eusebium perstringens, veluti Licinio aliquando faventem sibique insidiantem, atque alium episcopum legere jubens; quod et factum est. Eas epistolas hoc loco apponere, ne longior esse videar, minus convenire putavi. Ac de his quidem hactenus.

μιμησάμενος Ἄρειος, δίκαιός ἐστι τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ὑπέχειν ἀτιμίαν. Ὥσπερ τοίνυν Πορφύριος ὁ τῆς θεοσεβείας ἐχθρὸς συντάγματα παράνομα περὶ τῆς θρησκείας συστησάμενος, ἄξιον εὗρατο μισθόν· καὶ τοιοῦτον ὥστε ἀπονείδιστον μὲν αὐτὸν πρὸς τὸν ἑξῆς γενέσθαι χρόνον, καὶ πλείστης ἀναπλησθῆναι κακοδοξίας, ἀφανισθῆναι δὲ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα· οὕτω καὶ νῦν ἔδοξεν Ἀρειόν τε καὶ τοὺς Ἀρείου ὁμογνώμονας Πορφυριανοὺς μὲν καλεῖσθαι, ἵν' ὧν τοὺς τρόπους μεμίμηνται, τούτων ἔχωσι καὶ τὴν προσηγορίαν· πρὸς δὲ τούτοις, καὶ εἴ τι σύνταγμα ὑπὸ Ἀρείου συντεταγμένον εὑρίσκοιτο, τοῦτο πυρὶ παραδίδοσθαι, ἵνα μὴ μόνον τὰ φαῦλα αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ἀφανισθείη, ἀλλὰ μηδὲ ὑπόμνημα αὐτοῦ ὅλως ὑπολίποιτο. Ἐκεῖνο μέντοι προαγορεύω· ὡς εἴ τις σύνταγμα ὑπὸ Ἀρείου συνταγὲν φωραθείη κρύψας, καὶ μὴ εὐθέως προσενεγκὼν πυρὶ κατανα-λώσῃ, τούτῳ θάνατος ἔσται ἡ ζημία. Παραχρῆμα γὰρ ἁλοὺς ἐπὶ τούτῳ, κεφαλικὴν ὑποστήσεται τιμωρίαν. » Πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας ἐπιστολὰς κατ' αὐτῶν πέμψας, ἀπανταχοῦ ἐξαπίστειλεν, ἐν εἴρωνι τῷ λόγῳ διαπαίζων αὐτούς. Καὶ Νικομηδεῦσι δὲ κατὰ Εὐσεβίου καὶ Θεόγνιδος ἔγραφεν, ἐν οἷς τοῦ Εὐσεβίου καθάπτεται, ὡς Λικινίῳ ἐνεδρεύοντος, κἀκείνῳ ἐπιβουλεύοντος, καὶ ἐπίσκοπον ἕτερον αἱρεῖσθαι· ὃ καὶ ἐγένετο. Τὸ δὲ μῆκος φεύγων ἐγὼ, καὶ ταύτας παραθεῖναι τὰς ἐπιστολὰς οὐ δέον ἐλογισάμην. Καὶ περὶ μὲν τούτων ταῦτα.

CAPUT XXVI.

Quod Constantinus benedictionis causa, Constantinopolim synodo translata, publicum ei præbuit epulum et muneribus omnes honoris gratia prosecutus, domum quemque dimiserit.

Cæterum rebus ad hunc modum euntibus, commodum evenit ut vicesimus Constantini imperii annus tum compleretur. Et Romani more recepto, decimo quoque principis sui imperii anno, communem et publicum agebant conventum diemque festum. Itaque et ipse decere id arbitratus, ad epulas synodum invitat, et toris plurimis ordine suo collocatis, eodem in loco excipit, multisque et sermonibus et donis honorificentiam et liberalitatem erga illos declarans, præclarissimos quosque eorum mensæ suæ adhibet. Quorum quidem, cum ille mutilata propter Christum cerneret membra, atque fidei eorum constantiam inde colligeret, labiis ipse suis cicatrices eorum exosculari et venerari dedignatus non est, gratiam se osculo ejusmodi et benedictione eorum percipere confisus. Posteaquam autem finem suum convivium id habuit, loco suo exsurgens, supplicis more conventum rogavit, ut qui tantum pertulissent laboris, perpaucos sibi dies dare, et recens fundatam urbem, jam tum perfectam, adire non gravarentur, ut precationibus suis munitiones et muros ejus firmarent. Atque illi statim, quod petierat, faciunt. Constantinopolim veniunt, Encæenia et consecra-

(1) Socrat. lib. 1 *Historiæ eccles.*

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Ὅτι ἐν Κωνσταντινουπόλει τὴν σύνοδον ἀγαγών, εὐλογίας χάριν, ἑστιάσεως ἐποιήσατο· καὶ δώροις ἅπαντας χιλοτιμησάμενος, οἴκαδε ἀπέλυεν ἕκαστον.

597 Cæterum in urbem sanctam reversa, in Sion amplissimum longe lateque construxit templum, in cujus postico domum circumclusit, in qua, foribus clausis, propter metum Judæorum, discipuli fuerant congregati: in qua etiam sacra cœna peracta, sacraque pedum lotio, nec non Spiritus sancti in cœnaculo adventus, in qua primus quoque hierarcha et episcopus Jacobus renuntiatus est. In eo templo marmorea quoque fuit columna, ad quam cum flagellis cæderetur, alligatus est Salvator. In cujus parte sinistra, divi prophetæ Davidis sepulcrum magnifice in sublimi collocatum. Sion ipsa ad australem urbis est sita partem, superiorem ejus sortita regionem, passibusque mille a Christi resurrectionis loco distat. Et in palatio Caiphæ, Petro apostolorum principi templum aliud constituit. Atque in fovea Jeremiæ, et ad fontem qui Siloe dicitur, mirifica construxit opera. Postremo et agrum figuli apparari curavit, in advenarum scilicet et peregrinorum sepulturam. Sed et filii Constantini instinctu, ad arborem Mambre, quæ nunc Terebinthus dicitur, quindecim stadiis meridiem versus vicinam habens Hebron, Hierosolymis autem circiter ducenta et quinquaginta stadia abest, ubi vera certaque fama est, una cum angelis contra Sodomam euntibus, et Filium Dei hospitaliter acceptum esse ab Abraham, ab eoque Isaaci procreationem annuntiatam, maximum ornatissimumque templum erexit. Intellexerat enim Constantinus sub ea arbore, veteres Græcæ superstitionis aras construxisse, Græcis sacrificiis istic operatos esse, vinum libasse, thura adolevisse, bovem, hircum et gallum sacrificasse, lucernas accensas oleo infuso apposuisse, placentas obtulisse: quosdam etiam nummos et varii generis unguenta in vicinum puteum conjecisse, ita ut rerum conjectarum ingenti copia aqua inutilis sit reddita. Quod sane Constantini uxoris mater, cum istac transiret, visum, genero ipsi renuntiavit. Animadverterat enim æstivo tempore, loci incolas, longinquiores etiam Palæstinos, Phœnices et Arabes, annuas ferias in ea regione peragere. Et (1) conventus celebritasque ea grata fuerat **598** omnibus: Judæis quidem quod patriarcham generisque sui principem jactarent Abrahamum; Græcis vero, propter angelorum in eum locum adventum: Christianis porro, quod Deo dilecto illi id prædictum fuerat, quod multis postea sæculis de Virgine futurum fuerat. Qua re Constantinus cognita, episcopis Palæstinis vitio vertebat, in primisque Eusebium Pamphili perstringebat, quod sic tam sanctum locum despexissent. Itaque episcopis Phœniciæ mandavit ut ex ipsis fundamentis aræ everterentur, simulacra igne comburerentur, ac templum ibi tantæ antiquitatis nomini conveniens exstrueretur, in quo divinum numen Ecclesiæ recepto in ritu coleretur, locusque de cætero a contaminatione omni liber esset. Quod si quis dein-

Πάλιν δὲ πρὸς τὴν ἁγίαν ὑποστρέψασα πόλιν, ἐν τῇ Σιὼν μέγιστον εἰς μῆκος καὶ πλάτος ἐκτρέχοντα οἶκον ἀνίστη· οὗ ἐν μὲν τοῖς ὄπισθεν μέρεσι τὸ οἴκημα περιέκλεισεν, ἔνθα ἦσαν συνηγμένοι τῶν θυρῶν κεκλεισμένων διὰ τὸν τῶν Ἰουδαίων φόβον οἱ μαθηταὶ, ἐν ᾧ καὶ ὁ θεῖος δεῖπνος ἐγένετο, ὅ τε θεῖος νιπτὴρ, καὶ ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κάθοδος· ἐν τῷ ὑπερῴῳ· καὶ πρῶτος ἱεράρχης ἀνεκηρύχθη Ἰάκωβος· ὅπου δὴ καὶ ὁ πορφυροῦς ἦν κίων, ἔνθα προσεδέθη φραγγελωθεὶς ὁ Σωτήρ. Οὗ τοῖς εὐωνύμοις μέρεσι τοῦ ναοῦ ὁ τοῦ θείου προφήτου Δαυὶδ τάφος μεγαλοπρεπῶς ὄρυται τῇ προσκομιδῇ τῆς ἀναφορᾶς. Ἡ δὲ Σιὼν πρὸς νότον ἐστὶ τῆς πόλεως, τὸν ὑπερανεστηκότα χῶρον ταύτης λαχοῦσα. Μίλιον δ' ἐν διέχει Σιὼν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως. Κἂν τῇ αὐλῇ δὲ τοῦ Καϊάφα Πέτρῳ τῷ κορυφαίῳ τῶν μαθητῶν ναὸν ἕτερον ἤγειρεν. Ἔν τε τῷ λάκκῳ Ἱερεμίου καὶ ἐν τῇ πηγῇ ἡ τοῦ Σιλωὰμ εἴρηται, πολυτελῆ τὰ ἔργα ἐποίει. Τέλος δὲ καὶ τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως μετασκευάσασα, πολυάνδριον ἔπραττε τοῖς ξένοις δηλονότι ταφήν. Σπουδαῖς δὲ τοῦ παιδὸς Κωνσταντίνου κἀν τῇ δρυῒ τῇ Μαυρῇ, ἥτις νῦν Τερέβινθος λέγεται, ἀπὸ ιε' μὲν σταδίων γείτονα τὴν Χεβρὼν ἔχουσα πρὸς μεσημβρίαν, Ἱεροσολύμων δὴ διεστῶτα ἀμφὶ διακόσια καὶ πεντήκοντα στάδια, ἔνθα λόγος ἐστὶν ἀληθὴς σύναμα τοῖς κατὰ Σοδομιτῶν ἰοῦσιν ἀγγέλοις καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐπιξενωθῆναι τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τὴν τοῦ Ἰσαὰκ γέννησιν ἐπαγγελλασθαι, ναὸν μέγιστον καὶ περικαλλέστατον ἀνεδείματο· καὶ γὰρ μαθὼν ἦν Κωνσταντῖνος ὑπὸ τῇ δρυῒ, βωμοὺς Ἑλληνικοὺς τοὺς πάλαι ἱδρύσασθαι, καὶ θυσίας Ἑλληνικὰς ἐκεῖσε τελεῖσθαι, οἴνους τε σπένδειν, καὶ λιβάνους ἐπιθύειν, καὶ βοῦν καὶ τράγον καὶ ἀλεκτρυόνα· λύχνους τε ἐτίθουν ἠμμένους ἐπιχέοντες ἔλαιον, καὶ πόπανα προσῆγον· ἦσαν δὲ οἳ καὶ νομίσματα καὶ μύρα διάφορα κατὰ τοῦ ἐκεῖσε φρέατος ἔβαλλον, ὡς ἐντεῦθεν ἀχρεῖον τὸ ὕδωρ γίνεσθαι τῇ ποικίλῃ μετουσίᾳ τῶν ῥιπτουμένων. Ἡ τῆς Κωνσταντίνου δὲ γαμετῆς μήτηρ ἐκ τοῦ παρήκοντος, θεασαμένη, τῷ γαμβρῷ τὸ δρώμενον ἤγγελλεν, ὥρᾳ θέρους τοὺς ἐπιχωρίους ἰδοῦσα καὶ τοὺς προσωτέρω Παλαιστινοὺς, Φοίνικάς τε καὶ Ἀραβίους, τὴν ἐτήσιον τῷ χώρῳ ἄγοντας ἑορτήν. Ἤδει γὰρ ἐπέραστος ἦν ἡ πανήγυρις· Ἰουδαίοις μὲν, ὅτι πατριάρχην ηὔχουν τὸν Ἀβραὰμ, Ἕλλησι δὲ, διὰ τὴν τῶν ἀγγέλων τῷ χώρῳ ἐπιδημίαν· Χριστιανοῖς δὲ, ὅτιπερ τῷ θεοφιλεῖ ἐκείνῳ προεμήνυσεν, ὃ πολλοῖς χρόνοις ἐς ὕστερον ἐκ παρθένου ποιεῖν ἔμελλεν. Ἃ δὴ πυθόμενος Κωνσταντῖνος, τῶν ἐν Παλαιστίνῃ ἐπισκόπων κατηγτιάτο· καὶ μᾶλλον Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου κατηπτέτο, οὕτω τὰ περὶ τὸν ἅγιον ὑπερειδόντας τόπον. Καί γ' ἐκέλευε τοῖς τῆς Φοινίκης ἐπισκόποις ἐκ βάθρων μὲν καθαιρεῖν τοὺς βωμοὺς, πυρὶ δὲ τὰ ξόανα δαπανᾷν· ἄξιον δὲ τέμενος τῷ περιωνύμῳ τῆς τοῦ τόπου ἀρχαιότητος καθιερῶν, καὶ τὸ θεῖον ἐκεῖσε κατὰ τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἔθος θρησκεύειν, καὶ τοῦ λοιποῦ ἐλεύθερον τὸν τόπον

(1) Sozomenus *Eccles. Histor* lib. II, cap. 4 et 5.

εἶναι τῶν μιασμάτων. Εἰ δέ τις ἐξῆς φωραθεὶς ἁλοίη τοιαῦτα πράττων, μεγίστῃ τοῦτον ζημίᾳ ὑπάγεσθαι. Καὶ ἔργῳ τὰ προσταττόμενα αἶσιον ἐλάμβανε πέρας. Καὶ ἐν τῇ τῆς Φοινίκης Ἡλιουπόλει ἕτερον οἶκον οἰκοδομεῖν ἐκέλευε Κωνσταντῖνος· ἐπίσκοπόν τε καὶ κλῆρον ἱερὸν κατεσκεύαζε· καὶ τὸν ἐκ παλαιοῦ προσόντα νόμον τούτοις ἀπεῖργεν, ὃς κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας ἐτίθει, καὶ τοῖς παριοῦσι ξένοις τὰς σφῶν παρθένους πρότερον ἐκπορνεύεσθαι, ὡς εἶναι μὲν αὐτοῖς τὰ τέκνα ἀμφίβολα, καὶ μηδεμίαν εἶναι τούτοις διάκρισιν. Ὧν ἀνελὼν τὸ μῦσος, τὰ γένη ἐπιγινώσκειν παρεσκευάσατο. Παραπλήσιον δέ τι καὶ ἐν Φαιάκοις ἐποίει· τὸ γὰρ τῆς ἐκεῖσε Ἀφροδίτης ἱερὸν τῷ Λιβάνῳ περιελὼν, καὶ τὰς ἐν ἐκείνῳ αἰσχρὰς καὶ ἀσίμνους μίξεις συμπεριεῖλε· τόν τ' ἐν Κιλικίᾳ Πυθωνικὸν κατέστρεφεν οἶκον· καὶ τὸν ἐκεῖσε ἐμφωλεύοντα ἐξήλασεν δαίμονα. Οὐ μόνον δὲ τῇ γῇ τὰς Ἐκκλησίας ἐρρίζου, ἀλλὰ τῷ περὶ Χριστὸν πόθῳ φλεγόμενος, ἵνα κἂν ἐρήμοις ἔχοι τὰ σύμβολα, καὶ οἶκον ἐξ ὀθόνης ποικίλης κατασκευάσας, ὥσπερ πάλαι Μωϋσῆς περιέφερεν, ἧπέρ μοι προείρηται. Πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας ἐκκλησίας τοῖς ἁγίοις ἐκείνοις τόποις κατασκευάσασα, οὖσας ὑπὲρ τριάκοντα, ἡ θεοφιλὴς βασιλὶς Ἑλένη, πρὸς τὸν φίλον ταύτης υἱὸν ἐπανέστρεψε, τοῖ; ἑσπερίοις μετὰ τὴν σύνοδον διάγοντα μέρεσι.

ceps ejusmodi quidquam facere deprehensus esset, eum gravi mulctatum iri pœna, constituit. Atque imperata hæc ad rem collata, legitimum consecuta sunt exitum. Nec minus Heliopoli in Phœnicia aliam sacram ædem Constantinus ædificari præcepit, eique episcopum suum et sacrum clerum dedit, veteri sublata lege quæ communes esse uxores, et advenientibus hospitibus virgines suas prostituere jubebat, ut dubia et anceps apud eos soboles nullumque ejus discrimen esset. Hoc tam abominandum scelus abolens, ut gentes familiæque dignoscerentur, effecit. Simile quiddam etiam in Aphacis (1) fecit. Templum namque Veneris isthic ad Libanum montem demolitus, una quoque fœdos et indecentes, qui mistim fiebant, concubitus prorsus sustulit. In Cilicia porro Pythonicum evertit fanum (2), atque incubantem ibi dæmonem ejecit. Non tantum autem ecclesias e fundamentis terræ exstruxit, verum etiam pro suo erga Christum flagranti desiderio et amore, ut in solitudine quoque sancta haberet symbola, ædem sacram e variis linteis fieri curavit, eamque veluti priscus Moses, sicuti a me antea est dictum, secum circumtulit. Quin et plures ecclesias alias in sanctis illis locis, supra triginta, amantissima Dei femina imperatoris mater condidit: et ad clarissimum sibi filium, in occidentalibus post synodum agentem partibus, est reversa.

ΚΕΦΑΛ. ΑΑ'.

Περὶ τῶν θεοφιλῶν ἔργων τῆς μακαρίας Ἑλένης, καὶ τῆς αὐτῆς τελευτῆς· καὶ περὶ τῆς ἐπωνύμου αὐτῇ πόλεως· καὶ ἱστορία παράδοξος τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λουκιανοῦ.

Ταύτης πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα μαρτυρεῖ τὸ εὐλαβὲς καὶ φιλόθεον· οὐχ ἧττον δὲ παραστήσει καὶ ὃ μέλλω ἐρεῖν. Λέγεται γὰρ τὰς ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερὰς παρθένους πρὸς ἑστίασιν μεταστειλαμένην, θεραπαινίδος ἐκπληρῶσαι τάξιν αὐταῖς. Αὐτὴ γὰρ τὰ ὄψα ταῖς οἰκείαις παρετίθει χερσίν· ὕδωρ τε προσῆγε καὶ χέρνιβα καὶ ἄλλ' ἄττα διακονουμένη, οἷς τοὺς δαιτυμόνας εἰωθὸς θεραπεύειν. Δῶρα δὲ πλεῖστα καὶ πολυτελῆ ἀναθήματα ταῖς ἀνὰ τὴν ἕω ἐκκλησίαις ἐδίδου. Ἐνδεέσι τε τὰ ἐπιτήδεια ἐχορήγει αφθόνως. Πολλούς τε εἰς τὴν προτέραν ἐπανῆγεν ἕξιν καιρῶν δυσκολίαις ἀνατραπέντας· δεσμῶν τε χρονίων λύσιν ἐπῆγε, μετάλλων τε ἠλευθέρου· καὶ τὴν ὑπερόριον ἀνεκαλεῖτο φυγήν. Ὧν χάριν καὶ ἀξιά γε πρὸς Θεοῦ εἰληφέναι τὰ γέρα· καὶ γὰρ τὸ μὲν παρὸν, ὡς οὐκ ἄν τις ᾠήθη, κάλλιον διαγέγονε· σεβαστή τε ἀνακηρυχθεῖσα, καὶ χρυσοῦν νόμισμα εἰς μόρφωμα ἴδιον κόψασα, θησαυρῶν τε βασιλικῶν ἐξουσίαν λαβοῦσα, κατὰ γνώμην ἐκέχρητο. Ἐπεὶ δὲ τελευτᾷν ἔδει, μετ' εὐφήμου ἐτελεύτα τῆς μνήμης· ἐν Ῥώμῃ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγενημένη ἐνὸς λείποντος, πολλὰ τῷ παιδὶ ἐντειλαμένη τοῖς ἐξιτηρίοις περὶ τῆς εὐσεβοῦς πολιτείας. Πάνυ δὲ μεγάλης καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἠύμοίρει τιμῆς, ὁποίαν ἐχρῆν

599 CAPUT XXXI.

De Deo gratis operibus beatæ Helenæ, ejusdemque obitu. Item de cognomine ei urbe: præterea historia fidem prope excedens de sancto martyre Luciano.

Permulta quidem sunt, quæ illius in Deum amorem et pietatem testantur: non minus tamen eam virtutem, quod nunc dicturus sum, declarabit. Dicitur siquidem Hierosolymis, sacris virginibus ad epulas vocatis, famulæ præstitisse officium. Manibus enim ipsa suis escas illis apposuit, et aquam præbuit, aliaque omnia ministeria obivit, quæ convivis invitatis exhibere moris est. Munera vero plurima et pretiosa donaria, Orientalibus attribuit ecclesiis. Indigentibus res necessarias affatim largita est. Et multos in priorem reduxit statum, qui temporum difficultate eversi fuerant. Sic illa captivorum vincula diuturniora solvit, ad metallum damnatos liberavit, et exsules revocavit. Quam ob causam condigna etiam a Deo accepit præmia. Etenim in præsenti hac vita, ea est consecuta, ut præstantius quidquam nemo ei accidere potuisse putarit. Nam Augusta renuntiata est, et nummos aureos sub effigie sua procudit, imperialibusque thesauris in potestatem suam redactis, pro arbitrio suo est usa. Cum autem ei finis vitæ instaret, cum celeberrima memoria Romæ decessit, undeoctuagesimum agens annum: eum quidem in extrema illa allocutione et valedictione, moritura, de piæ Christianæ-

(1) *Tripart.* lib. II, cap. 20.

(2) Æsculapii ad Ægas oppidum.

que vitæ instituto, permulta mandata filio dedisset. Ingentes quoque ei post obitum tribuit honores : quales scilicet eam decebant, quæ tam pie sancteque vixisset. Extra urbem Romanam sepulta, in templo rotundo porphyretica urna deposita, atque biennio post una cum urna Constantinopolim deportata est : prima ipsa, in imperialia monumenta ædis Sanctorum Apostolorum illata, latisque posthac atque etiam nocturnis memoriis, ut par erat, est celebrata. Hierosolymis autem venerandæ virgines, quibus veluti quædam ancilla inservierat, præcipuis eam sunt memoriis solemniter prosecutæ. Quod si quis mundana hæc in aliquam bonarum utiliumque rerum rationem referre velit, in eo quoque omnem longe superat oblivionem. Perinde enim atque pignus quoddam futura sæcula habent, ad memoriam ejus sempiternam, in Bithynia unam, et in Palæstina alteram urbem : **600** quibus imperator filius conditis, memoriam illi tribuit immortalem (1). Admodum vero beatam Helenam regione et situ alterius delectatam esse ferunt, quæ antehac Drepanum (2) nominata fuerat : cum quod ibi orta esset, tum quod Lucianum martyrem post martyrium obitum eo a delphine deportari contigerit. De quo martyre illud est decantatum : moriturum eum, cum vis tyrannica neque templi neque sacrarii copiam faceret, et vincula quoque atque plagæ motum prorsus denegarent, in suo ipsius pectore discumbentem, horrendo illo operatum esse mysterio, ad eumque modum et ipsum participasse de immaculato sacrificio, et aliis ut itidem communicarent, suasorem fuisse. Sacrum id in carcere perficiebatur, et Ecclesiæ specimen sacer ille chorus, qui eum tanquam jam morientem stipabat, repræsentabat. Aliam quoque ob causam ita sacris operabantur, ut scilicet quæ a piis peragebantur, ab iis qui alterius essent opinionis, non conspicerentur. Hujus discipulos esse dicunt, Eusebium Nicomediensem, Marin Chalcedonensem, Theognidem Nicænum, Leontium, qui deinde Antiochiæ episcopus fuit, Antonium Tarsi Ciliciæ antistitem, Numenium, Eudoxium, item Alexandrum et Asterium Cappadocem, quos ad Græcorum superstitionem deflexisse, fama est, tyrannorum crudelitati cedentes : postea autem lapsui atque errori, opem ferente eis ad pœnitentiam præceptore, renuntiasse : quamvis iterum non idem sibi cum magistro sentiendum esse delegerint, Arii opinionem ex professo complexi. De beata Helena hactenus.

A τὴν οὕτω θεοφιλῶς ζήσασαν. Ἔξω δὲ τῆς πόλεως Ῥώμης ἀξιωθεῖσα ταφῆς, ἐν ναῷ στρογγύλῳ λάρνακι πορφυρᾷ κατετέθη. Μετὰ δὲ διετῆ χρόνον, σὺν τῇ λάρνακι ἐν τῇ Κωνσταντίνου ἀναπωθεῖσα, πρώτη ἐν τοῖς βασιλικοῖς μνημείοις τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ταφῆς ἠξιώθη, φαιδραῖς τὸ ἐξ ἐκείνου μνείαις καὶ πανυχίσιν ὡς εἰκὸς τιμωμένη. Αἱ δ' ἐν Ἱεροσολύμοις σεμναὶ παρθένοι ἐκείναι, αἷς οἷά τις διηκονεῖτο θεραπαινὶς, ἐξαισίαις μνήμαις ταύτην ἐσέμνυνον. Εἰ δέ τι καὶ τὸ κατὰ κόσμον εἰς δυησίν τις λογίζεσθαι ἔλοιτο, καὶ λήθης κἀν τούτῳ ὑπερτερεῖ· ἐνέχυρον γὰρ ὥσπερ ὁ μέλλων ἔχει αἰὼν τῆς εἰς ἀεὶ μνήμης τὴν ἐπὶ Βιθυνίας πόλιν, καὶ ἑτέραν ἐν Παλαιστίνῃ· ἃς ὁ παῖς αὐτῇ καὶ βασιλεὺς δειμάμενος, τὴν ἀθάνατον ἐκείνην μνήμην χαρίζεται. Ἀσπάζεσθαι δέ φασι τὸ χωρίον τὴν μακαρίαν Ἑλένην· καὶ ὡς ὁρμωμένην ἐκεῖθεν Δρέπανον πρῶτον ὠνομασμένον· καὶ ὅτι Λουκιανὸς ὁ μάρτυς ἐκεῖσε τύχοι μετὰ τὸν μαρτυρικὸν θάνατον ὑπὸ δελφῖνος ἐκκομισθείς. Περὶ οὗ μάρτυρος λέγος διατεθρύλληται τελευτῆν μέλλοντος, τῆς τυραννικῆς βίας μήτε ναὸν, μήτε θυσιαστήριον παρεχούσης, ἀλλὰ μηδὲ τῶν δεσμῶν καὶ τῶν πληγῶν συγχωρούντων κινεῖσθαι, ἐν τῷ οἰκείῳ στέρνῳ ἀνακείμενον, τὴν φρικτὴν ἐπιτελέσαι μυσταγωγίαν· καὶ οὕτως αὐτόν τε μετασχεῖν τῆς ἀχράντου θυσίας, καὶ τοὺς ἄλλους μεταλαβεῖν ἐπιτρέψαι. Τὰ δὲ τῆς ἱερουργίας ἐτελεῖτο ἐν τῇ εἱρκτῇ· καὶ ἐκκλησίας σχῆμα ὁ κυκλώσας ἐκεῖνον ἱερὸς ἐτύπου χορὸς, ὡς ἤδη ἀποθιοῦντα. Ἄλλως τε καὶ τοῦ μὴ καθορᾶσθαι τὰ δρώμενα παρὰ τῶν εὐσεβῶν τοῖς ἄλλως ἔχουσι δόξης, οὕτως ἐτέλουν. Τούτου μαθητὰς φασιν εἶναι τόν τε Νικομηδείας Εὐσέβιον, Μάριν τὸν Χαλκηδόνος, καὶ τὸν Νικαίας Θέογνιν, Λεόντιόν τε τὸν ὕστερον τῆς Ἀντιόχου ἐπισκοπήσαντα, Ἀντώνιόν τε (Ταρσοῦ δὲ τῆς Κιλικίας οὗτος ἐγένετο), καὶ Νουμήνιον, καὶ Εὐδόξιον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ Ἀστέριον τὸν Καππαδόκην· οὓς καὶ ἑλληνίσαι φασὶν ἐνδόντας τῇ τῶν τυράννων βίᾳ· ἐς ὕστερον δὲ τὴν ἧτταν ἀνακαλέσασθαι, συλλαβομένου αὐτοὺς πρὸς τὴν μετάνοιαν τοῦ διδασκάλου· κἂν αὖθις μὴ τὰ ἴσα τῷ διδασκάλῳ φρονεῖν ᾑρετίσαντο, τὴν Ἀρείου περιφανῶς ἀσπασάμενοι δόξαν. Περὶ μὲν οὖν τῆς μακαρίας Ἑλένης τοσαῦτα.

CAPUT XXXII.

De tribus magnificis crucibus quas in magnis columnis Constantinopoli Constantinus collocavit : et mirifica de una earum narratio.

Verum enimvero Constantinus, cum ubique terrarum in illustribus urbibus delubra, tum maxime

ΚΕΦΑΛ. ΑΒ'.

Περὶ τῶν τριῶν μεγάλων σταυρῶν, οὓς ἐν κίοσι μεγάλαις Κωνσταντῖνος ἐν τῇ ἐπωνύμῳ αὐτοῦ πόλει ἀνίδρυσε· καὶ ὑπερφυής τις περὶ ἑνὸς τούτων διήγησις.

Κωνσταντῖνος δὲ ἁπανταχοῦ τῆς γῆς πολλοὺς ἐγείρας νεὼς ταῖς περιφανέσι τῶν πόλεων, κἀν τῇ

(1) Constantinus duabus civitatibus matris suæ Helenæ nomen imposuit. Idem Ponto quoque nomen, ut Helenopontus diceretur, imposuit (Justinian. *De moderat.* Helenoponti, Novell. 28.)

(2) Socrates lib. I, cap. 18, scribit, Constantinum vicos multos amplificatos in formam urbium extulisse, atque in primis Drepanum, seu Drepanum, a matris suæ nomine Helenopolim vocasse : et civitati ab eo auctæ in Palæstina, a sororis suæ appellatione nomen Constantiæ indidisse.

ἐπωνύμῳ δὲ αὐτοῦ πόλει μάλιστα τούτους ἀνέστη· ἦν καὶ ἀγάλμασι καὶ ἄλλοις ὑπερφυέσιν ἔργοις ἐκάλλυνεν, ὡς ἐν τῷ τέλει τοῦ πρὸ τούτου διελάβομεν τόμου. Εἰδώς γε μὴν πεῖρᾳ καὶ τὴν τοῦ θείου σταυροῦ δύναμιν, ὑπερφυῶς αὐτὸν ἐτίμα, καὶ ἐν θαύματι διὰ παντὸς ἦγε. Καὶ δὴ μετὰ νόστον Ἑλένης τρεῖς ὑπερμεγέθεις σταυροὺς τεκτηνάμενος, κατὰ μίμησιν ὧν τριχῶς ἐν οὐρανῷ ἐθεάσατο, πρῶτον μὲν ἐν Ῥώμῃ καταστρατηγῶν Μαξεντίου· δεύτερον δ' ἡνίκα Βυζαντίους διὰ μάχης ἰὼν ἐτροποῦτο· καὶ τὸ τρίτον, ἡνίκα Σκύθας πέραν Ἴστρου ὑπέταξε, καὶ τὸν ποταμὸν γεφύρᾳ ἐζεύγνυ· κατὰ μίμησιν τοίνυν τῶν τριῶν τούτων σταυρικῶν ὁράσεων, τρεῖς ἐκ χαλκοῦ ἐποίει σταυρούς, καὶ τὰ σεβάσμια τούτων ὀνόματα οὕτως ὠνόμαζεν· *Ἰησοῦς, Χριστὸς, νικᾷ.* Ὧν ὁ μὲν τὸ *Ἰησοῦς* ὄνομα ἔχων, χρυσῷ ἁπανταχοῦ διαχυθέντι κοσμηθείς, ἕστη ἐπάνω τῆς ἀψῖδος τοῦ φόρου, ὃς τὸ τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ θερμὸν ὑπαινίσσεται· τῷ γὰρ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ τὴν Ἑλληνικὴν θρησκείαν κατέβαλλε· τὸν δὲ ὃς ἐκαλεῖτο *Χριστὸς*, σεβάσμιον καὶ θεῖον σταυρὸν, ἐπὶ πορφυρῷ Ῥωμαΐῳ ἀνίστα κίονι, ἐν τῷ Φιλαδελφίῳ οὕτωσί πως εἰρημένῳ· τὸν δὲ τρίτον, ὃν Κωνσταντῖνος μὲν *νῖκος* ἐκάλεσεν, Ἡράκλειος δ' *ἀνίκητον* κατωνόμασεν, ἐπὶ ὑψηλῷ κίονι ἐκ μαρμάρων συντεθειμένῳ ἀνίδρυσεν, ἐν τόπῳ ᾧ κλῆσις ἦν *Ἀρτοπώλιον*· ἐν ᾧ καὶ πολλαὶ δυνάμεις ἐνηργοῦντο παράδοξοι· καὶ μᾶλλον ὅσοι ῥίγει φλογώσεως ἔπασχον, καὶ ὀφθαλμίαις καὶ ὑποχύσεσιν ἦσαν συνισχημένοι· περὶ οὗ τι καὶ τῶν μάλα διὰ θαύματος ἀγομένων πραττόμενον διηγήσομαι. Καί μοι μηδεὶς ἀπιστείτω διηγουμένῳ· οὐδὲν γὰρ οἶμαι παράδοξον, ὃ μὴ Θεῷ διαπεπραγμένον εἴη· οὐδὲν δὲ πάλιν ἀδύνατον, Θεοῦ βουλομένου. Λέγεται γὰρ, καὶ ἀληθῶς λέγεται, ὡς ὅτι παρ' αὐτὸν ἄγγελος Κυρίου τρίτον ἰὼν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐν ἀπορρήτῳ σιγῇ τῆς νυκτὸς, οἷάπερ ἀστραπὴ ἐξ οὐρανῶν διάττουσα, ἐν ἀπροσίτῳ τῇ αἴγλῃ, κύκλῳ περίεισι τὸν σταυρὸν θυμιῶν, λιγυρᾷ τε φωνῇ ὡς δή τινος λεπτοῦ σημαντῆρος τὴν παρουσίαν διαμηνύει τοῖς ἀνεπιστρόφῳ πρὸς κακίαν βίῳ τὰ τοιαῦτα καὶ ὁρᾷν καὶ ἀκούειν ἠξιωμένοις. Ἅσματι δὲ ἀπορρήτῳ τὸ ἔνθεον μέλος τῆς τρισαγίας φωνῆς τούτῳ ἐπιλέγων καὶ ὑποψάλλων, καὶ αὖθις ὥσπερ ἀστὴρ μεγαλοπρεπῶς διάττων, πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐπανέρχεται ἤθη. Ὃν δῆτα σεβάσμιον τοῦ Κυρίου σταυρὸν, πολλῷ χρόνῳ ὕστερον κατὰ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς ἀρχῆς Μαυρικίου, σεισμῷ μεγάλῳ πεσεῖν ἐπειγόμενον, ἔπειτα σιδηροῖς τισι μηχανήμασιν Ἡράκλειος ἤδρασε, πρὸς τῇ βάσει ταῦτα δὴ ἐγκολάψας τὰ γράμματα· Ἔργον θεάρεστον βασιλέως μεγάλου Ἡράκλειος ἤδρασεν· ἃ δὴ καὶ εἰς ἐμὲ νῦν εἰσι θεωρούμενα. Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν καὶ τὰ περὶ τῶν τριῶν σταυρῶν εἰργασμένα τῷ Κωνσταντίνῳ.

A in cognomine sibi civitate, ea exstruxit: quam statuis et aliis admirandis operibus exornavit, sicuti in fine proximi expositimus tomi. Quod vero re ipsa sanctæ crucis vim, et efficaciam expertus fuerat, summopere eam semper venerabatur atque admirabatur. **601** Ac post Helenæ reditum tres immensa magnitudine cruces fabrefieri fecit, ad exemplum earum quas ter in cœlo viderat: primum Romæ, contra Maxentium depugnans: secundo, cum commisso cum Byzantiis prælio tropæum de eis statuit; tertio autem, cum Istro ponte juncto, Scythas ultra id flumen subegit. Ad imitationem igitur triplicis istius visionis, tres ex ære fieri curavit cruces, eisque sacra hæc imposuit nomina: *Jesus, Christus, vincit.* Ex his, cui nomen *Jesus* B inditum, auro per omnes partes diffuso ornata collocata est super fornicem seu arcum triumphalem in foro, ut obscuriore significatione ardorem pietatis ipsius indicaret. Potentia namque roboris ejus Græcam superstitionem debellavit. Alteram vero venerandam, sacramque crucem *Christi* nomen præferentem, in Porphyretica Romana statuit columna, in loco qui Φιλαδέλφιον, hoc est Fraternus amor, dicitur. Tertiam, quam Constantinus quidem *νῖκος*, id est victoriam, vocavit, Heraclius autem ἀνίκητον, hoc est invictam, nominavit, in alta marmorea columna posuit, in loco cui nomen est Ἀρτοπώλιον, id est Forum panarium, ad quam multæ etiam supra opinionem hominum virtutes sunt editæ: atque in primis, si qui rigore inflammationis vexarentur, et oculorum doloribus et suffusionibus premerentur, sanati sunt. De qua C factum quoddam, quod admodum in admiratione fuit, exponam. Ne vero quisquam narranti mihi fidem non habeat; nihil enim tam præter opinionem et præter fidem est, quod Deus non perficiat; neque etiam quidquam quod Deus velit, impossibile est. Dicitur namque, et vere dicitur, cum ad eam angelus Domini ter quotannis per altissimum intempestæ noctis silentium, perinde atque emicans quoddam cœlitus fulgur, cum splendore inaccesso venit, crucem eum circumire suffitum faciens: suavique voce quasi cujusdam tenuis indicis, præsentiam suam illis qui puritate vitæ a vitiis abhorrentes, talia et videre et audire idonei sunt, D insinuare: atque ubi cantu ineffabili divinum carmen ter sancti hymni psallens concinuerit, rursum illum veluti stellam magnifice emicantem ad munia redire sua. Hanc sane venerandam Domini crucem, longo post tempore, decimum octavum annum Mauritio imperante, **602** quod immenso terræ motu corruerat, ferreis quibusdam operibus Heraclius firmavit, et in basi ejus hujusmodi incidit inscriptionem: Opus Deo acceptum imperatoris magni Heraclius firmavit. Quæ inscriptio ad mea usque tempora duravit. Hæc de tribus crucibus a Constantino constructis.

CAPUT XXXIII.

Ut Constantinus Christianismum ubique terrarum provagari curaverit.

Qui rerum omnium illud quam maxime studuit, ut religio ampliora caperet incrementa. Neque se continere ea in re potuit. Universos namque homines, quantum in manu ejus id fuit, ad Christum adductos atque pertractos voluit, apostolicam prorsus declarans mentem et studium. Quandoquidem autem homines Romano subditi imperio, præter rationem omnem, metum atque superstitionem, propter conceptam de simulacris opinionem retinebant, ritus patrios complectebantur, et ex antiquitatis auctoritate pendebant, inducendam esse cultus ejus apud ipsos oblivionem putavit. Id vero nec aliter nec prius fieri potuit, quam illi templa, et quæ in eis sunt statuas negligerent atque contemnerent. Consiliumque id ad exitum perduxit. Edictis enim imperatoriis passim publicatis, populi metuentes ne de rebus sibi charissimis in periculum venirent, in officio fuere. Et templorum custodes sacerdotesque, cum quod agerent non haberent, res quæ antea apud eos in honorem fuerant, despexere : et quæ dudum in abstruso latentia a nemine conspecta fuerant, ex adytis arcanisque locis pertraxere : quæque solis ipsis cognita erant, omnium oculis exposuere. Simulacrorum vero materia, quæ quidem ingentis esset pretii, igni adjudicata, et in minuta frusta concisa : quæ vero ex ære artificioso opere fabrefacta esset, propter pulchritudinem et præstantiam, in novam imperatoris urbem comportata est : atque ibi per regiones certas, atque in Hippodromo seu circo equestri, et alibi passim collocata. Abductus igitur est ex Pythii oraculi sede Apollo, ex Helicone Musæ, et Delphis sacer tripos : atque celebris ille Pan, quem Pausanias post Medicum bellum dicaverat. Templa porro neglecta, prorsus ad ruinas sunt redacta. **603** Omnino etiam tum et apud Ægas Æsculapii in Cilicia (1), et apud Aphacos (2) ad Libanum montem Veneris delubrum sublatum. Utrumque autem veteribus et celebre et venerandum habitum. Quæ quum ita fierent, ex sententia imperatoris res procedebat. Et qui templa deorum, quæ prius coluerant, jacere, stipulaque et sterea completa esse videbant, in contemptum eorum veniebant, majorumque errorem reprehendebant. Quidam nos sunt æmulati. Alii imperatoris ipsius gratia oportere se principis mores et instituta colere existimabant. Nonnulli porro (3) ab episcopis et monachis, in quos divinis quibusdam indiciis inciderant, edocti, satius esse Christianam suscipere religionem censuerunt. Proinde populi multi et urbes totæ ad Christianismum se contulere-

(1) Rectius, ut supra cap. 30 eod. in Cilicia. Sicuti etiam apud Sozomen. lib. II, cap. 5, legitur. Lucan. :

Et extremæ resonant navalibus Ægæ.

(2) Hic de certo ad invocationem et preces quasdam ex summo Libani montis jugo emicans ignis, perinde atque stella in vicino flumine, qui Adonis vocatur, submergebatur : Venerem cœlestem cives esse dixere. (Sozom. lib. II, cap 5.)

(3) C. lib II, tit. 45.

ΚΕΦΑΛ. ΑΓ'.

Ὅπως Κωνσταντῖνος τὸν Χριστιανισμὸν ἁπανταχοῦ τῆς γῆς διαδραμεῖν παρεσκεύασε.

Πάσης δ' ἦν ἐκείνῳ σπουδῆς ὑπέρτερον ἡ τῆς θρησκείας ἐπίδοσις. Κατέχειν δ' οὐκ εἶχεν ἑαυτόν· ἀθρόον γὰρ, εἴ γ' ἐνῆν αὐτῷ, πάντας ἤθελεν ἐπισπᾶσθαι καὶ προσάγειν Χριστῷ, ἀποστολικὴν ἐπιδεικνύμενος τὴν σπουδήν. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἀνὰ τὴν Ῥωμαίων ὑπήκοον δεῖμα καὶ σέβας ἄλογον τῆς περὶ τὰ ξόανα φαντασίας εἶχον, ἤθη τε πάτρια κατησπάζοντο, καὶ ἀρχαιότητος εἶχοντο· δεῖν ἐδόκει λήθην αὐτοῖς τῆς θρησκείας εἰσάγειν. Τοῦτο δ' οὐκ ἄλλως ἦν ἐγχωροῦν, πρὶν ἂν τῶν νεῶν καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀμελήσειαν ἀγαλμάτων. Καὶ τὸ ἐννόημα εἰς ἔργον ἦγετο· γραμμάτων γὰρ φοιτησάντων βασιλικῶν δείσαντες οἱ δῆμοι μή τι περὶ τὰ φίλτατα πάθοεν, καθ' ἑαυτοὺς ἦσαν. Οἵ γε μὴν νεωκόροι καὶ ἱερεῖς μή τι ὄψιν ἔχοντες, τὰ παρ' αὐτοῖς τίμια κατεφρόνουν· καὶ τὰ ἐν μυχῷ πάλαι ἀθέατα τῶν ἀδύτων ἐξῆγον· πᾶσι δὲ δῆλα τὰ πρὶν αὐτοῖς γε μόνοις ἐγνωσμένα καθίστατο. Ἡ δὲ τῶν ξοάνων ὕλη, ὅση μὲν διαφέρουσα ἦν, πυρὶ διακρινομένη εἰς κέρμα ἐκόπτετο· ὅση δ' ἐν χαλκῷ εἰς κάλλος ἐξείργαστο, κόσμου χάριν εἰς τὴν νέαν τοῦ κρατοῦντος πόλιν ἦγετο· καὶ ἀνὰ τὰς ἀγυιὰς, τόν τε Ἱππόδρομον καὶ ἁπανταχοῦ καθιδρύετο. Ἦγετο οὖν Ἀπόλλων τε ἐκ Πυθίας, καὶ ἐξ Ἑλικῶνος αἱ Μοῦσαι, καὶ ὁ σεμνὸς ἐκ Δελφῶν τρίπους, καὶ ὁ διαβόητος Πὰν, ὃν Παυσανίας μετὰ τὸν Μηδικὸν ἀνέθετο πόλεμον. Οἱ δὲ νεὼ, παντοίως ἀμεληθέντες, εἰς ἐρείπια ἦσαν. Πανταπασι δὲ τηνικάδε ὅ τε ἐν Αἰγαῖς τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἐν Συρίᾳ, καὶ ὁ ἐν Ἀφάκοις τῆς Ἀφροδίτης περὶ τὸ τοῦ Ἀδώνου ὄρος ἠφάνιστο. Καὶ ἄμφω δὲ οὗτοι ἐπισήμω ἦσαν καὶ σεβασμίω τοῖς πάλαι. Ὧν γενομένων, κατὰ σκοπὸν τῷ βασιλεῖ προὐχώρει τὸ πρᾶγμα· οἱ μὲν γὰρ τὰ πρὶν δι' αἰδοῦς αὐτοῖς ἠρτιμμένα ὁρῶντες, καλάμης τε καὶ φορυτοῦ ἔμπλεα, εἰς καταφρόνησιν ἦκον ἐκείνων, καὶ τοῖς προγόνοις τῆς πλάνης ἐμέμφοντο· οἱ δὲ ζήλῳ τῶν ἡμετέρων καὶ τῆς τοῦ βασιλέως χάριν τιμῆς δεῖν ἡγοῦντο τὰ τοῦ κρατοῦντος ἤθη τιμᾶν· ἄλλοι δὲ καὶ θεοσημείας τισὶν, ἐπισκόποις τε καὶ μοναχοῖς ἐντετυχηκότες, ἄμεινον εἶναι Χριστιανίζειν ᾑροῦντο. Ἔνθεν τοι καὶ πολλοὶ δῆμοι καὶ πόλεις ὅλαι μετερρυθμίζοντο· ὡς δὴ καὶ τὸ Γαζαίων ἐπίνειον, ὃ Μαιουμᾶς καλεῖται, δυσιδαιμονοῦν τὰ μάλιστα πρότερον, ἀθρόον μετέβαλε πρὸς ἡμᾶς· ὃ καὶ τῆς ἀθρόας μεταβολῆς ἀμειβόμενος, πολλῆς ἠξίου τιμῆς· καὶ πόλιν εἶναι ἐκῆρυττε, Κωνσταντίαν κατονομάζων, ἀνὶ τῶν παίδων τὸν χῶρον τιμῶν τῇ θρησκείᾳ. Τὴν ἴσην δ' εἵλητο τάξιν καὶ ἡ παρὰ Φοίνιξι Κωνσταντίνα ἐπικληθεῖσα, διὰ τὸ σέβας τὴν τοῦ βασιλέως ἐπιγραψαμένη ἐπωνυμίαν. Πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι τῶν πόλεων αὐτόματοι πρὸς τὸ θρησκεύειν ἠπείγοντο τὰ ἡμέτερα· ἐκόν-

τες τε τὰ ξόανα καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς κατέστρεφον ἱερὰ, καὶ εἰς ἐκκλησίας Θεοῦ μετερρύθμιζον. Οὕτω δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἐπιδιδούσης, πᾶσαν διελάμβανε τὴν οἰκουμένην καὶ διὰ τῶν βαρβάρων χωροῦσα ἡ πίστις. Οὐ γάρ τοι τὰ περὶ τὸν ποταμὸν Ῥῆνον μόνον τὰ Χριστιανῶν ἡσπάζοντο, ἀλλὰ καὶ Γαλάται καὶ Κελτοὶ, οἳ τελευταῖοι τὸν Ὠκεανὸν προσοικοῦσιν· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Γότθοι καὶ ὅσα ὅμορα τούτοις ἀμφὶ τὸν Ἴστρον ᾤκουν, οὐ πάλαι τὴν εἰς Χριστὸν ζεξάμενοι πίστιν, ἐξ ἀγρίου διαίτης πρὸς τὸ λογικόν τε καὶ ἥμερον μεθηρμόζοντο. Ὡς δὲ λόγος εἰπεῖν, βαρβάροις ἅπασι πρόφασις μία ἐγένετο τὰ Χριστιανῶν ἐλέσθαι, οἱ μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ ἀλλοφύλων γενόμενοι πόλεμοι ἐπί τε τῆς Γαλιήνου βασιλείας, καὶ καθεξῆς· πλῆθος γὰρ σύμμικτον τὴν ἔω περαιωθὲν, τὰ ἐκείνῃ κατέδραμον· καὶ ἄλλοι ἀλλαχῇ τῶν βαρβάρων ταυτὸν εἰργασμένοι, τοῖς ἀγχιθύροις Ῥωμαίοις ἐπέστησαν. Λείαν δὲ πεποιημένοι πλείστην, πολλοὺς καὶ τῶν ἱερέων αἰχμαλώτους ἠγάγοντο· ὧν ἰωμένων τὰς ἐν τοῖς ἔθνεσι νόσους, καὶ δαίμονας ἐλαυνόντων, τῇ ἐπικλήσει μόνῃ Χριστοῦ, βιοτήν τε φιλόσοφον καὶ ἄμωμον ἐπιδεικνυμένων, οἱ κατὰ χώρας βάρβαροι, τῆς τε ἀρετῆς καὶ τῶν παραδόξων ἔργων τοὺς ἄνδρας θαυμάσαντες, συνεῖδον τὸ δέον· καὶ Θεὸν ἱλεωσάμενοι δι' αὐτῶν, τὸ κρεῖττον εἵλοντο θεραπεύειν. Καὶ ὅτῳ ἐκείνοις τὸ πρακτέον εἰσηγουμένοις ἐπείθοντο· βαπτιζόμενοί τε, τὴν ἀκραιφνῆ διδασκαλίαν ἠσπάζοντο, καὶ τέλος ἐκκλησίας ἀνῳκοδόμουν.

bant. Quemadmodum Gazæorum navale, quod Majuma dictum erat, maximeque antehac dæmonum cultui addictum fuerat, totum se ad nos contulit. Cujus ut communem et universam transitionem remuneraretur, magnum illi habuit honorem. Urbem enim esse promulgavit, Constantiamque cognominavit, propter religionem, locum eum unius ex liberis suis nomine cohonestans. Idem consecuta est quæ apud Phœnices Constantina est vocata : nam eamdem ob causam imperatoris ipsius ei inditum est nomen. Multæ quoque et aliæ urbes sua sponte ad sacra nostra colenda sunt adductæ, quæ et simulacra sua libentes everterunt, et templa in ecclesias Dei commutarunt. Talibus incrementis cum Ecclesia augeretur, professio fidei etiam per barbaras nationes peragrans omnem occupavit orbem. Non tantum enim qui ad amnem Rhenum sunt populi, Christianam religionem susceperunt, sed etiam Galli et Celtæ, qui ultimi ad Oceanum habitant; Gothi quoque et finitimæ eis nationes, ad Istrum colentes, non ita pridem fidem in Christum complexæ, ex vita agresti ad humanitatem et mansuetudinem se composuerunt. Atque ut verum dicam, Barbaris omnibus, ut Christianismum complecterentur, una occasio fuit : inter Romanos et exteros populos bellum subinde gestum, sub Galieni imperio et deinceps. Multitudo siquidem varia permista in Orientem transiens, cum orbis partem prædabunda peragravit : atque alii aliunde Barbari idem facientes, in finitimos excurrerunt Romanos : **604** atque ibi plurimam prædam agentes, multos quoque ex sacerdotibus captivos abduxerunt. Qui apud eas nationes, cum morbos curarent, dæmonesque sola Christi invocatione exigerent, et integros prorsus atque irreprehensibiles vitæ mores exhiberent, Barbari passim viros eos propter virtutem et admiranda opera veneratione prosequentes, quid eos facere deceret, ab eis cognoverunt : Deoque per illos conciliato (1), cultum Numinis meliorem secuti, sinceramque doctrinam complexi sunt, ac postremo ecclesias quoque construxerunt.

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

Περὶ τῶν Ἰβήρων, ὅπως εἰς τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἐφωδηγήθησαν.

Ὥσπερ δὲ καὶ Ἴβηρες· ἔθνος δὲ τοῦτο βάρβαρόν τε καὶ μαχιμώτατον, τὰ Χριστιανῶν κατησπάσαντο, Κωνσταντίνου τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις διέποντος. Οἰκεῖ δὲ τὸ ἔθνος τοῦτο τὰ ἐνδότερα τῆς Ἀρμενίας πρὸς Ἄρκτον καὶ πρὸς τὸν Εὔξεινον ἀπονεύοντα τόπον, ἄποικοι ὄντες τῶν ἐν Ἱσπανίᾳ Ἰβήρων. Ἠγήσατο δὲ τῆς θρησκείας αὐτοῖς γυνή τις αἰχμάλωτος· ἣ τά τε ἄλλα καὶ σώφρων οὖσα, οὐδ' ἐν αἰχμαλωσίᾳ καθυφῆκέ τι τῆς φιλοσόφου διαίτης, καὶ τῆς θεοσεβοῦς πολιτείας. Νύκτωρ γὰρ καὶ μεθ' ἡμέραν πολλήν τινα ἄσκησιν ἐπεδείκνυτο· βαθείᾳ τε συνέζη νηστείᾳ, καὶ συντόνοις ἐκέχρητο προσευχαῖς. Οἱ δὲ βάρβαροι τὸ ξένον τῆς διαίτης ὁρῶντες ἐθαύμαζον τὰ πραττόμενα, καὶ ὅτου χάριν τοιαῦθ' αἱρεῖται διαπονθάνοντο. Ἡ δ' ἀφελῶς οὕτωσὶ καὶ ἁπλῶς οὕτω χρῆναι σέβειν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ

CAPUT XXXIV.

De Iberis, ut ii ad piam Christianæ fidei professionem sint adducti.

Sicuti et Iberi (2), gens barbara et bellicosa, Christiani facti sunt, Constantino Romanum imperium administrante. Habitat autem hæc natio interiore Armeniæ parte, ad septentrionem et Euxinum versus. Sunt autem Iberorum in Hispania coloni. Præiit eis in religione colenda captiva quædam mulier : quæ cum alias semper pudice casteque vixerat, tum captiva quoque nihil de pietate sanctioreque instituto remisit. Nam diu noctuque pietatis exercitia exhibebat, jejuniis plurimum vacabat, continueque precationibus insistebat. Itaque Barbari novo vitæ instituto viso, eam admirari, et quanam de causa hoc sic faceret, percontari. Illa porro candide et simpliciter (3) sic Christum Filium Dei coli oportere, dicebat. Tum Barbari et nomine et religione ejus qui sic coleretur audito,

(1) Socrat. lib. I, cap. 20.
(2) De Iberibus Plin. lib. VI, cap. 4 et 10.
(3) Sozom. lib. II, cap. 6 et sequent.

obstupuerunt. Interea accidit, ut regis filius etiamnum infans, graviter ægrotaret, et mater patrio quodam more ad alias eum mitteret mulieres, quo facilius remedium mali reperiri posset. Ut autem puer a nutrice circumlatus est, neque meliuscule habuit, tandem etiam ad captivam illam est deportatus. Quæ in multorum præsentia, nihil sane ex materia aliqua compositi remedii admovit, neque enim se quidquam ejusmodi scire affirmavit, **605** sed puero in linteolo, quod ei e pilis contextum erat, jam lacerum, reposito, simplicem ei fecit medicinam, nomine Christi super eo invocato. Et ecce qui in ea erat exspectatione ut protinus moreretur, quamprimum precatio est facta, liber a periculo fuit. Ex eo tempore præclara ejus mulieris fuit fama, matrique pueri et aliis feminis innotuit. Nec ita multo post, et eam ipsam pueri matrem incurabili oppressam morbo, eodem restituit modo: eamque est hortata, ut deinceps ei divinum præstaret cultum, gratiamque haberet, qui bonorum conciliator, veræque sanitatis, vitæ, et regni ipsius sit dator. Eum esse Christum, verum Verbum. Et postea quotidie ad eam frequentans, salutaria ei veræ pietatis exhibuit medicamenta. Quapropter regina re ipsa dictorum veritate in se ipsa cognita, mulierem in magno habuit honore. Sedenim rex cum e conjuge et celeritatem et rationem remedii intellexisset, donis captivam munerari voluit. At illa nihil sibi opus ejus pecuniis esse dixit, cui abunde in Christo suppeterent opes omnes: sibique ingentis muneris loco fore, si et ipsi eumdem Numinis cultum complecterentur. His illa dictis, munus satis grande ad regem remisit. Quem deinde sensim quodammodo uxor persuadebat, pulchrum errorem ei suadens, diverso prorsus quam olim Eva fuerit, animata modo. Colendum enim esse admonebat eum, quem mulier illa annuntiaret Deum; magnum quippe illum, qui facillime quæ vellet faceret, regna in placido atque quieto statu conservare, obscuros illustrare ac locupletare, humiles subito magnificare, et quosvis in rebus adversis salvare posset. Hæc cum sic uxor commemoraret, Iberiæ princeps, flectebatur ille quidem verbis, tamen ancipiti cogitatione distrahebatur. Suspectas enim habebat res novas, et præterea immutare verebatur patria instituta. Porro venatum aliquando cum familiaribus suis est profectus, et ecce densa nebula e montibus diffusa, tenebras ingentes adduxit: opacitatemque silvæ condensans, diem convertit in noctem. Perangusta venatio erat, et iter impeditum et impervium. Metuebant sibi omnes, et quo quemque sors tulit, sunt dispersi. Nec minus et rex ipse solus pererrans, patrios invocabat deos. **606** Ut autem nihil de ea calamitate est remissum, pro eo atque fieri solet, cum homines inopinatis opprimuntur casibus, captivæ illius Dei memoria in mentem ei venit: constituitque adeo ipse secum, culturum se eum deinceps, si malum præsens discussisset. Hoc sic decreto,

Υἱὸν εἰσηγεῖτο. Οἱ δ' ἀκούοντες τό τε ὄνομα καὶ τὴν θρησκείαν τοῦ τιμωμένου, ἐν ἐκπλήξει πεποίηντο. Τούτων γινομένων, συνέβαινε τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν ἔτι νήπιον ὄντα δεινῶς ἀσθενεῖν. Ἔθει δέ τινι ἐγχωρίῳ τὸν παῖδα ἡ μήτηρ παρὰ ταῖς ἄλλαις ἔπεμπε γυναιξίν, ὡς ἄν γ' εὐπόριστος ἡ τοῦ κάμνοντος ἀπαλλαγὴ γένηται. Ὡς δὲ περιαχθεὶς ὁ παῖς ὑπὸ τῆς τροφοῦ, οὐδαμῆ τὴν ἀπαλλαγὴν εὗρισκε, τέλος ἐπὶ τὴν αἰχμάλωτον ἄγεται. Ἡ δὲ παρουσίᾳ πολλῶν οὐδέν τι τῶν ἐξ ὕλης ἐπιπλάστων φαρμάκων προσῆγε· μηδὲ γὰρ εἰδέναι διετείνετο· ἀνακλίνασα δὲ κατὰ τὸ ἐκ τριχῶν ἐκείνῃ προσὸν διερρυηκὸς ὕφασμα, ἁπλοῦν προσῆγεν αὐτῷ φάρμακον, τὴν κλῆσιν ἐκείνῳ ἐπᾴδουσα τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ὁ ἥδη τεθνηξέσθαι προσδοκώμενος παραχρῆμα, γενομένης εὐχῆς, ἐξάντης ἦν τοῦ δεινοῦ. Ἐξ ἐκείνου δ' ἐν φήμαις ἦν ἡ γυνὴ, γνώριμός τε τῇ μητρὶ καθίστατο τοῦ παιδὸς, καὶ ταῖς ἄλλαις γυναιξὶ τῶν βαρβάρων. Οὐ πολλῷ δ' ὕστερον καὶ αὐτὴν ἐκείνην τὴν μητέρα τοῦ παιδὸς ἀνιάτῳ πάθει γενομένην κατάσχετον τὸν ἴσον τρόπον διέσωζε· παρῄνει τε τοῦ λοιποῦ ἐκείνῃ τὸ σέβας νέμειν καὶ τὴν χάριν ἔχειν, ὃς τῶν ἀγαθῶν ἐστι πρύτανις καὶ τῆς ἀληθοῦς, ὑγείας ὁστῆρ, καὶ ζωῆς καὶ βασιλείας αὐτῆς. Τοῦτον δ' εἶναι Χριστὸν, τὸν ἀληθῆ Λόγον. Ἔπειτα καθ' ἑκάστην φοιτῶσα, τὰ ῥωστικὰ τῆς εὐσεβείας προσῆγεν αὐτῇ φάρμακα. Ἡ μὲν οὖν βασιλὶς, πεῖρα τοῖς ἐπ' αὐτῇ γεγενημένοις τάλιθὲς διαγνοῦσα τῶν λόγων, τὰ Χριστιανῶν ἐπρέσβευεν ἤδη, καὶ ἐν ὑπερβαλλούσαις τὴν ἄνθρωπον ἦγε τιμαῖς. Βασιλεὺς δὲ τὸ τάχος καὶ τὸ τῆς ὑγείας φάρμακον παρὰ τῆς γαμετῆς μαθὼν, δώροις ἀμείβεσθαι ἤθελεν. Ἐκείνη δὲ μὴ δεῖν αὐτοῦ χρημάτων ἔλεγεν· ἔχειν γὰρ ἁρκοῦντα πλοῦτον Χριστόν· καί γ' ἐν δώροις εἶναι μεγάλοις εἴγε καὶ αὐτοὶ ἕλοιντο ἐπίσης θρησκεύειν. Ταῦτα λέγουσα, ὄπισθεν τὴν δόσιν, ἀδρόν γε οὖσαν, ἀνέπεμπεν. Ἐνῆγε δὲ αὐτὸν ἡρέμα πως τὸ ἐξ ἐκείνου ἡ γαμετὴ, παραπεῖθουσα τὴν καλὴν ἀπάτην κατ' ἀντίπαλον τῇ Εὔᾳ διαπεμπομένη· ὑπανθεῖ γὰρ σέβειν ὃν ἡ γυνὴ καταγγέλλει Θεὸν, μέγαν τε ὄντα, κἀκ τοῦ ῥᾴστου ἔχοντα ὅπως ἂν ἐθέλοι ποιεῖν· βασιλείας τε ἐν τῷ καθεστῶτι μένειν, τούς τ' ἀδόξους ἐπιφανεῖς καθιστᾷν· καὶ ἱκανῶς ἔχειν τοὺς μικροὺς ἀθρόον μεγάλους ποιεῖν, κἂν τοῖς δεινοῖς διασώζειν. Εὖ τοίνυν οὕτω λεγούσης τῆς γυναικὸς, ὁ τῆς Ἰβηρίας ἡγούμενος ἐμαλάσσετο μὲν τοῖς λόγοις· ἀμφίβολος δ' ἦν, ὑπειδόμενός νεωτερίζειν, αἰδούμενός τε ἄλλως μεταλλάσσειν τὰ πάτρια. Καὶ δή ποτ' ἐξελθὼν σὺν ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ἐθήρα. Ὀμίχλη δέ τις βαθεῖα καταχυθεῖσα τοῖς ὄρεσι, σκότος ἐποίει βαθύ· καὶ τὸ συνηρεφὲς τῆς ὕλης ἀποφράξαν, νύκτα τὴν ἡμέραν εἰργάζετο. Ἄπορος δ' ἦν ἡ θήρα, καὶ ἡ ὁδὸς ἀδιέξοδος. Δείσαντες δ' ἕκαστος ὅπη ἔτυχεν ἐσκεδάννυντο. Ἐπίσης δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς ἀλώμενος μόνος, τοὺς πατρίους ἐπεκαλεῖτο θεούς. Ὡς δ' οὐδὲν ἦττον ἦν τὸ δεινὸν, οἷα φιλεῖ γίνεσθαι, ἀπροσδοκήτοις ἐμπεσὼν, τὸν τῆς αἰχμαλώτου ἐνενόει Θεόν· καὶ κατὰ νοῦν τοῦ λοιποῦ σέβειν ἐκεῖνον διενοεῖτο, εἰ τὸ παρόν γε διαδράσοι κακόν. Ταῦτ' εἰ;

νοῦν βαλλομένῳ, τὸ μὲν σκότος εὐθὺς ἐλύετο· λαμπρὰ δ' αἰθρία μετέβαλλε, τῆς ἀκτῖνος προσβαλλούσης τῇ ὕλῃ. Καὶ χαίρων ἐπὶ τὸν οἶκον ἐλθὼν, τῇ γυναικὶ τὸ συμβὰν ἡδέως κατέλεγε. Καὶ αὐτίκα τὸ γύναιον μετεστέλλετο· καὶ τίνα τρόπον θρησκεύειν θερμότερον ᾖτει διδάσκεσθαι. Τῆς δ' εἰσηγουμένης, ὅσα γε ἦν εἰκὸς λέγειν, τοὺς ὑπ' αὐτὴν ἀθροίσας, ἐπὶ κοινοῦ τῷ πλήθει δημηγορῶν, τὰς διὰ τῆς αἰχμαλώτου γεγενημένας τῷ ἐκείνου οἴκῳ εὐεργεσίας ἐξήγγελλε. Μήπω δὲ μυηθεὶς τὰ τοῦ δόγματος, τοῖς ὑπηκόοις μετεδίδου τὰ τῆς βουλῆς· καὶ ἄρδην τὸν Χριστὸν ὁμοῦ σέβειν φιλοτίμως ᾐροῦντο. Καὶ τάχος ὅσον τῆς γυναικὸς τὸ σχῆμα διαγραψάσης, ἐκκλησίαν ἀνίστων περιφανῆ. Κἀκεῖνος μὲν τοὺς ἄνδρας, ἡ δὲ γυνὴ σὺν τῇ αἰχμαλώτῳ τὰς γυναῖκας σπουδαίως ἐπὶ τὴν θρησκείαν ἐνῆγον. Περικύκλῳ δὲ καὶ περίβολον ἔβαλον. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοὺς κίονας σχοινίοις δή τισιν ἀνιμῶντες ταῖς βάσεσιν ἥδραζον, ὁ μὲν πρῶτος καὶ δεύτερος κίων εὐπετῶς κατὰ χώραν ἐγένετο· τῷ δὲ τρίτῳ δυσχερὴς ἦν καὶ ἐργώδης ἡ στάσις. Οὔτε γὰρ ἐπῆρκει τέχνη τῷ μηχανήματι, οὔτε μὴν τῇ βίᾳ τῶν ἑλκόντων ὑπήκοος ἦν, καὶ ταῦτα πολλῶν ἐφελκομένων τοῖς μηχανήμασιν. Ὡς δ' ἐπεγένετο νὺξ, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες οἴκαδε ἦσαν· μόνη δὲ ἡ αἰχμάλωτος τῷ χώρῳ παρέμενεν, εὐχαῖς ἱλεουμένη τὸ θεῖον, ὡς ἂν εὐχερὴς ἡ στάσις τῷ κίονι γένοιτο. Ἄχρι γὰρ τοῦ μέσου ὀρθωθεὶς, ἐγκάρσιος ἔμενε, τῆς ἄλλης ἀρχῆς προσερεισθείσης τῆς καὶ πάμπαν ἀκινήτου μενούσης. Τοῦτο δὲ προὐχώρει, ἵν' ᾖ τοῖς Ἴβηρσι τὰ πρότερα βέβαια καὶ τὰ περὶ τὸ θεῖον μᾶλλον ἐν ἀσφαλεῖ κατασταίη. Περὶ γὰρ τὴν ἕω εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἰόντες, θαυμάσιον οἷον καὶ ὀνείρῳ προσεοικὸς ἄντικρυς καθεώρων. Ὁ γὰρ πρὶν ἀκίνητος κίων ὀρθὸς ἦν σμικρῷ διαστήματι, ὑπεράνω τῆς ἰδίας βάσεως αἰωρούμενος. Ἐν ἐκπλήξει δὲ πάντων γεγενημένων, καὶ τὸν Χριστὸν μόνον ἀληθινὸν ὁμολογούντων Θεὸν, ἐπ' ὄψει πάντων ἠρέμα διολισθήσας αὐτόματος, καὶ κρεῖττον τέχνης προσηρμόσθη τῇ βάσει. Ἔπειτα δὲ καὶ οἱ λοιποὶ κίονες εὐχερῶς ἐστηρίζοντο. Οἱ δ' Ἴβηρες ἐντεῦθεν σπουδῇ τῇ πάσῃ τὸ ἔργον ἐτέλουν. Ὑποτιθείσης δὲ τῆς αἰχμαλώτου πρέσβεις πέμποντες Κωνσταντίνῳ, σπονδὰς ᾔτουν, καὶ συμμαχεῖν ᾐροῦντο Ῥωμαίοις. Ἀνθ' ὧν ἱερέας καὶ Θεοῦ λειτουργοὺς τῷ ἔθνει ἐδέοντο καθιστᾶν. Τῶν δὲ πρέσβεων ἐπὶ κοινοῦ τὰ παρ' ἐκείνοις γενόμενα διελθόντων, καὶ ὡς ἕτοιμοι εἶεν πανδημεὶ σέβειν Χριστὸν τὸ πᾶν ἔθνος, ὑπερφυῶς ἥδετο βασιλεύς· καὶ τάχος ὅσον ὀπίσω ἀνέπεμπε τοὺς πρέσβεις τὰ κατὰ γνώμην ἐκείνοις ἅπαντα διαπεπραγμένος. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον Ἴβηρες τὸ κατὰ Χριστὸν ἠσπάσαντο κήρυγμα· καὶ εἰσέτι νῦν προϊόντι χρόνῳ ἐπιμελῶς ἐξέχονται τοῦ σεβάσματος.

A caligo statim solvitur, et serenitas ampla radiis in silvam conjectis succedit. Itaque lætus domum redit : uxori, quod acciderat, suaviter recenset : mulierculam illam acciri statim jubet, seque ab ea de cultus ejus ratione doceri ardentius petit. Atque illa, cum quæ par opusque fuerat dixisset, confestim ipse suos convocat : et orationem pro concione ad eos habens, beneficia quæ captiva illa in domum ejus contulisset, commemorat : et quamvis nondum dogmate nostro initiatus, populis tamen suis voluntatem suam exponit. Et illi universi simul cultum Christi ambitiosa alacritate complectuntur (1). Ac primo quoque tempore descriptione a muliere facta, ecclesiam sane quam celebrem erigunt. Atque ipse quidem viros, conjux vero una cum captiva B mulieres magno studio ad religionem adducebant. Et jam parietes circumcirca exstruxerant. Postquam autem columnas quoque funibus quibusdam sursum trahentes, locis suis collocabant, una quidem et altera columna facile sedem suam obtinuere. In tertia vero difficilis admodum et laboriosa fuit collocatio ; neque enim ars conatui sufficiebat, neque robur trahentium quidquam proficiebat : et permulti erant, qui illam machinis attraherent. Supervenit nox, et alii omnes domum quisque petiere : sola autem captiva mulier in eo loco permansit, precibus Deum implorans, ut facilis columnæ in basi sua redderetur repositio. Nam illa ad medium usque erecta, obliqua consistebat, parte altera sublata, immobili prorsus permanente C altera. Factum id, ut Iberibus priora incepta firmiora, et quæ deinceps de Numinis cultu statuerent, certiora essent. Diluculo namque proximo ad ecclesiam venientes, veluti miraculum et somnio prorsus simile quiddam viderunt. Quæ etenim prius immobilis fuit columna, directa parvo intervallo supra basim suam suspensa persistebat. Et illa consternatis omnibus, et Christum solum verum Deum profitentibus, in conspectu omnium paulatim sua sponte se demittens, melius quam ars ulla efficere queat, loco suo est adaptata. **607** Postea vero et reliquæ columnæ facile collocatæ atque firmatæ sunt. Atque Iberes deinde studio omni opus id absolverunt : cohortante etiam ea ipsa captiva, D legatos ad Constantinum misere, qui fœdus cum eo paciscerentur, societatemque belli cum Romanis facerent, ac pro eis rebus genti ei sacerdotes atque Dei ministros dari orarent. Qui cum publice quæ apud eos acta fuerant, et quam paratus esset populus is universus ad Christum colendum exponerent, mirandum in modum ea legatione delectatus est imperator. Et quam potuit celerrime, rebus quas petierant omnibus ex eorum voluntate confectis, oratores ipsos domum remisit. Hoc modo Iberes prædicationem Christi susceperunt, et toi annorum lapsu nunc etiam magno studio in religionis cultu acquiescunt.

(1) « Regis ad exemplum totus componitur orbis. » (Claudian.) « Vita principis censura est, eaque perpetua. Ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur. » (Plin. Jun.)

CAPUT XXXV.

Ut etiam interioris Indiæ populi Christianismum sint amplexi, et natio itidem Armeniorum.

Sub ejusdem imperio, et interiorum quam qui ad nos vergunt, Indorum gens, quæ Bartholomæi doctrinæ expers permanserat, a sacerdote quodam Frumentio instituta, sacri dogmatis particeps est facta. Ne quis autem putet, Christianismum ab hominibus provenire : id vel ex eis qui apud Indos fuere Christianis, facile est cognoscere. Indi autem Sabæi primum, deinde etiam Homeritæ sunt appellati. Nationem eam ex Abraham et Cetura prognatam, regionemque eam quam Græci magnam et felicem Arabiam nominant, esse, extremumque Oceanum fines ejus pertingere dicunt : cujus metropolis et primaria urbs est Sabba (1) : unde ad Solomonem, fama obtinet, advenisse reginam illam Austri. Gens ipsa circumciditur, ac soli, lunæ, aliisque ejus regionis incolis dæmonibus sacrificat. Immista ei quoque est non exigua Judæorum multitudo. Hanc regionem philosophus quidam Meropius Tyrius (2), cognoscere et perspicere volens, veteres sapientes Platonem, Empedoclem, et Democritum, qui visendorum locorum gratia, longinqua usi sunt navigatione, maximeque **608** propinquiorem Metrodorum, qui Indos perlustravit, imitatus, assumptis adolescentibus duobus genere sibi propinquis, et Græcæ linguæ non imperitis (liberalibus enim artibus eos erudierat), eo est profectus. Atque ibi quibus opus erat rebus perspectis, jam in reditu erat, Ægyptia vectus nave. Propter penuriam autem sive aquæ, seu alterius necessariæ rei, ad portum quemdam appulere. Evenerat tum, ut fœdus et pax inter Romanos et Indos pacta solveretur. Atque Indi alicunde incursione in eos acta, cum alios plerosque, tum ipsum philosophum interemere. Pueros autem, ut pote ætate tenera, captos regi suo dono abduxere. Et ille juniorem quidem, Ædesii ei nomen erat, ministerio vini miscendi, Frumentium autem arcano regiarum litterarum et pecuniarum curandarum muneri (ingeniosum namque, et ad hujusmodi munia obeunda idoneum esse cognoverat) præfecit. Et cum annis pluribus egregiam ei fidem præstitissent, moriens rex, uxore et tenero filio relicto, diuturnam illorum benevolentiam libertate data compensavit, et quocunque loco esse vellent, migrandi eis potestatem permisit. Itaque illi Tyrum, quæ patria eis erat, redire properabant. At Indorum regina, quod tener admodum filius esset, eos, ut aliquod adhuc ad tempus, pueri regnique curatores constituti, donec ille major fieret, ibi manerent, rogavit. Obsequuntur illi ; verebantur enim heræ optata rejicere : et Indorum regnum, quoad potuere, administrant. Et magis penes Frumentium summa

(1) Plin. lib. vi, cap. 25.

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Ὡς καὶ τὰ ἐνδότερα τῶν Ἰνδῶν ἔθνη τὸν στεφανισμὸν παρεδέξαντο· ἔτι δὲ καὶ τὸ μεσίων ἔθνος.

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς βασιλείας καὶ τὰ ἐν τῶν καθ' ἡμᾶς Ἰνδῶν ἔθνη, ὅσα δὴ τῆς Βαρθολομαίου διδασκαλίας ἀπείρατα μεμενήκασιν, ὑπὸ ἱερεῖ, Φρουμεντίῳ τοὔνομα, καθηγητῇ αὐτῶν μένῳ, τῆς ἱερᾶς διδασκαλίας μετέσχον. Ὡς ἂν τισι δοκοίη τὸν Χριστιανισμὸν ἐξ ἀνθρώπων εἶναι, καὶ ἐκ τῶν παρ' Ἰνδοῖς γενομένων μαθεῖν εὑρετές. Οἱ δ' Ἰνδοὶ Σάβαι μὲν τὸ ἀνέκαθεν λοῦντο· Ὠμηρῖται δὲ ἐκλήθησαν ὕστερον. ἐκ Χεττούρας τῷ Ἀβραὰμ γεννωμένων τ Τὴν δὲ χώραν αὐτῶν εἶναί φασιν, ἣν Ἕλληνες λην Ἀραβίαν καὶ εὐδαίμονα ὀνομάζουσιν. Ἐ ἐξωτάτω δὲ Ὠκεανὸν καθήκειν ταύτης τὰ τέρ ἧς ἡ μητρόπολις, ἡ Σαβά, ἐξ ἧς Σολομῶντι γεγονέναι λόγος· ἔχει τὴν τοῦ Νότου βασίλ Ἐμπεριτόμων δὲ τὸ ἔθνος· Ἡλίῳ τε καὶ Σελή δαίμοσιν ἄλλοις ἐπιχωρίοις θύει. Ἀναπέφυ αὐτοῖς καὶ Ἰουδαίων οὐκ ἐλάχιστον πλῆθος. Τ τοίνυν Μεροπιός τις φιλόσοφος Τύριος ἱστ σπουδὴν θέμενος, μιμησάμενος μὲν καὶ τοὺς σοφοὺς, Πλάτωνα καὶ Ἐμπεδοκλῆν καὶ Δημόκ κατὰ θέαν τόπων πλοῦν στειλαμένου· μα μάλιστα δὲ τὸν προσεχῆ Μητρόδωρον τὰ κατ δοὺς ἱστορήσαντα, δύο τινὰ μειράκια συμπαρ δῶν γένει προσήκοντα, καὶ Ἑλληνικῆς οὐκ ἀ διαλέκτου (ἐλευθερίων γὰρ διὰ λόγων ἦγεν τοῦ πρόσω ἠπείγετο. Καὶ δῆτα ὅσα γ' ἐχρῆν ῥήσας, ἐπανόδου εἶχετο, Αἰγυπτίᾳ καταπλέω Κατὰ δὲ χρείαν ὕδατος ἢ καί τινος ἄλλου τῶν καίων λιμένι προσορμίζει τινί. Συμβὰν δὲ καῦτα τὰς μεταξὺ Ῥωμαίων τε καὶ Ἰνδῶν σπᾶσθαι σπονδάς, Ἰνδοὶ πόθεν ἐκβραμόντες, νουσι μὲν ἅπαντας· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν φιλ διεχρήσαντο. Τοὺς δὲ παῖδας ἅτε νέους ζωγρ τες, δῶρον τῷ σφῶν προσάγουσι βασιλεῖ. Τ τὸν μὲν νεώτερον, Αἰδέσιος ἦν αὐτῷ ὄνομα, οἰνοχοεῖν καθίστα· τὸν δὲ Φρουμέντιον τῶν λικῶν γραμμάτων ταμίαν εἶχε, καὶ τῶν χρη ἐπίτροπον. Ἐχέφρονα γὰρ εἶναι, καὶ τὰ τ διακονεῖν ἐγίνωσκεν ἱκανώτατον. Χρόνῳ δὲ π τὰ πιστὰ οἱ παρεσχηκότας, τελευτῶν ἐπὶ γ καὶ ἀπαλῷ παιδὶ ἐλευθερίᾳ τὴν μακρὰν ἡμ εὔνοιαν, καὶ ὅπη δὴ βουλομένοις διατρίβειν, ἀ Οἱ μὲν οὖν εἰς Τύρον ἔσπευδον ἐπανήκειν, ἔθ καὶ πατρίδος ἦσαν· ἡ δὲ βασιλὶς τῶν Ἰνδῶ κομιδῇ νέου τοῦ παιδὸς ὄντος ἐδεῖτο παρ' μένειν χρόνον εἰς ἐπιτρόπους τῆς ἀρχῆς καὶ μένους τῷ νέῳ, ἕως οὗ ὁ παῖς ἀνδρωθείη. Κα θονται μὲν ἐκεῖνοι· ἠδοῦντο γὰρ ἀντιβολοῦσα δίσποιναν παραιτήσασθαι· καὶ τὴν ἡγεμο.ία δῶν ὡς ἐγχωροῦν ἐπετρόπευον. Καὶ μᾶλλον μέντιος ἐπὶ τῶν ὅλων ἦν· ὃς Θεοῦ γε οἶμαι θίζοντος, εἴ τινές εἰσι παρ' Ἰνδοῖς Χριστιανοὶ

(2) Socrat. lib. i, cap. 19.

ρεύνα, ἢ Ῥωμαῖοι τῷ πλῷ ἐπιχωριάζοντες. Εὑρί- A rerum erat : qui, ut equidem puto, instigante Deo, si quid apud Indos Christiani, aut qui navibus eo frequentarent Romani essent, diligenter perscrutabatur. Eos inventos perhumaniter accepit, locisque, Christianorum more, suis cum eis oravit. Atque ea progressus via, orationis domum construxit : et quosdam ex Indis sacris nostris instituens, precationibus operari docuit, et religionem profiteri hortatus est. Et filius regis jam ephebus erat. Atque illi quamvis, ut manerent, plurimum cogerentur, attamen et cum regis et cum matris ejus bona venia in patriam suam rediere. Et Ædesius quidem Tyri, propter propinquos suos, postea presbyterii assumpsit dignitatem. Frumentius vero, Phœnicia relicta, Alexandriam se contulit : **609** B atque ad Athanasium cum venisset, qui nuper admodum ad sacra Ecclesiæ gubernacula pervenerat, res Indorum ei exposuit, et ut proclives paratique ad Christianismum suscipiendum essent ostendit. Et insuper, non despiciendam esse tam opportune oblatam venationem, sed episcopum eo et clerum illis quamprimum mittendum esse supplicavit. Athanasius porro verbis eis in animo suo perpensis, episcopis, qui tum Alexandriæ aderant, advocatis, non alium aptiorem magisque idoneum ad cultum divinum ibi adaugendum judicavit esse, quam eum ipsum, qui primus semina Christianorum communionis apud eos jecisset. Atque ille persuasus, episcopatum suscepit ; et in regionem Indorum reversus, præco Evangelii istic omnibus factus est. C Tantopere vero eum laudatum esse ferunt, ut parem cum apostolis laudem et honorem tulerit. Clarissimum enim eum Deus reddidit, prodigiis et miraculis insignibus exornans. Et locupletem nactus gratiam, plurima Deo constituit templa, medicusque animarum juxta et corporum incurabilium diuturna sanavit vulnera. Hæc Rufinus memoriæ prodidit, qui se Ædesium Tyri convenisse refert. Et ad hunc quidem modum sacerdotalis dignitas et administratio apud Indos est instituta : unde deinceps divinum dogma finitimas quoque regiones pervasit. Eisdem fere temporibus Armenios itidem Christianam religionem complexos esse audivi. Cum enim Gregorius ille (1), qui miraculis edendis clarus fuit, multa a Tiridate propter D Christum passus, et post multas variasque malorum species ad quatuordecim annos foveæ cœnosæ et caligino-æ inclusus esset, Tiridates ipse ejus gentis princeps, cum domo sua tota, et cum optimatibus, divinæ iræ vindictam est expertus. Ad vitam enim simul et formam porcorum redacti, seipsos devorabant. Sedenim ex fovea illa extractus divus Gregorius, uno signo omnibus Christum colere persuasit : et sulla forma atque vita liberatos, institutum nostrum complecti coegit, delubra eis construxit, sacra arcani et mystici sacrificii cele-

σκων δὲ, φιλοφρόνως τε ὑπεδέχετο· καὶ ἰδιάζουσι τόποις, ᾗ ἔθος Χριστιανοῖς, συνηύχετο. Ὁ δ' ὧδε προϊὼν, εὐκτήριον οἶκον ἀνῳκοδόμει. Καί τινας τῶν Ἰνδῶν κατηχῶν, εὐχὰς τελεῖν παρεσκεύαζε, καὶ πρισβεύειν τὰ θεῖα προὐτρέπετο. Ἤδη δ' ἐφήβου τοῦ βασιλέως γενομένου παιδὸς, τοῦτόν τε καὶ τὴν αὐτοῦ μητέρα παραιτησάμενοι, ἐπὶ τὴν σφετέραν πόλιν ἀπέπλεον, καίπερ μένειν ὡς πλεῖστον ἐκβιαζόμενοι. Καὶ ὁ μὲν Αἰδέσιος εἰς Τύρον ἦκων, καὶ τοὺς προσήκοντας κατιδὼν, κατὰ ταῦτα τῆς τοῦ πρεσβυτερίου καθέδρας ἠξίωτο· Φρουμέντιος δὲ τὴν ἐπὶ Φοίνικας παριδὼν, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἦκε· καὶ Ἀθανασίῳ ἐντυχὼν, ἅρτι τῶν ἱερῶν οἰάκων ὑπερκαθίσαντι, τὰ κατ' Ἰνδοὺς διηγεῖται· καὶ ὡς ἐν ἑτοίμῳ εἶοι τὸν Χριστιανισμὸν παραδέξασθαι ἔλεγε, καὶ μὴ περιορᾷν τὴν θήραν κατηντιβόλει· ἱερέα δὲ ἴσον τάχος καὶ κλῆρον αὐτοῖς ἐπιτέμπειν. Ἀθανάσιος δὲ εἰς ἔννοιαν θέμενος τὸ ῥηθὲν, τοὺς ἐπιδημοῦντας τῶν ἐπισκόπων ἀθροίσας, οὐκ ἄλλον ἐπιτηδειόν τε καὶ ἱκανώτατον τὴν θρησκείαν αὐξῆσαι ἔκρινεν ἢ αὐτὸν ἐκεῖνον ὃς πρῶτος σπέρματα τῆς τῶν Χριστιανῶν μετουσίας αὐτοῖς κατεβάλλετο. Καὶ ὁ μὲν πεισθεὶς, ἀνελάμβανε τὴν ἱερωσύνην· καὶ αὖθις ἐπὶ τὴν Ἰνδῶν ἀνέστρεφε χώραν· καὶ κῆρυξ τοῦ Εὐαγγελίου τοῖς ἐκεῖσε ἅπασι γίνεται. Τοσοῦτον δ' ἐπαινεθῆναι τοῦτόν φασιν, ὡς ἴσον τὸ γέρας τοῖς ἀποστόλοις κτήσασθαι· ἐπεί τοί γε καὶ ἐπισημότατον ὁ Θεὸς αὐτὸν ἀπέφηνε, τέρασι καὶ σημείοις ἐξαισίοις κατακοσμῶν· πλουσίας γὰρ τῆς χάριτος εὐμοιρήσας, οἴκους Θεῷ πλείστους ἀνήγειρεν. Ἰατρὸς δὲ καὶ κατ' ἄμφω ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνηκέστων, ἰθεράπευε χρόνια τραύματα. Ταῦτα Ῥουφῖνος ἱστόρησεν, Αἰδεσίῳ ἀνὰ τὴν Τύρον περιτυχών, ὥς φησιν. Ἀλλ' οὕτω μὲν καὶ ἡ παρ' Ἰνδοῖς ἱερωσύνη συνέστη· κἀκεῖθεν ἐφεξῆς τὸ θεῖον δόγμα διὰ τῶν ὁμόρων διέβη. Τοῖς δ' αὐτοῖς δὴ χρόνοις, καὶ Ἀρμενίους ἐπυθόμην τὰ Χριστιανῶν ἑλέσθαι. Γρηγορίου γὰρ ἐκείνου τοῦ Θαυμαστοῦ πολλὰ πρὸς Τηριδάτου παθόντος διὰ Χριστὸν, καὶ μετὰ πολλὴν καὶ ποικίλην κακῶν ἰδέαν, ἐπὶ τεσσαρεσκαίδεκα ἔτη λάκκῳ βορβορώδει καὶ ἀφεγγεῖ συγκλεισθέντος, Τηριδάτης ὁ τοῦ ἔθνους ἡγούμενος θεομηνίας πανοικὶ πειρᾶται σύναμα τοῖς ὑπερέχουσι. Χοιρώδη γὰρ καὶ βίον καὶ ὄψιν ἀμειψάμενοι, διῆγον σφᾶς αὐτοὺς κατεσθίοντες. Ἀλλ' ἐκεῖθεν ἀνιμηθεὶς ὁ θεῖος Γρηγόριος, ὑφ' ἓνὶ συνθήματι πάντας θρησκεύειν Χριστὸν ἔπεισεν· ἐκ τῆς χοιρείας τ' ἐκείνης καὶ μορφῆς καὶ διαίτης ἀπαλλάττων, τὴν κατὰ Χριστὸν ἀσπάζεσθαι πολιτείαν ἠρέθισε· νεώς τε αὐτοῖς ἀνήγειρε, καὶ τὰ τῆς μυστικῆς ἐτέλει τούτοις θυσίας. Καινοῖς δὲ θαύμασι τοὺς ἐνοίκους δαίμονας ἀπελάσας τῆς χώρας, αὐτόν τε Γρηγόριον σύναμα Τηριδάτῃ παρὰ τὸν μέγαν βασιλέα Κωνσταντῖνον γενέσθαι· τὸν δὲ συνήδεσθαι τὰ παράδοξα διακούοντα. Ἐπίσκοπον δὲ τῆς ὅλης χώρας καταστήσας Γρηγόριον ἔπεμπεν. Ὑπὸ τοῦν

(1) Alium hunc Gregorium Mirificum fuisse aliquis putet ab eo quem supra Origenis discipulum, et episcopum Neocæsariensem in Ponto extitisse legimus. Sed unus et idem est, sicuti colligere est infra ex lib. II, cap. 19.

Lravit, et novis miraculis incolas dæmones ex ea regione exturbavit. Sunt qui Gregorium una cum Teridate ad Imperatorem magnum Constantinum venisse tradunt, eumque tam mirandæ et inopinatæ audientem magnopere lætatum esse, et Gregorium ipsum totius ejus regionis episcopum ordinatum, eo misisse. **610** Gregorius igitur Teridatis suffragio comprobatus, cum idolorum fana ibi evertit, tum Christo sacra templa erexit, et miraculis præcipuis universam gentem ad fidem nostram redactam baptizavit, atque ad Servatorem Christum adduxit.

A Τηριδάτη Γρηγόριος συγκροτούμενος, τά τε παρ' ἐκείνοις εἰδωλεῖα κατέστρεψε, καὶ Χριστῷ θεῖα τεμένη ἀνήγειρε. Θαύμασι δ' ἐξαισίοις πίστει τὸ σύμπαν χειρωσάμενος ἔθνος, ἐβάπτιζε, καὶ τῷ σωτῆρι προσῆγε Χριστῷ.

CAPUT XXXVI.

Quid Sapori regi Persarum acciderit : de episcopo Symeone, deque iis qui cum eo martyrio sunt affecti.

Non longe post per finitimos populos ad plurimos dogma nostrum pervenit : a quibus et ad Persas doctrinam tum pertigisse existimo. Nonnulli etenim ex Persis, cum Osroenis et Armeniis familiarius agentes, et cum sanctis quibusdam viris verba conferentes, paulatim virtutem illorum experti, ad vitæ eorum æmulationem tacite ferri, et Christianismum amplecti cœpere. Ubi autem cum tempore numerus eorum est auctus, ecclesiæ constructæ, sacerdotum ordo institutus, aliaque quæ nostrorum sunt sacrorum peracta, non mediocrem ea res magis attulit plagam. Ii enim antiquitus, veluti familia quædam ad quam sacerdotium pertineat, rem divinam apud eos procurant. Quin et Judæis qui ibi sunt, ægre fuit, jamdudum odio atque invidia adversus religionem nostram, nobis infensis. Ii Saporem, qui tum regnum in ea regione obtinebat, adeunt : et Symeonem Seleuciæ et Ctesiphontis, primariarum in Perside urbium, episcopum, per calumniam deferunt, veluti Romanorum imperatori amicum, rebusque Persarum infestum. Et rex fide illis habita, primum Christianos vehementer vexavit, præfectos illis viros sævos constituens, et tributa gravia imponens, ut scilicet egestate et exactorum crudelitate expugnati, religionem repudiarent : id quod ei magnopere studio fuit. Deinde sacerdotes atque episcopos, tanquam eorum præfectos jugulare, ecclesias demoliri, sacra donaria publicare, et Symeonem perinde atque religioni simul et regno Persarum insidiantem corripi jussit. Itaque magi, Judæis adjuvantibus, ecclesias statim solo æquant : et Symeones ferreis compedibus vinctus, apud regem sistitur. Ubi sane virum se honestum et bonum præstitit. **611** Post multa namque verbera introductus, non amplius, uti consuetudo ejus fuerat, adorare illum sustinuit. Quapropter ira percitus tyrannus, quid id tandem esset, quod nunc demum præter morem faceret, interrogat. Atque ille : Quod nunquam antea, inquit, sicuti nunc, productus sum, vi mihi illata ut verum Deum prodam. Cum quidem nulla inter nos esset dissensio, quæ inoris Persici sunt feci ; nunc autem nefas id esse duco. De veritate namque et fide nobis est certamen. Porro Sapores illi, ut solem adoraret, necessitatem imponit : quod nisi faceret, non ipsum modo, verum etiam omnem quæ ibi esset Christianorum gentem, interituram

ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'.

Περὶ τῶν ἐν Περσίδι γεγενημένων Σαβώρῃ τῷ βασιλεῖ · καὶ περὶ τοῦ ἐπισκόπου Συμεών, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ μαρτυρησάντων.

Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον διὰ τῶν ὁμόρων εἰς πλῆθος τὸ δόγμα ἐπίδωκεν· ἐξ ὧν ἡγοῦμαι καὶ ἐς Πέρσας διαβῆναι τηνικαῦτα τὸ κήρυγμα. Τινὲς γὰρ ἐκεῖθεν B Ὀσροηνοῖς καὶ Ἀρμενίοις ἐπιμιγνύμενοι, θείοις τέ τισιν ἀνδράσι διομιλούμενοι, καὶ ἡσυχῇ τῆς ἐκείνων πειρώμενοι ἀρετῆς, εἰς ζῆλον τῆς ἐκείνων βαλτης κατ' ὀλίγον ἦκον, καὶ Χριστιανίζειν ἤρχοντο. Ὡς δὲ χρόνῳ πλεῖστοι γενόμενοι ἐκκλησίας τε ἐπεσκεύαζον, καὶ ἱερωσύνην συνίσταντο, καὶ τἄλλα τῆς καθ' ἡμᾶς ἐπετήδευον τελετῆς· οὐ μετρίαν ἐνῆκε τοῦτο τοῖς μάγοις πληγήν. Οὔτοι γὰρ ἐξ ἀρχαίου οἷά τι γένος τῇ καθ' αὐτοὺς ἱερωσύνῃ προσῆκον, τὴν αὐτῶν θρησκείαν ἐπιτροπεύουσιν. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ οἱ παρ' αὐτοῖς Ἰουδαῖοι ἐν δεινῷ ἐποιοῦντο, ἄνωθεν βασκανίᾳ τῇ περὶ τὸ ἡμέτερον δόγμα ἐκπεπολεμωμένοι. Καὶ Σαβώρῃ προσιόντες, οὗτος γὰρ ἡγεῖτο τηνικαῦτα τοῦ ἔθνους, τὸν ἐπίσκοπον Συμεώνην Σελευκείας καὶ Κτησιφῶντος, αὗται δ' ἐν C Περσίδι τῶν πόλεων βασιλεύουσι, διέβαλον ὡς τῷ Ῥωμαίων βασιλεῖ φίλον, καὶ δυσμεναίνοντα τοῖς Περσῶν πράγμασιν· οἷς πεισθεὶς, τὰ μὲν πρῶτα χαλεπῶς ἐπέτριβε τοὺς Χριστιανούς, ἐπιστασίαις ἀνδρῶν ἀπηνῶν καὶ δριμείαις φόρων εἰσπράξεσιν, ὡς ἂν τῇ ἐνδείᾳ καὶ ἀπηνείᾳ τῶν ἀπαιτούντων ἐκβιασμένοι, ἀπόθωνται τὴν θρησκείαν, ὃ διὰ σπουδῆς μεγάλης αὐτῷ ἦν· ἔπειτα τοὺς ἱερέας, καὶ ὅσους προστάτας αὐτῶν κτείνειν ἐκέλευεν· εἰς ἐρείπια δὲ καθίστασθαι τοὺς νεὼς, καὶ τὰ ἱερὰ κειμήλια ᾧ δήμῳ ἀνεῖσθαι, καὶ τὸν Συμεώνην, ὡς ἐπίβουλα καὶ τῆς θρησκείας καὶ τῆς βασιλείας Περσῶν, σύρεσθαι. Μάγοι μὲν οὖν, Ἰουδαίων συναιρομένων αὐτοῖς, τὰς ἐκκλησίας θᾶττον ἐρρίπτουν· ὁ δὲ D Συμεώνης πεδηθεὶς σιδήροις, τῷ βασιλεῖ παρίστατο. Ἔνθα δὴ ἀνὴρ καλός τε καὶ ἀγαθὸς διεφάνη. Μετὰ γὰρ πολλὴν βάσανον εἰσαχθεὶς, οὐκέτι ὡς ἔθος αὐτῷ προσκυνῆσαι ἠνέσχετο· ἐφ' ᾧ χαλεπήνας ὁ τύραννος, τί δή ποτε παρὰ τὸ εἰωθὸς ἄρτι πράττοι, διεπυνθάνετο. Ὅτιπερ, ἔλεγεν, οὐδέπω ὡς νῦν εἰσήχθην, προδοῦναι τὸν ἀληθῆ Θεὸν βιαζόμενος. Ὡς γοῦν μηδεμιᾶς ἐνούσης διαφορᾶς, τὰ εἰωθότα ἐποίουν· νῦν δ' οὐ θέμις εἶναι νομίζω· ὑπὲρ γὰρ ἀληθείας καὶ τῆς πίστεως ὁ ἀγών. Σαβώρης δὲ τὸν ἥλιον προσκυνεῖν κατηνάγκαζε. Μὴ ποιεῖν δ' αἱρούμενον οὐ μόνον αὐτὸν διολέσειν ἠπείλει, ἀλλὰ καὶ σύμπαν φῦλον τῶν ἐκεῖσε Χριστιανῶν. Ἐπεὶ δὲ οὔτε λόγοις τοῦτον κατακτυπῶν, οὔτ' ἐπαγγελίαις χαυνῶν, προδοῦναι τὸ σέβας, καὶ τὸν Ἥλιον μήποτε προσκυνεῖν

ἥπιστε· τό γε νῦν δεσμώτην ἀνέπεμπον εἰς φρουράν. Ἀπαγόμενον οὖν, Ὑσθαζάνης πρεσβύτης εὐνοῦχος, παιδαγωγὸς χρηματίσας Σαβώρῃ, τὰ πρῶτα δ' ἐν τοῖς βασιλείοις ἐκείνου φερόμενος, ἀναστὰς τὸν μάρτυρα προσεκύνει· ἔτυχε γὰρ πρὸ τῶν αὐλείων οὐδῶν καθήμενος· Συμεώνης δὲ οὐδὲ λόγου μεταδοὺς αὐτῷ, ὑβριοπαθῶν παρήμειβε, μυσαττόμενος, οἷς οὐ πρὸ πολλοῦ βιασθεὶς Ἡλίῳ προσκυνεῖν εἵλετο. Δακρύων δὲ πλήσας τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ εὐνοῦχος, ὤμωξε· καὶ δὴ τὴν λαμπρὰν ἐσθῆτα ῥίψας, μετημφίεστο μέλαιναν· καὶ πρὸ τῆς οἰκίας ἐκάθητο, πένθος ἔχων οἰμωγαῖς καὶ δάκρυσι σύμμικτον, τοιαῦτα ὑποφωνῶν· Οἴμοι ἐγώ! τίς δὲ ἄρα ἔσται περὶ ἐμὲ, ὃν ἀδιάστως ἠρνησάμην Χριστόν; ὅπου γε Συμεὼν οὗτος διὰ ταῦτα, παλαιός γ' ἐμοὶ συνήθης ὤν, παρέδραμεν οὐδὲ προσβλέμματος ἀξιώσας; Ταῦτα Σαβώρην ἀγνοῆσαι οὐκ ἦν· καὶ μεταστελλόμενος τὸν εὐνοῦχον, εἴ τινι κατ' οἶκον ἐχρήσατο συμφορᾷ ἐπυνθάνετο. Ὁ δὲ μὴ κατ' οἶκον ἔλεγε δυστυχεῖν· ἢ γὰρ ἂν μακάριον ἦν πᾶσι τοῖς κατ' οἶκον ἔχειν κακῶς· ῥᾴον γὰρ ἦν ἡ τοιαύτῃ περιπεσεῖν συμφορᾷ. Πένθος δ' ἔχω, φησὶν, ὅτιπερ ζῶ, καὶ ὁρῶ τὸν ἥλιον, ἐκ πολλοῦ τεθνάναι δίκαιος ὤν, ὅτιπερ μὴ κατὰ γνώμην, σὴν χάριν, τὸν Ἥλιον προσεκύνησα. Κατ' ἄμφω οὖν με χρῆναι κρίνω θανεῖν· οἷς τε ὃν ἐπόθουν μάλα ἠρνησάμην Χριστὸν, τῶν καλλίστων προδότης γεγενημένος, καὶ περὶ σὲ ἀπατεῶν χρηματίσας. Ταῦτα λέγων, διώμνυτο μὴ τοῦ λοιποῦ μετατεθεῖσθαι τὴν γνώμην. Σαβώρης δὲ τῇ ἀθρόᾳ τοῦ εὐνούχου μεταβολῇ ἐκπλαγείς, τοῖς Χριστιανοῖς ἐχαλέπαινε μάλιστα, γοητείαις τὰ τοιαῦτα δὴ πράττειν οἰόμενος. Συνηθείᾳ δὲ καὶ φειδοῖ τῇ περὶ τὸν τροφέα, πάσῃ μηχανῇ μεταπείθειν ἐπειρᾶτο, πραότητι τὸ ἀπηνὲς χεραννύς. Ὡς δὲ τὸ πρὸς βουλῆς περαίνειν οὐκ εἶχεν, Ὑσθαζάνου μὴ τοσοῦτον εἶναι εὐήθη λέγοντος, ὡς ἀντὶ τοῦ Ποιητοῦ καὶ Κτίστου σέβειν αἱρεῖσθαι τὰ κτίσματα, ἐκνικηθεὶς τῷ θυμῷ Σαπώρης, τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖσθαι προσέταττε. Καὶ δὴ ἀπαγόμενος, τῶν τινα πιστοτάτων τῷ βασιλεῖ εὐνούχων Σαπώρῃ πέμπων, ἐπέτρεπε τάδε εἰπεῖν· Ἦν μὲν ἐκ νέου, ὦ βασιλεῦ, εὔνοιαν εἶχον, σοί τε καὶ πατρὶ τῷ σῷ καὶ πᾶσι τοῖς κατ' οἶκον προθύμως διακονούμενος, οὐκ ἂν μοι νῦν μαρτύρων εἶναί σοι χρείαν πιστεύω· ἐπίσταμαι γάρ σε πάντα εἰδέναι· ἀλλ' ὑπὲρ ὧν ἔσασί σε κεχαρισμένος ὑμῖν διαγέγονα, μίαν δή χάριν αἰτῶ, ἣν ἀμείβεσθαι δίκαιος ἂν εἴης, πολλῶν ἀπολαύσας. Ἐν δεινῷ τε μάλα τίθεμαι θνήσκων, ὡς ἄπιστος καὶ κακοῦργος περὶ τὸν σὸν οἶκον φανεὶς ἐκτίνων τὴν δίκην. Κήρυκα τοίνυν κέλευε σημαίνειν πᾶσιν, ὅτιπερ Ὑσθαζάνης θανάτῳ κολάζεται, οὐδὲν οὐδαμῶς μοχθηρός τις περὶ τὴν βασίλειαν φανεὶς· ἐκ προγόνων δὲ τὰ Χριστιανῶν πρεσβεύων, καὶ ἥκιστα πειθόμενος βασιλεῖ, ἀρνεῖσθαι μὲν ὃν ἐπόθει Θεὸν, Ἡλίῳ δὲ ἀντ' αὐτοῦ νέμειν τὸ σέβας, ταύτην ὑπέχει τὴν δίκην. Καὶ ὁ μὲν τοιαῦτα ἐμήνυε. Σαβώρης δὲ τὴν αἴτησιν ἀπεπλήρου· ᾤετο γὰρ ἐν καλῷ οἱ ἔσεσθαι τὴν ἀνακήρυξιν. Εἰ γὰρ κατὰ νοῦν τοῖς ἄλλοις Χριστιανοῖς γένοιτο, ὡς οὐδενὸς ἔσται φειδὼ τοῦ λοιποῦ, οὕτως εὔνου καὶ προφανῶς ἀνηρτημένου

esse minatur. Sed enim cum neque minis illum territans, neque promissis demulcens, quidquam proficeret, ac nulla spes esset reliqua, illum vel sacra sua proditurum, vel solem adoraturum, vinctum remittit in custodiam. Quem, dum abducitur, Usthazanes vetulus eunuchus, Saporis olim pædagogus, primam in aula regia obtinens dignitatem, assurgens, ut martyrem adorat: tum enim forte pro aulæ palatio considebat. Symeones vero ne verbo quidem eum dignatus, quasi injuria affectus præteriit: illud in eo detestans, quod non ita pridem coactus solem adorandum duxerit. Tum eunuchus oculos lacrymis suffusus ingemiscit, vestem splendidam ponit, pullam sumit, atque pro ædibus considens luctum gemitu et lacrymis mistum continuat, talia subinde verba referens: O me miserum, qualem erga me futurum sperem, qui a me nulla adhibita vi pernegatus est Christum, quando Symeones iste veteri consuetudine mihi conjunctus, ea de causa ne aspectu quidem me dignatus, præteriit? Hæc Saporem latere non potuerunt. Itaque accito eunucho, num quid domi suæ ei adversi acciderit, rogat. Ille nihil infortunii domi esse dicit; felicitatis quippe id esset, si quid domi esset mali; facilius namque id futurum fuerat, quam tanta opprimi calamitate. Lugeo autem, inquit, quod et vivo, et solem aspicio, jamdudum qui morerer meritus: propterea quod non ex animi sententia, tua gratia, divinum soli exhibui honorem. Itaque utroque nomine me mori debere judico, tum quod tantopere desideratum, rerum longe pulcherrimarum proditor factus, negaverim Christum: **612** tum quod te quoque ipsum decepi. Atque his dictis, adjurat, haudquaquam se posthac mutaturum sententiam. Sapores ad tantam eunuchi mutationem consternatus, Christianis quam maxime succenset, imposturis atque incantationibus talia ab eis agi existimans. Et propter familiarem consuetudinem gratiamque qua nutricium suum prosequebatur, modis omnibus a proposito illum deducere tentat, crudelitatem mansuetudine temperans. Ut autem perficere, quod voluit, non potuit, Usthazane non tam se esse simplicem aut stupidum dicente, ut pro factore et Creatore creaturam colendam esse statuat: ira victus Sapores, caput ei amputari jubet. Enimvero cum jam ille abduceretur, fidelissimum quemdam ex eunuchis ad regem mittens, hæc renuntiari ei jubet: Qua ab incunte ætate, o rex, benevolentia in te, patrem tuum, et familiam omnem fuerim, alacriter vobis inserviens, nihil mihi testibus opus esse credo; scire enim te omnia novi. Sed enim pro eo quod semper gratificari vobis studui, unam hanc peto gratiam: quam te quidem, qui multas acceperis, reddere est æquum. Graviter enim moriturus fero, quod perinde atque infidus, maleque de familia vestra meritus, pœnas pendam. Quapropter præconem publice omnibus pronuntiare jubeto, Usthazanem morte multari, non qui in re-

giam aut regnum quidquam admiserit, sed qui sacra Christianorum professus, minime regi parere voluerit, ut quem ardenter coluerit Deo negato, pro illo Soli divinum ferret honorem, propterea supplicium sustinere. Atque internuntius hæc ita significat. Sapores autem petitionem implet. Recte namque promulgationem ejuscemodi casuram putabat. Etenim si Christiani cum animis suis reputarent, nulli de cætero parsum iri, quando nutricius et tam charus regi vir necaretur, celerrime eos Christum colere desituros. Præterea vero factum id Usthazani quoque commodum accidit. Quemadmodum enim, cum timore adductus solem adoravit, multos ex Christianis transversos egit : ita imitatores ejus rursum futuri fuerant illi, cum pro veritate religionis cæsum esse cognoscerent. Atque Usthazanes quidem ita præclare vitam suam finiit. Postera autem die Symeonem quoque rex trucidari præcepit. Erat autem ea dies, quæ venerandam Dominicam resurrectionem Christi præcedit. **613** Quin et alios itidem centum vinctos, qui ex episcopis et alio sacro ordine erant, tum jugulari jussit. Symeones igitur productus, neque ipsi regi neque Soli adorationis cultum exhibere volens, perquam libere et fortiter de dogmate suo decertavit. Maximus porro archimagus, sive magorum princeps, cum illos abductos, an vivere, et rem divinam de regis sui more facere vellent, interrogasset, atque id illi cuncti detrectassent, ad supplicium omnes condemnati sunt. Et carnifices quidem ad mortem martyribus inferendam accingebantur; Symeones vero qui aderat, præsenti animo esse et confidere eos jussit : atque in memoriam eis revocavit mortem simul et vitam sempiternam, resurrectionem quoque, et veram pietatem. Et testimonia quædam sacrarum Litterarum adducens facile fidem faciebat orationi suæ : mortem scilicet affirmans esse vitam; at si quis per timiditatem cultum Dei deserat, id demum veram esse mortem. Neque ita multum abesse tempus, etiamsi nemo occidat, quin sua ipsa sponte mors præsto sit : quippe quam nemini, qui genitus sit, effugere liceat. Quæ autem futura sint æterna, et ævum ipsum testem habentia, non omnes ex æquo prorsus consecutura, sed unicuique certam quamdam et exactam adhibitum iri, quæ vitam hic actam examinet, amussim : accepturumque quemlibet pro operibus suis bonis præmia immortalia, atque itidem rursum supplicia pro malis perpetratis sempiterna. Maximum esse, prorsus vitam pro nomine Dei projicere, atque apud nos bonorum omnium summum et felicissimum. Ejusmodi verbis Symeones, veluti quidam bonus prædotriba, ad certamina discipulos suos instruens, ingenti fiducia illos ad eadem progredi est cohortatus. Cæterum postquam centum illi jugulati sunt, postremo et ipse Symeones gladio est percussus. Inter hos etiam fuere Abdechalas et Aninas (1), senes jam, et seniores seu presbyteri ecclesiæ ejus. Trementi vero Aninæ, dum ad cædem præparatur, Persices regiorum artificum præ-

(1) *Al.* Ananias.

ἀνδρὸς, τάχιστ' ἂν παύσαιντο σέβειν Χριστόν. Χαρίσιμον δ' ἑτέρως καὶ Ὑσθαζάνῃ συνέβαινε τὸ πραχθὲν εἶναι. Ὑπηνίκα γὰρ δείσας τὴν προσκύνησιν ἀφωσίου, πολλοὺς ἐκλόνησε τῶν Χριστιανῶν· ἐπίσης δ' αὖθις εἶναι μιμητὰς γενέσθαι, εἴ γε μάθοιεν ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς θρησκείας ἀνῃρημένον. Καὶ Ὑσθαζάνης μὲν οὕτως ἐνδόξῳ βιοτῇ ἐτελεύτα· τῇ δ' ἑξῆς καὶ Συμεώνην βασιλεὺς ἐκέλευεν ἀναιρεῖν. Ἦν δ' ἡμέρα ἡ πρὸ τῆς κυριωνύμου καὶ σεπτῆς Χριστοῦ ἀναστάσεως. Καὶ ἄλλους δ' ἐπίσης κτείνειν ἑκατὸν δεσμώτας προσέταττεν. Ἐπίσκοποι δ' ἦσαν καὶ ἄλλοι τοῦ καταλόγου τῶν ἱερῶν. Ὁ μὲν οὖν Συμεώνης προσαχθείς, οὔτ' αὐτῷ οὔτε Ἡλίῳ προσκυνεῖν ἤθελεν, ἐλευθέρως μάλα περὶ τοῦ σφετέρου δόγματος διαγωνιζόμενος. Ὁ δὲ μέγιστος ἀρχιμάγος, ἀπαγορεύοντος αὐτοῖς, προφθάσας εἰ βούλοιντο ζῆν, καὶ παραπλησίως βασιλεῖ θρησκεύειν αἱροῖντο, ἠρώτα. Οἱ δ' ἀπηξίουν ἅπαντες, τῇ καταδίκῃ ἐπέστησαν. Καὶ οἱ μὲν δήμιοι περὶ τὰς τῶν μαρτύρων διεπονοῦντο σφαγάς· Συμεώνης δὲ παρὼν, θαρσεῖν τε ἐκέλευε, καὶ ὑπεμίμνησκε περί τε θανάτου καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς· ἔτι δὲ καὶ περὶ ἀναστάσεως καὶ εὐσεβείας. Παράγων δὲ καί τινας μαρτυρίας τῶν ἱερῶν Γραφῶν, ἐπιστοῦτο γενναίως ἀποδεικνὺς τὸν θάνατον εἶναι ζωήν· τὸ δὲ διὰ δειλίαν τὸ σέβας προδοῦναι, τοῦτ' εἶναι θάνατον ἀληθῶς. Οὐ πάνυ γὰρ πόρρω καὶ μηδενὸς κτείνοντος, αὐτόματον ἀνάγκη ἐπιστῆναι τὸν θάνατον. Τοῦτο γὰρ ἄφυκτον παντὶ γέννησιν ἐσχηκότι. Τὰ δ' εἰσέπειτ' ἀΐδια ὄντα, καὶ τὸν αἰῶνα μάρτυρα ἔχοντα, οὐ πᾶσι πάντως ἕψεται· ἀλλ' ἑκάστῳ ἀκριβής τις ἐπιστήσεται στάθμη, τὸν ἐνταῦθα βίον εὐθύνουσα· καὶ λήψεταί γε τὰς ἀμοιβὰς ἕκαστος ἢ ἀθανάτους ὧν ἔπραξε τῶν χρηστῶν, ἐν ἴσῳ δ' αὖθις τὰς εὐθύνας ἕτερος. Πολλῷ δὲ ἄρα πάντων μεῖζον τὸ ὑπὲρ Θεοῦ προέσθαι τὸ ζῆν· ὃ τῶν παρ' ἡμῖν ἀγαθῶν ἔσχατον καὶ μακαριώτατον. Τοιαῦτα Συμεώνης οἷά τις ἀγαθὸς παιδοτρίβης πρὸς τοὺς ἀγῶνας ὑπαλείφων, εὐθαρσῶς πρὸς τὰς σφαγὰς χωρεῖν παρεσκεύαζεν. Ἐπεὶ δὲ τοὺς ἑκατὸν ὁ δήμιος διεχρήσατο, τέλος καὶ αὐτὸν Συμεώνην ὑπῆγε τῷ ξίφει. Ἦν οἳ ἦσαν καὶ Ἀβδεχσλάας καὶ Ἀνίννας, πρεσβύται δὴ καὶ πρεσβύτεροι τῆς κατ' αὐτὸν ἐκκλησίας. Τρέμοντι δὲ τῷ Ἀνίννᾳ τῷ πρὸς τὴν σφαγὴν εὐτρεπίζεσθαι, Πουσίκης ὁ τῶν τοῦ βασιλέως ἡγούμενος τεχνιτῶν, Μύσον, ἔλεγε, γέρον, ἐπὶ βραχὺν χρόνον τοὺς σοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ θαρσῶν δέξαι τὸ ξίφος. Αὐτίκα δ' ὄψει τὸ μέγα φῶς τοῦ Θεοῦ. Ταῦτ' εἰπὼν, συλλαφθεὶς ὡς βασιλέα ἀνήγετο· καὶ Χριστιανὸς εἶναι ὁμολογῶν, ὡς ἐλευθεριάσας ὑπὲρ τοῦ δόγματος, καὶ ὑπὲρ τῶν μαρτύρων τῷ βασιλεῖ ἀντιστάς, μὴ προσηκόντως τῇ παῤῥησίᾳ χρησάμενος. καινῷ τινι τρόπῳ κατεδικάσθη θανεῖν· δρυγμα γὰρ πεποιηκότες κατὰ τοῦ τένοντος, ἐκεῖθεν τὴν γλῶτταν ἀνείλκυσαν. Ἔκτινος δὲ διαβολῆς καὶ θυγάτηρ αὐτοῦ ἱερὰ παρθένος ἀνῃρέθη.

fectus : Connive, inquit, paululum, o senex, et oculos claude, et fidenti animo ensem excipe : statim enim videbis magnum lumen Dei. Hæc cum dixisset, correptus, et ad regem tractus est. Ubi cum Christianum se professus esset, quod liberioribus verbis doctrinam defendisset, **614** et pro martyribus contra regem stetisset, quasi non opportune aut decenter dicendi libertate usus esset, novo quodam modo ad mortem est condemnatus. Cervice namque perfossa, lingua inde ejus est extracta. Præterea vero ex calumnia quorumdam, filia quoque ejus sacra virgo interfecta est.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

Περὶ Ταρβούλας τῆς ἀδελφῆς Συμεών, καὶ περὶ τῶν ἐπισκόπων Ἀκεψιμᾶ καὶ Μίλη· καὶ τῶν ἄλλων ἐν Περσίδι μαρτυρησάντων μυρίων ἑξακισχιλίων.

Τοῦ δ' ἐπιγινομένου ἔτους, κατὰ τὴν ἐπιλύχνιον ἡμέραν τῆς Ἀναστάσεως πρόσταγμα Σαπώρου ἐφοίτα θάνατον καταδικάζον Χριστιανῶν, ἔνθα πλῆθος αὐτῶν ἄπειρον λέγεται μαρτυρῆσαι. Πολλοὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις ἀντέσχον· μεθ' ὧν καὶ ὁ τὰ μάλιστα κεχαρισμένος Σαπώρῃ, Ἀζάδης ὄνομα, τὸν ἀγῶνα τοῦ μαρτυρίου ὑφίσταται· δι' ὃν περίλυπος μάλα γενόμενος, τὸ μὲν πλῆθος κτείνειν οὐκ ἀνέσχε· μόνοις δὲ τοῖς τῆς θρησκείας καθηγεμόσι τὸ ξίφος ἐπήνεγκε. Συνελαμβάνετο δὲ καί τις ἱερὰ παρθένος σὺν θεραπαίνῃ τὸν ἴσον βίον μετερχομένῃ· ἦ καὶ ἀδελφὴ προσῆν, μετ' ἀνδρὸς θάνατον, γάμον ἀπαγορεύουσα· Ταρβούλα δὲ ἡ συλληφθεῖσα ἦν, τοῦ ἐπισκόπου ἀδελφὴ Συμεών. Αἰτίαν δ' ἔσχε τῆς συλλήψεως ἐκ διαβολῆς, αἰτιωμένων Ἰουδαίων, ὡς τοῦ ἀδελφοῦ χάριν Συμεὼν κατὰ μῆνιν τοῦ μόρου φαρμάκοις ἐπιβουλεύει τῇ βασιλίδι. Ἐνόσει γὰρ ἐκείνη τὰ ἔσχατα. Ἡ δὲ πάσχουσα, ὑπῆκε τὴν ἀκοὴν ὡς ἀληθῆ εἴη τὰ εἰρημένα· πείθεται γάρ πως ῥᾷστα ταῖς ἀπευκταίοις συμφοραῖς περιπεσὼν ἄνθρωπος, καὶ μάλιστα ὅτιπερ καὶ ἐκ γένους ἦν ἐκείνων καὶ κατ' ἐκείνους ἐβίω, καὶ ἀψευδῶς εὖνους εἶναί γε ᾤετο. Ἔνθεν καὶ πρόφασιν ἀποχρῶσαν εὑρηκότες τῷ μίσει, πρὶν τὰς ἱερὰς ἐκείνας παρθένους διχῇ διελόντες, ἀνεσκολόπιζον· μέσον δὲ τῶν σκολόπων διελθεῖν ἔπειθον τὴν νοσοῦσαν, ὡς ἂν γε τὸ ἀποτρόπαιον ἄγος αὐτοῖς ἐπαφίοι. Τὴν δὲ Ταρβούλαν εὐπρεπῆ γε οὖσαν καὶ τὸ εἶδος μάλα καλὴν, τινὰ τῶν μάγων ἠτιμωθέντα τῆς ὄψεως πρότερον, λάθρα διαπεμψάμενον, περὶ συνουσίας διαλεχθῆναι· μισθὸν δ' αὐτῇ παρασχεῖν, εἴγε πεισθείη, τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς διαβολῆς ἔλεγε. Τὴν δ' ἀκούσασαν μηδαμῶς ἀνασχέσθαι, ἐξυβρίσαι δὲ τὸν ἀκόλαστον ἐκείνου τρόπον, καὶ θανεῖν ἑλέσθαι μᾶλλον, ἢ τὸ σῶφρον τῆς παρθενίας προδοῦναι. Τοῦ δὲ Σαπώρου δόγματος κυρωθέντος, τοὺς μὲν ἄλλους ἐᾷν, ὡς εἴρηται, τοῖς δὲ ἡγεμόσι μόνοις τῆς θρησκείας τὴν δίκην ὑπέχειν, οἱ μάγοι καὶ οἱ τούτων κατάρχοντες, ἐντεῦθεν ἀνασκιρτήσαντες, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, μεθ' ὅσης τῆς κακουργίας ἀνὰ τὴν Περσῶν ἰόντες χώραν, τοὺς ἐπισκόπους καὶ ἱερεῖς διεχρήσαντο· μάλιστα δ' ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀδιαβηνῶν τὰ πάνδεινα ἔπραττον. Κλίμα δὲ τοῦτ' Περσικὸν ὡς ἐπίπαν Χριστιανίζον. Τοῖς δ' αὐτοῖς καιροῖς καὶ

(1) Κατὰ τὴν ἡμέραν ἦ τοῦ μὲν πάθους τοῦ Χριστοῦ ἡ ἀνάστασις ἐπετελεῖτο, τῆς δὲ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἡ πανήγυρις προσεδοκᾶτο. (Sozom.) Quibus verbis eleganter Parasceves et passionis Christi dies significatur.

(2) Ante constitutionem istam, alio Saporis edicto, innumeri Christiani in Perside gladio sunt

A

CAPUT XXXVII.

De Tarbula Symeonis sorore : de Acepsima et Mile episcopis, aliisque in Persida sedecim millibus martyrum.

Anno proximo, ipso luculento Resurrectionis die (1), edictum Saporis Christianos morte multans (2), passim est propositum. Ibi tum innumerabilis eorum multitudo dicitur martyrio esse sublata, quod multi etiam ex regia aula sustinuere. Inter quos et Azades, apud Saporem maxime gratiosus, certamen pertulit : propter quem in magnum conjectus mœrorem rex, multitudinem ipsam postea jugulari non sustinuit, solos autem religionis antesignanos gladio feriendos censuit. Simul quoque tum comprehensa est sacra quædam virgo cum famula, ejusdem vitæ instituti sectatrice. Cui soror etiam fuit, quæ post mariti obitum nuptiis secundis renuntiaverat. Tarbula porro ea, quam comprehensam esse diximus, erat episcopi Symeonæ soror. Erat autem per calumniam in vincula conjecta, quod Judæi eam detulerant, propter fratrem Symeonem iratam cædis ejus gratia veneficio insidiatam esse reginæ. Ægrotabat enim ea cum extremo periculo, et calumniam perinde atque vera esset, approbabat (maxime enim credulus fit homo, cum extremis calamitatibus incidit), præcipue cum ex genere Judæorum esset, institutisque eorum viveret, eosque sibi sincere et ex animo bene velle putaret. Quæ res illis satis præbuit occasionis ad odium explendum. Itaque sacras illas virgines, in partes duas serra discissas, in crucem egerunt : reginamque ægrotam, ut per medias illas iret, permoverunt, ut scilicet piaculum morbi abominandum in ipsas immitteret. Tarbulam hanc forma atque vultu valde venustam, quidam ex magis, amore ejus ex conspectu antea captus, clam ad se accitam, de concubitu compellavit : atque si se potestati ejus committeret, mercedem ei calumniæ ejus abolitionem est pollicitus. **615** Tantum vero abest ut his auditis illius cupiditati puella assentiretur, ut contumelia impudicam ejus petitionem prosecuta sit, moriique potius decreverit quam virginitatis pudicitiam prodere. Saporis edicto passim promulgato ut cæteris quidem, sicuti supra dictum est, parceretur, in duces autem religionis solos capitaliter animadverteretur : magi eorumque principes ea re exæsi, qui seipsos Magis quæstiones oppidatim agentibus obtulerunt, ne silentio Christum negarent, veriti. (Sozom. lib. II, cap. 11.) Uno passionis Christi die ibi sedecim millia martyrum variis supplicis sublata esse, passim in locis multis scribit Hieronymus.

sultantes, incredibile dictu est, quanta cum improbitate Persidem peragrantes, episcopos et sacerdotes occiderint. Potissimum autem in regione Adiabenorum crudelitatem omnem exhibuere. Est porro ea Persica regio, Christum tota profitens. Eadem tempestate et Acepsimas episcopus ductus est, et cum eo ex ejus clero permulti. Atque alios quidem facultatibus eorum direptis dimiserunt : Acepsimam autem magi flagris multis verberatum, ingenti vi ad Solem adorandum adigere sunt conati. Verum ubi nihil egere, carceri eum incluserunt. Quem Jacobus quidam dignitate presbyter, sua sponte secutus, magos oravit, ut in eumdem cum illo carcerem protruderetur. Ibi episcopo grandævo subserviit, ærumnasque ejus sedulitate ministerii sui allevavit. In eisdem vinculis fuere, Aithalas presbyter, Joseph (1), Azadanes, et Abdiesus, diaconi, plurima flagella propter doctrinam perpessi. Postea vero ubi archimagus, re cum Sapore communicata, potestatem ab eo in illos, pro arbitrio suo, nisi Soli divinos offerrent honores, animadvertendi obtinuit, regisque sententiam vinctis declaravit, atque illi e vestigio Christum abnegare, multoque magis Soli divinam rem facere reclamarunt, multos crudeliter eis intulit cruciatus. Et tum quidem Acepsimas constantis fortitudinis specimine edito, in flagranti certamine vitam finiit : cujus cadaver Armenii quidam, clam sublatum, sepeliere. Reliqui vero, et quidem plures, loris corpora conscissi, pietate tamen nihilominus integri et salvi, denuo in vincula sunt conjecti. In iis, Aithalæ, dum tortus nervis extenditur, adeo sunt brachia luxata, humerisque divulsa, **616** ut dexter emortua, usu nullo dependerent, neque ei ad cibum ori admovendum sufficerent. Quapropter aliorum ea in re eum ministerio uti oportuit. Sed et complures alios sacerdotes, diaconos, monachos, sacras virgines, aliosque præterea singulari in doctrinam Christianam ardore præditos, magnoque labore in sacris ecclesiasticis versatos, excruciavit. Horum numerum inire non fuit. In quibus fuere episcopi, Barbasymes, Paulus, Gadiabes, Sabinus, Mareas, Mocius, Joannes, Hormisdas, Papas, Jacobus, Romas, Maares, Agas, Bocchoris (2), Abdas, Abdiesus, Joannes alter, Abramius, Abdelas, Sapores, Isaac, et Dausas, qui a quodam loco, qui Zabdæus dicitur, a Persis captivus abductus fuerat. Ea tempestate, una cum chorepiscopo Mareade, etiam mortuorum excitator Milles (3), cum clericis ducentis quinquaginta numero sibi subditis, qui a Persis itidem captivi abducti fuerant, innotuit. Milles sane Persicus miles fuerat, mutatoque vivendi more, apostolicum secutus est institutum. Et civitatis cujusdam in Perside episcopus factus, cum sæpe multas gravesque sustinuisset plagas, ubi neminem Christianam religionem amplecti velle animadvertit, dira

(1) Pro Josepho Sozomen. habet *Jacobum*.
(2) Sozom. habet *Bochras*.

A Ἀκεψιμᾶς ἐπίσκοπος ἦγετο, καὶ πολλοὶ τῶν ὑπὸ τῷ κλήρῳ τελούντων αὐτῷ. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἀφελόμενοι τὰς οὐσίας, εἶων· Ἀκεψιμᾶν δ' ἱμᾶσι πολλοῖς ἧκιζον, καὶ βίαν ἐπῆγον οἱ μάγοι τὸν Ἥλιον προσκυνεῖν. Ὡς δ' οὐκ ἔπειθον, δεσμωτηρίῳ κατεῖρξαν· ᾧ ἐκών τις ἠκολούθει Ἰάκωβος, πρεσβύτερος τὸ ἀξίωμα, δέησιν τοῖς μάγοις προσαγαγών, ὑπὲρ τὸν αὐτὸν γενέσθαι δεσμόν. Γέροντα δ' ὄντα τὸν ἐπίσκοπον ἐθεράπευε· καὶ τὰς συμφορὰς μετρωτέρας τῇ προθύμῳ ὑπηρεσίᾳ εἰργάζετο. Ὑπὸ δὲ τὸ αὐτὸ δεσμωτήριον καὶ Ἀειθαλᾶς πρεσβύτερος ἦν δέσμιος, Ἰωσήφ τε καὶ Ἀζαδάνης, καὶ Ἀβδιησισοῦς, διάκονοι, μάστιγας πλείστας διὰ τὸ δόγμα ὑπομεμενηκότες. Ἐπεὶ δὲ χρόνῳ ὕστερον ὁ ἀρχιμάγος Σαπώρου κοινωσάμενος περὶ τούτων, ὡς ἐκείνῳ B βουλομένῳ ἦν τιμωρεῖν ἐκεῖνος ἐπέτρεπεν, εἰ μὴ Ἡλίῳ τὴν προσκύνησιν ἀπονείμειαν, δήλην τοῖς καθειργμένοις ἐποίει τὴν ψῆφον. Ἐκείνοις δ' ἐκ τοῦ σχεδὸν ἀπειποῦσι, μήτε Χριστόν ποτ' ἀρνεῖσθαι, πολλοῦ γε μὴν δεῖν Ἡλίῳ σέβας προσενεγκεῖν, πολλὴν ὡμῶς ἐπῆγε τὴν βάσανον. Καὶ Ἀκεψιμᾶς μὲν ἐναγώνιος ἐτελεύτα πολλὴν τὴν καρτερίαν ἐπιδειξάμενος· λάθρα δέ τινες Ἀρμένιοι τὸ λείψανον ὀφελόμενοι θάπτουσιν· οἱ δὲ ἄλλοι καὶ πλείω τοῖς ἱμᾶσι καταξανθέντες, ἄτρωτοι δὲ τὸ σέβας μείναντες, δεσμοῖς αὖθις εἴχοντο. Ἐν οἷς ἦν καὶ Ἀειθαλᾶς, ὃς ἐν τῷ κατατείνεσθαι τοὺς βραχίονας ἀπεσπάσθη τῶν ὤμων· καὶ τοῦ λοιποῦ νεκροὺς αὐτοὺς καὶ μάτην ᾠρημένους εἶχεν· ὡς μηδ' ἱκανοὺς εἶναι δι' αὐτῶν τροφὴν τῷ στόματι φέρειν, ἀλλ' ἑτέρων C χρῆσθαι πρὸς ὑπουργίαν. Πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ἱερεῖς τε καὶ διακόνους, μοναχούς τε καὶ παρθένους ἱερὰς ἐκολάσατο, καί τινας ἑτέρους θερμοὺς περὶ τὸ δόγμα καὶ περὶ τὰ ἱερὰ τῶν ἐκκλησιῶν διαπονουμένους, ὡς ὑπερβαίνειν τὰ πλήθη τὸν ἀριθμόν. Ἐξ ὧν ἦσαν ἐπίσκοποι Βαρβασύμης, καὶ Παῦλος, καὶ Γαδιάβης, Σαβῖνός τε καὶ Μαρέας, καὶ Μώκιος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ὁρμίσδας, Πάπας τε καὶ Ἰάκωβος, Ῥώμας καὶ Μαάρης, καὶ Ἄγας, καὶ Βόκχορις, καὶ Ἀβδᾶς καὶ Ἀβδιησοῦς, Ἰωάννης τε καὶ Ἀβράμιος, καὶ Ἀβδελᾶς, καὶ Σαβώρης, καὶ Ἰσαάκ, Δαυστᾶς, ἀπὸ χωρίου ὧδε προσαγορευομένου, δορυάλωτος Πέρσαις γενόμενος. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον, σὺν τῷ χωρεπισκόπῳ Μαρεάδῃ καὶ ὁ νεD κρέγερτος Μίλλης, σύναμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν κληρικοῖς, πεντήκοντα δὲ καὶ διακόσιοι ἦσαν τὸν ἀριθμὸν, ἐγνωρίζετο· οἱ καιροῖς ἐκείνοις ὑπὸ Περσῶν αἰχμάλωτοι ἤχθησαν. Ὁ δὲ Μίλλης Πέρσης μὲν ἦν στρατιώτης· μεταθέμενος δὲ τὸν βίον, τὴν ἀποστολικὴν πολιτείαν εἵλετο· καί τινος τῶν ἐν Περσίδι πόλεων ἐπίσκοπος γεγονὼς, πολλὰς πολλάκις καὶ χαλεπὰς ὑποστὰς τὰς πληγὰς, ὡς οὐδεὶς Χριστιανίζειν ἤρεῖτο, ἐπαρασάμενος τοῖς ἐποίκοις ἀνεχώρει ἐκεῖθεν. Οὐ πολλῷ δ' ὕστερον τῶν ἐκεῖσε πρωτευόντων εἰς βασιλέα ἐξαμαρτόντων, στρατιὰν μυρίαν ὁ Πέρσης ἐπαγαγὼν, κατήρειψε τὴν πόλιν, καὶ βουσὶν ὁρόσας κατέσπειρε. Μίλλης δὲ πῆραν μόνην λα-

(3) Alii *Milesium* vocant.

ἐῶν, ᾗ τὴν ἱερὰν τῶν Εὐαγγελίων βίβλον ἐφορᾶτο, εἰς Ἱεροσόλυμα ἦκεν εὐχῆς ἕνεκα· ἔπειτ' ἐκεῖθεν εἰς Αἴγυπτον κατὰ θέαν τῶν ἐκεῖσε μοναχῶν ἀπῆρεν. Οἷος δ' ἐκεῖνος τοῖς παραδόξοις τῶν ἔργων ἐγένετο δημιουργὸς, ὡς καὶ νεκροὺς ἀνιστᾶν, μαρτυρήσει ἃ Σύρων παῖδες ἰδίᾳ παραδόντες γραφῇ κατέλιπον, ἀνάγραπτον τὸν βίον καὶ τὰς ἐκείνου πράξεις ποιούμενοι. Ἐμοὶ δ' ἀρκέσει, τὰ παρόντα μόνα περὶ αὐτοῦ διελθεῖν, καὶ μνησθῆναι μόνον, ὅσοι δὴ ἐν Περσίδι ὑπὲρ Σαπώρῃ τὸν θεῖον ἀγῶνα διῆλθον· σχολῇ γὰρ ἂν τις τίνες τε ἦσαν καὶ ὅθεν καὶ ὅπως καὶ τίνας ὑπέστησαν τιμωρίας ἀπαριθμήσαιτο. Παντοδαποὶ γάρ τινες καὶ ποικίλοι οἱ τῶν κολάσεων τρόποι Περσῶν, κἀν τούτοις δὴ μάλιστα τὸ φιλότιμον ἐπιδεδειγμένων. Ὡς δὲ λόγῳ περιλαβεῖν ἔστι, λέγεται τῶν τηνικάδε μαρτυρησάντων τοὺς ὄνομα φερομένους εἶναι ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, πλὴν τῆς ἐκτὸς πληθύος καὶ ἀριθμοῦ κρείττονος, σὺν ἑξακισχιλίοις μυρίοις· ὧν ἐργῶδες νομίσαντες τὰς αὐτῶν προσηγορίας ἀπαριθμεῖν, οἱ ἀνὰ τὴν Ἔδεσαν Πέρσαι καὶ Σύροι Χριστιανοὶ τοῦτο μόνον ἱστόρησαν.

incolis imprecatus (1), inde discessit. Non longe vero post, cum primarium ibi magistratum gerentes majestatem regiam læsissent, adducto eo exercitu longe maximo Persa oppidum diruit, locumque ejus bobus aratro junctis proscidit, et tanquam agrum consevit. Milles autem ex eo oppido, sicuti dixi, discedens, sola pera in qua sacrum Evangeliorum librum servabat, accepta, Hierosolyma precationis ergo venit. Deinde Ægyptum, ad visendos ibi monachos, petiit. Quantus autem vir is immensis miraculis edendis, mortuisque adeo restituendis fuerit, Syri ipsi, qui vitam et res ejus gestas in litterarum monumenta retulerunt, libris suis testabuntur. Mihi satis fuerit, hæc tantum de eo dixisse, eorumque duntaxat meminisse, qui apud Persas sub Sapore divinum sustinuere agonem. Ægre enim quisquam numerum inierit, et quinam, et unde fuerint, aut quomodo, quæve subierint supplicia. Varii namque multorumque generum cruciatuum apud Persas sunt modi : qui in eis etiam cum ambitione quadam, laudem et gloriam maxime ostentant. **617** Quantum autem ratione complecti licet, eorum qui tum ibi martyrium absolverunt, et alicujus fuere nominis, viri et mulieres, extra multitudinem eam quæ numerum excedit, ad millia sedecim fuisse dicuntur. Quorum nomina recensere operosum judicantes, qui Edessæ sunt, Persæ et Syri Christiani, hoc tantummodo memoriæ commendarunt.

ΚΕΦΑΛ. ΑΗ'.

Οἷα ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ὑπὲρ Χριστιανῶν Σαβώρῃ ἔγραψε τῷ Περσῶν βασιλεῖ.

Ἐπεὶ δὲ οὕτω πάσχειν τοὺς ἐκεῖσε τὸν Χριστὸν σέβοντας ὁ πανεύφημος ἐγνώρισε βασιλεὺς, ἠσχάλλε μεγάλως καὶ ἠνιᾶτο· βοηθεῖν δὲ πρόθυμος ὢν, ἐν ἀπόρῳ τὸ ποιητέον εἶχεν, ὅπως ἂν καὶ οἱ ἐν ἐκείνῳ ἡσυχίαν ἄγοιεν. Συμβὰν δὲ πρέσβεις ἐκεῖθεν τηνικάδε παρεῖναι, τοῖς αἰτουμένοις ἐπιθεὶς πέρας, εὖ δ' ἡγησάμενος Σαβώρῃ καὶ περὶ τῶν ἐκεῖσε ἀναθέσθαι Χριστιανῶν, ἐπιστολὴν ἀξιώμνητον ἔγραφε, μεγίστην χάριν ὁμολογῶν αὐτῷ, εἰ τοῖς τὸ κατὰ Χριστὸν δόγμα στέργουσιν ἄνεσιν δοίη. Μὴ γὰρ ἐγκαλεῖν ἔχειν καὶ τὸν τῆς θρησκείας τρόπον, ἐπεί τοί γε μὴ σφαγίοις, ὥσπερ ἐκεῖνοι, ἀλλ' ἀναιμάκτοις χαίρουσι ταῖς θυσίαις, εὐχόμενοι τῷ Θεῷ, ᾧ μὴ φίλον χύσις αἱμάτων, ἀλλὰ ψυχὴ ἀρετὴν ἀκραιφνῶς ἀσκοῦσα, καὶ δόγματα εὐσεβείᾳ μάλα προσήκοντα. Ὥστε καὶ δι' ἐπαίνου μᾶλλον ἄγειν τοὺς ὧδε δεῖν ἡγουμένους πιστεύειν. Ἐπὶ δὴ τούτοις ἕλεων ἔχειν ὑπισχνεῖτο τὸ Θεῖον, εἴ γ' ἕλοιτο προνοεῖν τῆς θρησκείας· καὶ τεκμήριον προῆγε Γαλιῆνον ἐκεῖνον καὶ Οὐαλλεριανὸν, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῷ ἐκείνῳ συμβεβηκότα. Οἱ μὲν γὰρ διὰ τὴν πρὸς Χριστιανοὺς εἰρήνην εὐμαρῶς τὴν ἀρχὴν διήνυσαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ οὗτοι, μᾶλλον δ' Οὐαλλεριανὸς διωγμὸν κατ' αὐτῶν, ὡς οἱ λοιποὶ, πράττειν ἤρεῖτο, ὑπὸ Πέρσαις γενόμενος, τῆς θείας ἐπειράθη δίκης· ἐν οἷς αἰχμάλωτος γεγονὼς, κακῶς τὸ ζῆν ἐξεμέτρησεν. Αὐτῷ δ' ἐκείνῳ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν σύμμαχον τὸ Θεῖον γεγενημένον πᾶσαν τὴν

CAPUT XXXVIII.

Quæ Constantinus Sapori Persarum regi pro Christianis scripserit.

Postaquam autem laudatissimus imperator Christicolas ibi ita affligi intellexit, ægre id ferens, magnopere est perturbatus. Et paratus quidem ad opem illis ferendam erat : sed quod faceret ut illi eo quoque loco quietam ducerent vitam, non habebat. Sed enim accidit ut legati tum ex Perside ei adessent; quorum optatis cum satisfecisset, recte se facturum putavit, si Sapori de Christianis qui sub ejus regno essent, quidquam etiam significaret. Itaque epistolam ad eum, dignam profecto illam quæ maxime celebretur, dedit: maximam se illi debiturum esse gratiam ostendens, si quietem eis qui sacra Christi colerent, permitteret. Neque esse quod religionis ejus cæremonias criminaretur : quippe illos non victimis mactatis, quemadmodum ipsos, sed incruentis gaudere sacrificiis ; et preces ad Deum fundere, cui non effusus sanguis gratus esset, sed anima virtutem sincere exhibens, et dogmata veræ pietati maxime convenientia. Proinde laudandos eos esse magis, qui sibi ita credendum, Deumque colendum statuerunt. Ad hæc Deum illum propitium habiturum esse recepit, si Christianorum pietati consulendum putaret. Atque ad id indicandum, Galienum illum et Valerianum, præterea vero ea quæ et sub ipso accidissent, produxit. Illos enim, tantisper dum Christianos quiescere passi essent, facile imperii cursum tenuisse : **618** eosdem autem, potissi-

(1) Ἐπηρεάσατο τῇ πόλει, *insultavit oppido* (Sozomenus).

mum vero Valerianum, posteaquam, sicuti reliqui imperatores Romani, persecutionem adversus Christianos excitasset, ab ipsis Persis victum, in discrimen divinæ vindictæ incidisse, et apud eos captivum misere vitam finiisse. Sed enim sibi ipsi, propter fidem in Christum, Deum opitulatorem fuisse, omnemque inde Romani imperii ditionem ab ipso usque occidentali Oceano, cum bona Orientis parte, in potestatem suam pervenisse : multa a se bella confecta, et de gravibus tyrannis divino nutu tropæa esse statuta. Ad quas res nihil sibi opus fuisse vel hostiarum mactatione, vel vatum hariolorumque prædictione : sed ad victoriam omnem satis fuisse solam crucis, quæ copiis suis præierit, armaturam, et orationem præterea sanguinis prorsus expertem. Ad finem porro epistolæ hæc etiam verba affert : « Hoc hominum genere, Christianorum dico (de his enim mihi est sermo omnis), quomodo me elatum iri lætitia putes, si audiam, Persarum quoque res florentissimas, pro eo atque cupio, plurimum exornari? ut res simul et tibi pulcherrime, et illis itidem optime, atque ita utrisque ex æquo feliciter eant. Sic namque universitatis hujus Deum clementem habiturus esses et benignum. Hos igitur, quando ea amplitudine es, tibi commendo. Hos ipsos, quoniam pietate quoque præclarus es, tibi humanitate et benevolentia complectere, a te ipso simul, et a nobis, per fidem, immensam initurus gratiam. » Tanta divino huic viro de omnibus qui ubivis locorum in cognitionem Christi venissent, inerat sollicitudo. Quapropter talis cum fuerit, abunde quoque divina cura fretus, Europa, Libya et plurimis Asiæ provinciis ditioni suæ subjectis, subditis suis, qui perlibenter ei paruere, benevolis usus est. Jam vero et ex Barbaris plurimi, partim sua sponte, partim bello subacti, non gravate eum coluere. Ubique denique tropæa excitata, victorem imperatorem eum promulgarunt.

Ῥωμαίων οἰκουμένην ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι ἑαυτοῦ· ἐκ τοῦ κατὰ δύσιν ἠργμένῳ Ὠκεανοῦ, καὶ τὸ πολὺ τῆς ἑῴου λαβόντι. Πολλοὺς δὲ πολέμους καὶ τυράννους βαρεῖς τῇ ἐκεῖθεν τροπωσαμένῳ ῥοπῇ, μή τινων δεηθῆναι σφαγίων ἢ μαντειῶν, ἀλλ' εἰς νίκην ἀποχρῆσαι μόνον τὸ σταυρικὸν ὅπλον τοῦ στρατοῦ προηγούμενον· καὶ πρὸς τούτῳ εὐχῆν αἱμάτων ἀπηλλαγμένην. Κατὰ λέξιν δὲ καὶ ταῦτα πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐπιστολῆς ἐπιλέγει· « Τούτου τοῦ κατὰ λόγου τῶν ἀνθρώπων, λέγω δὴ τῶν Χριστιανῶν, ὑπὲρ γὰρ τούτων ὁ πᾶς μοι λόγος, πῶς οἴει με ἥδεσθαι ἀκούοντα, ὅταν καὶ τῆς Περσίδος τὰ κράτιστα ἐπὶ πλεῖστον ὡσπερ ἔστι μοι βουλομένῳ κοσμεῖται; Σοί τε οὖν ὡς ὅτι κάλλιστα, ἐκείνους τε ὡσαύτως ὑπάρχει τὰ κράτιστα· ὃ ἔστι σοὶ κἀκείνοις. Οὕτω γὰρ ἕξεις τὸν τῶν ὅλων θεὸν πρᾶον καὶ εὐμενῆ. Τούτους τοιγαροῦν, ἐπειδὴ τοσοῦτος εἶ, σοὶ παρατίθεμαι. Τοὺς αὐτοὺς δὲ τούτους, ὅτι καὶ εὐσεβείᾳ ἐπίσημος εἶ, ἐγχειρίζω. Τούτους ἀγάπα ἁρμοδίως τῇ σαυτοῦ φιλανθρωπίᾳ· σαυτῷ τε γὰρ καὶ ἡμῖν ἀπερίγραπτον δώσεις διὰ τῆς πίστεως χάριν. » Τοσαύτη τις ἦν τῷ θείῳ τούτῳ ἀνδρὶ φρονητὴς τῶν ἁπανταχοῦ Χριστὸν ἀγνοούντων. Διό τοι καὶ τοιοῦτος τῆς θείας κηδεμονίας ἀπολαύσας ἀρκούντως, Εὐρώπην μὲν καὶ Λιβύην καὶ τὰ πλεῖστα τῆς Ἀσίας συσχὼν, εὔνους εἶχε τοὺς ὑπ' αὐτὸν μεθ' ἡδονῆς πειθομένους· ἤδη δὲ καὶ τῶν βαρβάρων οἱ πλεῖστοι, οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δὲ μάχῃ ἑαλωκότες θεραπεύειν ἦσαν. Καὶ πανταχοῦ τρόπαια ἐστηκότα νικηφόρον τὸν βασιλέα ἐκήρυττον.

619 CAPUT XXXIX.

De vita monastica, unde ea initium sumpserit, quid ea profiteatur, et quos habuerit auctores.

Atque ipse quidem ejuscemodi actionibus suis effectum religionem nostram auctam honestatamque voluit. Sed et ipsa per se ipsam in magna fuit gloria, per eos qui tum ad virtutem aspirabant, homines. Multi enim adhuc ex confessoribus superstites erant, in ecclesiis enitentes. Quin etiam celebrem eam reddidere, fidemque ampliore gloria auxere, morum splendore, qui eo tempore monasticam solitariamque consectabantur vitam. Nam veluti arcana et divina quædam res, cœlitus ad homines delapsa est hæc philosophia : quippe quæ et disciplinarum artes, et disputationum nugas, et quæ supervacaneæ sint, otiumque quod in studiis melioribus poni queat, sibi vindicent, impedimentoque adeo ad puritatem vitæ sint, prorsus negligat : solaque nativa utens virtute, ea quæ ad illam perficiendam, et ad vitia tollenda faciunt, doceat et excolat : quæ vero inter hæc habentur media, eorum nullam ducat rationem, prorsus autem circa *res versetur honestas* : atque eos qui a vitiis longe

ΚΕΦΑΛ. ΑΘ'.

Περὶ τῆς μοναχικῆς πολιτείας, πόθεν ἔφυτο, καὶ τί ἐπαγγέλλεται, καὶ τίνας ἴσχει ἀρχηγούς.

Καὶ ὁ μὲν τοιαῦτα πράττων, περιμανῶς εἶχε τὴν θρησκείαν γεραίρειν· αὐτὴ δὲ καὶ καθ' ἑαυτὴν μὲν εὐκλεὴς ἦν, διὰ τῶν τηνικάδε τὴν ἀρετὴν μετιόντων. Πολλοὶ γὰρ εἰσέτι τῶν ὁμολογητῶν περιῆσαν τῷ βίῳ, ταῖς ἐκκλησίαις ἐμπρέποντες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπίσημον ἐποίουν αὐτὸν, καὶ τὴν πίστιν δὲ τῇ τοῦ βίου λαμπρότητι ἐπὶ μέγα δόξης ἐτίμων, καὶ οἱ τηνικάδε τὴν μονοδικὴν μετερχόμενοι βιοτήν. Οἷα γόρ τι θεῖον καὶ ἀπόῤῥητον χρῆμα ἄνωθεν ἐς ἀνθρώπους ἡ τοιαύτη κατιοῦσα φιλοσοφία, ὡς ἐπίπαν μὲν τῆς ἐν μαθήμασι τέχνης καὶ τῆς ἐν διαλόγοις λέσχης παντάπασιν ἀμελεῖ, ἅτε δὴ ταύτην περίεργον οὖσαν, καὶ τὴν περὶ τὰ κρείττω σχολὴν ὑφαιροῦσαν, ἐμποδών τε γινομένην πρὸς τὴν τῆς καθαρότητος βιοτήν· μόνῃ δὲ χρωμένη τῇ ἐκ φύσεως ἀρετῇ, τὰ πρὸς αὐτὴν συντελῇ, καὶ τὴν κακίαν ὅσα μετοῖ ἐκπαιδεύει· τὰ δὲ μέσα τούτων ἐν οὐδενὶ τίθεται· διόλου δὲ σύνεστι τοῖς καλοῖς· τόν γε μὴν πόῤῥω κακίας ὄντα, ἥκιστα δ' ἀντιποιούμενον ἀρετῆς, μοχθηρόν τινα νομίζει καὶ φαῦλον. Οὐ γὰρ

ἐπίδειξιν ἐθέλει ποιεῖν ἀρετῆς, ἀλλὰ πράττειν μᾶλλον αὐτήν, ἐν οὐδενὶ τὴν παρ' ἀνθρώποις τιθεμένη δόξαν· γενναίως δ' ἔχουσα πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας ἐν δευτέρῳ ποιεῖται, παρὰ φαῦλον ἡγουμένη, καὶ ὅσαι δὴ ἀσθένειαι σώματος. Νῷ δὲ θείῳ δυναμωθεῖσα, πρὸς τὸν ἀκήρατον ἐκεῖνον Νοῦν αἰωρεῖται, νύκτωρ καὶ μεθημέραν τοῦτον φανταζομένη· ὑπερφυῶς σέβουσα, καὶ διηνεκέσιν ἱλεουμένη τοῦτον εὐχαῖς. Τῷ δὲ καθαρῷ τῆς ψυχῆς καὶ τῶν καλῶν πράξεων ταῖς ἐνεργείαις εἰς τὸ εὖ τῆς θρησκείας ἠγμένη, τῶν μὲν ἔξωθεν καθαρμῶν, καὶ ὅσα δὴ τοιαῦτα περιῤῥαντήρια, διαπτύει. Ἓν γὰρ ἐκείνῃ μίασμα, ἡ ἁμαρτία λογίζεται. Οὕτω δὲ κρείττων γενομένη τῶν ἔξωθεν, καὶ ὡς οἷον εἰπεῖν αὐτοκρατοροῦσα, οὔθ' ὑπὸ τῆς ἀταξίας τοῦ βίου καὶ τῆς ἀνάγκης, τῆς προαιρέσεως τοῦ δέοντος ἐκτροπὴν πάσχει, οὔτ' ἀνιᾶται ὑβριζομένη· ἀλλ' οὐδὲ πάσχουσα, τὴν ἄμυναν μελετᾷ. Νόσος δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἡ ἔνδεια ἐκπιέζουσα, οὐ καταπίπτειν ποιεῖ. χαίρειν δ' ἐπὶ τούτοις μᾶλλον, τὸ γενναῖον ἐπιδεδειγμένη καὶ πρᾶον· καὶ παντὶ τῷ βίῳ τὸ τῶν ἐλαττόνων δεῖσθαι σπουδάζει, καὶ ὡς ἐνόν γε ἀνθρωπίνῃ φύσει, ἐγγὺς γενέσθαι πειρᾶται Θεοῦ. Πάροδον δὲ καὶ τὴν παροῦσαν ἡγουμένη ζωὴν, οὔτ' ἀσχολίαις πραγμάτων ἁλίσκεται, οὔτε πρόνοιαν τῶν παρόντων ἔχει· τὸ εὔζωνον δὲ καὶ ἀπέριττον ἐπαινοῦσα, πρὸς τὴν ἐκεῖθεν βλέπει μακαριότητα, καὶ πρὸς τὴν εὐδαίμονα λῆξιν καραδοκεῖ· πᾶσαν δὲ περὶ τὸ θεῖον εἰσοικισαμένη εὐλάβειαν, τὸ τῶν λόγων αἰσχρὸν ὡς ἀηδὲς ἀποσείεται· ὧν γὰρ τὴν πρᾶξιν τῆς ἰδίας ἐξώρισε βιοτῆς, τούτων οὐδὲ μέχρι λόγων ἀνέχεται. Τὰς δὲ τῆς φύσεως χρείας κατὰ βραχὺ περιστέλλουσα, καὶ τὴν σάρκα τοῖς μετρίοις ἐθίζουσα, τῷ μὲν σώφρονι περιγίνεται τῆς ἀκολασίας· τὴν δ' ἀδικίαν πόῤῥω βάλλει τῇ περὶ τὰ δίκαια στάθμῃ· τὸ δὲ ψεῦδος ἀπελαύνει τῇ ἀληθείᾳ· τῷ δ' εὐτάκτῳ τὴν ἐν πᾶσι περιαιρεῖ ἀνισότητα· τῷ δὲ κοινωνικῷ τοῦ ἤθους καὶ τῷ τοῖς πέλας ὁμονοεῖν, τὸ πολιτεύεσθαι καλῶς καθιστᾷ. Πρόνοιαν δὲ καὶ ξένων καὶ φίλων μᾶλλα ποιεῖται. Τοῖς δέ γε χρῄζουσι κοινὰ ἡγεῖται τὰ ἴδια. Τὰ προσήκοντα δ' ἑκάστῳ συναίρεται, χαίρουσα μὲν, οἷς ἔστι χαρά· ᾧ δὲ λύπης πρόσεστι, παρεμυθίας οὐδὲν ἐλλείπουσα. Συνόλως δὲ, τὴν περὶ τὸ ὄντως ὂν ἀγαθὸν σπουδὴν κατατείνουσα, σώφροσι λόγοις καὶ νοεροῖς νοήμασιν ἐκπαιδεύει, κάλλους ἀμελοῦσα τοῦ περιττοῦ. Καὶ τὸ κακηγορεῖν ἐπιμᾶλλον ἐκτρέπεται· σὺν αἰδοῖ δὲ, προσυφασμένης τιμῆς ἐπάγουσα τὴν διάλεξιν, οἷά τινι φαρμάκῳ θεραπεύει τὸν ἀκροώμενον. Πολλοῦ γε μὴν δεῖ ἐκείνῃ ὀργῆς τε καὶ λοιδορίας καὶ ἔριδος· καθαρῶς γὰρ οὖσα λογικὴ, παραιτεῖται πᾶσαν ἀλόγιστον κίνησιν. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, κυρία τῶν παθῶν γίνεται, ὅσα ψυχαῖς καὶ σώμασιν ἐπιγίνεται· τῆς δ' ἐνθέου ταύτης φιλοσοφίας ἄρξαι μέν τινες λέγουσιν Ἠλίαν ἐκ ἴνου τὸν ζηλωτὴν, τινὲς δὲ Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν. Φίλων δ' ἐκεῖνος, ὁ τὸ γένος μὲν Ἑβραῖος, τὴν δ' αἵρεσιν Πυθαγόρειος, ἐν τοῖς κατ' αὐτόν φησι χρόνοις, τοὺς παρ' Ἑβραίοις σεμνοὺς εἰς χῶρον τινὰ γεώλοφον περὶ

absint, virtutem autem minus consectetur, pravos atque improbos censeat. Non enim ostentare vult virtutem, sed eam sedulo exercere : nihil prorsus eam, quæ ab hominibus provenit, gloriam faciens. Et cum generose fortiterque animæ perturbationes expugnat, tum neces-arias naturæ res parum admodum curat, vilipendens etiam quascumque corporis imbecilliitates. Viribus autem a divina Mente acceptis, ad immortalem illam Mentem sublimis tollitur, nocte dieque illam cogitans atque intuens, mirificis etiam malis colens, continuisque precibus concilians. Puritate vero animi, bonorumque operum factis, ad sinceritatem religionis grassans : externas expiationes, et quæcumque ejus generis sunt lustrationes despuit, et unum piaculum esse peccatum ipsum putat. Atque ita rebus externis superior facta, imperiumque (ut ita dicam) in eas obtinens, neque ab inordinata vita, neque ab ulla necessitate, ab honesto debitoque proposito suo transversa agitur, neque contumeliis affecta perturbatur. Sed neque indignum quidquam patiens, vindictam **620** meditatur. Tantum etiam abest, ut vel morbus, vel rerum necessariarum inopia, eam adurgens, de statu suo deturbet, ut talibus quoque ærumnis magis lætetur, generositatem et mansuetudinem suam declarans. Per vitam itidem omnem illud studet, ut quam minimo indigeat, atque quantum humanæ naturæ captus permittit, proxime ad Deum accedere nititur. Transitum autem, sive diverticulum præsentem existimans esse vitam, neque occupationibus negotiorum irretitur, neque providentia rerum præsentium tenetur. Et vitam tenuem et a cura harum rerum expeditam ac liberam, nullisque superfluis oneratam, laudans, ad futuram respicit beatitudinem, felicemque illam quietem exspectat : omni quoque erga Deum pietate in animo suo veluti in domicilio excepta, verborum fœditatem, ut rem ingratam, repudiat. Quas enim illa actiones a moribus suis longe proscripsit, earum neque mentionem verbis facere sustinet. Naturæ vero necessitates paulatim constringens, et carnem moderatione domans, lasciviam castitate comprimit, injustitiam æquitatis amussi propellit, mendacium exigit veritate, composito vivendi more omnem accidit inæqualitatem. Familiaribus etiam pro societate humana se hominum moribus accommodando, et proximorum animis conformando, bene vivendi institutum confirmat : extraneorum simul et amicorum, ut eis provideat, curam habet : egentium res suas et opes ducit esse communes, et quæ cuique debentur tribuit. Gaudet illa cum gaudentibus, mœrentibus nihil non adhibet consolationis. In summa, ad id quod revera summum bonum est, studium omne convertens, sermonibus castis et cogitationibus spiritualibus se ipsam erudit, cultum formæ superfluum prorsus negligit, maledicta magnopere aversatur : colloquia cum veneratione et honoris præfatione ingreditur, ac

citorem prius veluti medicamento curans. Longe ab ea abest iracundia, convicium, jurgium. Quod enim vera ratione prædita est, irrationalem omnem declinat motum : et, ut semel dicam, perturbationum, quæ vel in anima, vel in corpore sunt, omnium domina exsistit. Verum enimvero auctorem divinæ istius philosophiæ quidam laudant Heliam illum æmulatorem, quidam vero Joannem Baptistam. Philon autem ille, genere Hebræus, secta autem Pythagoreus, temporibus suis Judæos quosdam, viros graves et venerandos, dicit **621** in regione quadam frequentes habente tumulos, circa lacum Maræoticum ad Alexandriam pertinentem, novum philosophandi morem complexos esse : quorum domicilia, vitæ consuetudinem, aliaque instituta omnia, talia aliquis esse ex descriptione ejus colligat, qualia prisci apud Ægyptios monachi sunt consectati. Nam vitæ id genus ingressi, possessiones suas propinquis relinquebant : ac rebus omnibus nuntio remisso, extra oppida vivebant, atque in hortis quibusdam et agris solis habitabant. Erant autem eis et mansiones, quæ monasteria recte dicantur, ubi solitarii cum gravitate et sanctitate sacris initiabantur, carminibusque divinis, hymnis et psalmis Deum laudabant atque colebant. Nullus horum prius cibum, quam sol occidisset, capiebat. Fuere etiam, qui tribus aut pluribus quoque diebus sine alimento perseverarent : vino autem et sanguinolentis prorsus abstinerent, certisque diebus consulto humi decumberent. Cibus eis erat panis, sal et hyssopum : potus, aqua. Prope eos mulieres etiam vetulas fuisse scribit, quæ philosophiæ ejus amore, eumdem vitæ cursum delegerint. Quapropter et consilio voluntario cœlibatum consectatæ, vitam ita transigebant. Philon sane in libro quem *De Vita contemplativa*, sive *supplicum*, inscripsit, memoriæ hæc mandavit. Videtur autem eos significare, qui ex Hebræis tum nuper admodum Christianismum susceperint, Judaicis adhuc opinionibus præditos, moresque eorum servantes. In nulla enim gente alia, præterquam apud nos, tale vitæ institutum inveniatur. Equidem ab illis Ægyptiis tantopere hoc vivendi genus invaluisse conjicio. Sunt vero qui dicunt, persecutionum tempora huic instituto derepente primum causam præbuisse. Cum enim a tyrannis religio exagitaretur, qui sibi fuga consulebant, in montibus incultis et saltibus quibusdam versabantur, in quibus ne deprehensi caperentur, de industria errabundi sedes mutabant. Et cum ei vitæ assuevissent, paulatim deinceps institutum id ad mortem usque producebant : et ad magna incrementa, multis per æmulationem conversationem talem et vitam subeuntibus, transmittebant.

A τὴν Μαρείαν λίμνην κείμενον, Ἀλεξανδρείᾳ προσήκοντα, ξένην φιλοσοφίαν μετέρχεσθαι· ὧν οἴκησιν καὶ πολιτείαν καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀγωγὴν τοιαύτην εἶναί τις εἰκάσειεν ἐξ ὧν καταλέγει, οἷανπερ καὶ οἱ πάλαι μοναχοὶ ἐν Αἰγύπτῳ μετήρχοντο. Τοῦ γὰρ φιλοσοφεῖν ἀρχέμενοι, τοῖς προσήκουσι τῶν ὄντων ἐξίστανται· πᾶσι δ' ἀπαγορεύοντας, ἔξω τειχῶν γίνεσθαι· καὶ κήπους δή τισι καὶ μοναγρίοις τὰς διατριβὰς ἔχειν. Εἶναι δὲ αὐτοῖς καὶ καταγωγὰς, ἃ μοναστήρια καλεῖν θέμις· οἷα ἱδιάζοντας, σεμνῶς μυεῖσθαι· ᾠδαῖς δὲ θείαις καὶ ὕμνων ψαλμοῖς τὸν θεὸν θεραπεύειν. Μή τινα δὲ τούτων ἐντυγχάνειν τροφῇ, πρὶν ἥλιος περὶ γῆν γίνεται. Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν καὶ πλειόνων τροφῆς ἄγευστοι διαμένουσιν. Οἴνου δὲ B καὶ ἐναίμων πάμπαν ἀπέχονται. Ῥητοῖς δ' ἐν ἡμέραις καὶ χαμευνεῖν αἱροῦνται. Τὸ δ' ὄψον αὐτοῖς ἄρτος καὶ ἅλες εἰσὶ καὶ ὕσσωπον, καὶ ὕδωρ ποτόν. Εἶναι δ' ἐγγὺς καὶ γυναῖκας γηραλέας, δι' ἔρωτα φιλοσοφίας τὸν ἴσον δρόμον αἱρουμένας βιοῦν φησι· διὸ καὶ γνώμῃ ἐκουσίῳ τὴν ἀγαμίαν ἀσκοῦσαι, τὸν βίον παρέλκουσιν. Ὁ μὲν δὴ Φίλων τοιαῦτα ἱστορῶν ἐν λόγῳ ὃν *Περὶ βίου θεωρητικοῦ* ἢ *ἱκετῶν* ἐπιγράφει, ἔοικε τοὺς ἐξ Ἑβραίων ἄρτι πρώτως Χριστιανίσαντας ὑποφαίνειν, Ἰουδαϊκώτερον ἔτι διακειμένους, καὶ τὰ ἐκείνων ἤθη τηροῦντας. Ἐν ἄλλῳ γὰρ ἔθνει τοιαύτην βίου διαγωγὴν πλὴν ἡμῶν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. Καί γε συμβάλλω ἐξ ἐκείνων ἐν Αἰγύπτῳ τήνδ' ἀκμάσαι τὴν πολιτείαν. Εἰσὶ δὲ οἳ φασι καὶ τοὺς κατὰ καιρὸν διωγμοὺς ταύτην C σχεδιάσαι πρώτως τὴν ἀγωγήν· τῆς γὰρ θρησκείας ἐκπεπολεμωμένης, φεύγοντες ὄρεσιν ἀγρίοις καὶ νάπαις τισὶ διῃτῶντο· οἷς μὴ ἁλῶναι ταῖς πλάναις διὰ σπουδῆς ἐποιοῦντο. Ἐθάδες δὲ τοῦ βίου γενόμενοι, κατὰ μικρὸν ἀποπληρῶσαι τῇ διαίτῃ τὸν βίον, εἰς μέγα τ' ἐπιδοῦναι, πολλῶν κατὰ ζῆλον ὑποδυομένων τὴν πολιτείαν.

622 CAPUT XL

De vita et instituto clarissimi inter monachos Antonii Magni, et sectatoribus ejus : et de Paulo Simplici.

Sedenim sive Ægyptii, seu priores illi, quos diximus, aut etiam alii quicunque instituti hujus auctores fuere, et ejusmodi philosophia alii præiere, illud quidem certe nemo non confitetur, ad summum, et moribus ipsis, et accurata vivendi ratione, institutum hoc, ita ut opinio obtinet, exercuisse celebrem illum et magnum Antonium : quem tum in Ægypti montibus viventem, propter

D ΚΕΦΑΛ. Μ'.

Περὶ βίου καὶ ἀγωγῆς τοῦ περιβοήτου ἐν ἀσκηταῖς Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου, καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, καὶ Παύλου τοῦ Ἁπλοῦ.

Εἴτ' οὖν Αἰγύπτιοι, εἴθ' οἱ πρότερον εἰρημένοι, ἤ ὁποιοιδή τινες τοῦ τοιούτου βίου κατῆρξαν, καὶ τῆς τοιαύτης φιλοσοφίας προὔστησαν, τοῦτό γε μὴν πᾶσιν ἀνωμολόγηται, ὡς εἰς ἄκρον ἔν τε ἤθεσι καὶ ἀκριβεῖ πολιτείᾳ τὴν τοιαύτην διάταξιν ἐξασκῆσαι λόγος ἔχει τὸν πολὺν ἐκεῖνον καὶ μέγαν Ἀντώνιον· ὃν τηνικαῦτα τοῖς κατ' Αἴγυπτον ὄρεσι διατρίβοντα διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς περιὸν, γνήσιον ἐποιεῖτο φίλον

Κωνσταντῖνος ὁ περιβόητος βασιλεὺς τιμῶν τε πυκνοῖς γράμμασι, περὶ ὧν αἱρεῖται γράφειν ἠρέθιζεν. Ἦν δὲ οὗτος τῷ γένει Αἰγύπτιος, τὰ πρῶτα τῆς πατρίδος φερόμενος, ἀπὸ κώμης οὕτω λεγομένης Κομᾶ· ὅμορος δ' αὐτῇ Ἡρακλεία τῶν παρ' Αἰγυπτίοις Ἀρκάδων. Ἐν νέᾳ δὲ ἡλικίᾳ καταλειφθεὶς ὀρφανός, ὅσοι μὲν αὐτῷ προσῆσαν ἀγροὶ, τοῖς συγχωρίταις εἴασε, τὴν δὲ λοιπὴν περιουσίαν τοῖ δεομένοις ἀπέδοτο· δεῖν γὰρ ᾤετο τὸν φιλοσοφεῖν σπεύδοντα μὴ μόνον ἀφιέναι τὰ χρήματα, ἀλλὰ καὶ προστιθέντως καταναλίσκειν τοῖς χρῄζουσι. Καὶ δὴ τοῖς τηνικάδε περὶ τὰ καλὰ σχολὴν ἔχουσιν ἑαυτὸν συμμίξας, τὰ κράτιστα τῶν ὅλων ἐζήλωσεν. Εἰδώς γε μὴν τὸν ἄριστον βίον τῇ συνηθείᾳ ἡδὺν ἐσόμενον, εἰ καὶ χαλεπός τις εἴη ταπρῶτα, τὰς συντόμους μᾶλλον καὶ τελείας τῶν ἀρετῶν ἐπεμέλετο. Καὶ καθ' ἑκάστην ὡσανεὶ ἀρχὴν βαλόμενος, ἐπιμᾶλλον τῇ καθόλου ἐγκρατείᾳ ἐχώρει, νεαράν τινα καὶ ἀκμάζουσαν δσημέραι προθυμίαν αὐχῶν. Καί γε τὰς μὲν τοῦ σώματος ἡδονὰς ἐκολάσατο ταῖς περὶ αὐτὸ ἐπιμόνοις ταλαιπωρίαις· τὰς δὲ τῆς ψυχῆς ἀτάκτους ὁρμὰς κατέστειλε τῷ ἀνενδότῳ τῆς προαιρέσεως. Ἅπαξ δ' ἐσιτεῖτο ἡμέρας ἡλίου δύνοντος· πολλάκις δὲ καὶ ἐς δύο καὶ τρεῖς ἡμέρας ἀπόσιτος ἔμενεν. Ἡ δὲ τροφὴ ἄρτος ἦν, καὶ ἁπλοῦν ὄψον οἱ ἅλες· τὸ δὲ ποτὸν ὁ παραῤῥέων αὐτῷ χείμαρρος ἐχορήγει. Διὰ πάσης δ' ἀγρυπνῶν ὡς εἰπεῖν ἀεὶ τῆς νυκτὸς, καί τι τῆς ἡμέρας μέρος ἐλάμβανε τοῖς εὐχαῖς. Εἰ δέ που καὶ ὕπνος παρῴδευε, βραχύς τις μάλα προσῆν. Χαμαὶ δ' ἐπὶ ψιλοῦ κείμενος τοῦ ἐδάφους τὰ πολλὰ διετέλει. Παντάπασι δ' ἀπείπατο ἐλαίου τε χρίσιν καὶ λούτρων χρείαν, εἰδὼς τὴν σύντονον ξῆν τοῦ σώματος ἠρέμα πρὸς τὸ ἀνειμένον καὶ χαῦνον τοῖς ὑγροῖς στρεφομένην. Ἥκιστα δέ φασι καὶ γυμνὸν αὐτὸν ὀφθῆναί ποτε. Γράμματα δὲ μὴ μαθών, οὐδὲ τὸν εἰδότα διὰ θαύματος εἶχε. Νοῦν δ' ἀγαθὸν ὡς γραμμάτων πρεσβύτερον καὶ τῶν τοιούτων εὑρετὴν μάλα ἐπῄνει· μηδὲ γὰρ εἶναι τούτων ἀνάγκην, τοῦ νοῦ ἐῤῥωμένου ἔχοντος. Πρᾶος δ' εἴπερ τις καὶ φιλάνθρωπος γεγονὼς, χαρίεις μάλιστα τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἦν, ὀξύς τε καὶ ἀκαταγώνιστος. Διαλεγόμενος δ' ἐπιμᾶλλον, τὸ μὴ λυπεῖν ἐρυλάττετο, εἰ καί τινες ἐριστικῶς τέως αὐτῷ προσεφέροντο. Κρεῖττονι γὰρ σοφίᾳ τινὶ καὶ παραξένῳ τῷ ἤθει σὺν ἐπιστήμῃ θείᾳ ῥιπιζομένην φιλονεικίαν εὐχερῶς κατεστέλλειν εἶχε, καὶ πρὸς τὸ μετριώτερον μεθιστᾷν. Κιρνῶν δὲ τὸ σύντονον τῶν διομιλούντων, καὶ τρόπους ἐῤῥύθμιζε. Θείας δ' ἐντεῦθεν γνώσεως καὶ προγνώσεως μετασχὼν, οὐδὲν ἠγεῖτο τὶ μέλον εἰδέναι· εἰκαίαν δ' εἶναι καὶ τὴν περὶ τοῦτο σπουδὴν ἔλεγεν, ὅτι μηδ' ἀρετὴν εἶναι τὴν πρόγνωσιν ὑπετίθει· ἐπεί τοί γε μηδ' ἐν εὐθύναις πάλιν τὸν μὴ εἰδότα τὸ μέλλον ὑπάγεσθαι. Ἓν γὰρ εἶναι τὸ μακάριον ὑπενόει, καλῶς τὸ Θεῖον σέβειν, τούς τε νόμους αὐτοῦ καὶ τὰς ἐντολὰς ἀπαρατρώτους τηρεῖν. Εἰ δέ τῳ ἔρως καὶ τοῦ προ-

A virtutis præstantiam, germanum sibi amicum fecit clarissimus imperator Constantinus, frequentibus ad eum datis litteris hominem honorans, et ut de quibus rebus vellet (1), ad se scribæret, rogans. Fuit autem is genere Ægyptius (2), primas in patria sua partes ferens, in vico cui nomen erat Coma ortus, qui finitimus est Arcadum (3) quæ apud Ægyptios est Heracleæ. In juvenili autem ætate relictus a parentibus orphanus, quidquid ei fuit agri, loci ejus incolis donavit, reliquam substantiam egentibus distribuit. Ita enim decere existimavit, ut qui philosophari constituisset, non solum pecunias relinqueret, sed etiam pro eo atque deceret, inopibus eas expenderet. Sane quidem qui tum rebus pulchris vacarent, eis se conjungens, quæ in unoquoque eorum præstantissima essent, ea est æmulatus. Quod namque sciret optimam quamque vitam consuetudine dulcem gratamque fieri, quamvis gravis primum sit et molesta, in compendiosis perfectisque se magis exercuit virtutibus. Et quotidie quasi principio jacto, magis ac magis in universa animi moderatione proficiebat, novam quamdam et vigentem indies præ se ferens alacritatem. Et corporis quidem voluptates ærumnis ejus jugibus suppressit, animæ autem inordinatos impetus pertinacia propositi sui constrinxit. Semel autem interdiu post occasum solem cibum sumpsit. Persæpe vero biduum totum, quandoque etiam triduum, escas non attigit. Cibus ei erat panis, obsonium simplex sal, potum præterfluens torrens præbuit. Per totam autem semper propemodum vigilans noctem, aliquam etiam diei partem precationibus dabat. Quod si cubi somnus ei obrepsisset, brevis is admodum fuit : humi vero in nudo solo plurimum cubabat. **623** Et omnino olei simul unguini, et lavationis usui renuntiaverat : quod illum non lateret, robustum quoque et firmum corporis habitum humidis sensim ad mollitiem et luxum converti. Haud unquam eum a quopiam nudum esse visum tradunt. Et cum litteras ipse non didicit, tum neque earum peritos admiratus est. Mentem vero bonam ut litteris ipsis antiquiorem, taliumque adeo artium inventricem, valde laudavit. Quin neque iis quidquam opus esse dixit, si mens per seipsam valida sit. Mitis porro atque humanus, ut non magis alius quisquam, et in colloquiis gratiosus maxime, atque item acutus invictusque fuit. In disputationibus præcipue, etiam si qui interdum contentiose cum eo conflictarentur, ne molestus esset, cavebat. Præstantiori siquidem sapientia quadam, et novo more, una cum divina prudentia, temere illatum contentionis studium facile contrahere, et ad moderationem conformare noverat. Vehementiam autem colloquentium temperans, mores eorum simul reddebat meliores. Divinam inde cognitionem, atque etiam

(1) Καὶ ὧν ἐδεῖτο. (Sozom.) Hoc est, *De rebus quibus indigeret.*

(2) Τῷ γένει τῶν εὐπατριδῶν. (Sozom. lib. I, cap. 13.) Hoc est, *claro loco natus.*

(3) Τοῖς παρ' Αἰγυπτίοις Ἄρκασι. (Sozom.) Hoc est, *Ægyptiorum montibus.*

præcognitionem consecutus, nihil admodum esse judicabat futura prævidere : vanumque etiam, quod in ea re collocaretur, studium esse dicebat. Neque virtutem ullam esse docuit divinare : quod e diverso, neque in vitio, cujus gratia pœnam quis metuat, sit, futurum non nosse. Cæterum unum illud beatitudinis esse existimabat, rite Deum colere, legesque ejus et mandata inviolata servare. Si cui autem amor futura cognoscendi incesserit, puram modo, inquit, habeat animam, et futuri perspectio cum consequetur, Deo veluti per speculum aliquod cognitionem futuri exhibente. Socordiam autem detestans, omnes qui recte vivere vellent, admonuit, ut opus facerent : et ut seipsum quisque in judicium et rationem diu noctuque factorum adduceret, atque si quid contra decorum fecisset, ut id litteris adnotaret. Sic enim fore, ut seipsum vereatur homo, et deinceps ab absurdis animi motibus, ne multa adnotata reperiat, abhorreat : fore etiam ut metuat, ne scriptura tali a quopiam deprehensa, improbus ipse manifesto inveniatur. Acriter quoque, si qui injuriam accepissent, defendebat, eaque causa frequenter urbes adibat. Multi namque eum accedentes, calamitatesque suas deplorantes, cogebant ut urbes ingrederetur, et pro eis precator atque intercessor apud magistratus fieret. **624** Illi porro plurimi faciebant, si ipsum viderent, et Sirenem verborum ejus audirent, et imperanti parerent. Ipsi enim studio in primis fuit, latere, et in solis locis versari. Et quod eo esset animo, si quando in publicum prodiret, confecto quanta potuit celeritate, cujus gratia in urbem venerat, negotio, rursum se in solitudinem recipiebat. Siquidem dicere solitus erat, lethalem esse piscibus extra undas conversationem : neque minus monachum in periculum cœlestis vitæ et professionis sanctioris amittendæ venire, si meras in urbibus trahat. Et cum jucundum se omnibus præbuit, tum ne submissus nimium et adulator esse videretur : præterea ne ex eo quod ab omnibus honore afficeretur, quodque ei quos jussisset, morem gererent, fastu et arrogantia efferretur, curavit. Scribenti aliquando Constantino ad se ut veniret, mirifice enim hominem amabat, detrectavit id primum, dicens : Siquidem ad imperatorem venero, Antonius ero ; sin minus, abbas Antonius. Atque eo tandem modo ad illum adire sustinuit. Verum hæc tanquam gustus quidam et exigua imago Antonii vitæ et instituti, sint exposita : ut ex his universam ejus, qualis fuerit philosophiam colligamus. Quam rebus omnibus optimus Athanasius, cui etiam fuit charissimus, copiose memoriæ posteritatis litteris mandavit : certaminibus ejus contra dæmones, et artibus quas adversus illos adinvenit, aliisque vitæ prodigiis et rebus quibusvis conscriptis, ut liber is monastici instituti seu descriptio quædam esset. Itidem ut idem Athanasius in Vita Syncleticæ (1) fecit, ut,

εἰδέναι ἐνέσκηψε, καθαρὸς εἴη ψυχὴν, ἔλεγε · καὶ τὸ διορᾷν τὸ μέλλον ἔψεται, τοῦ Θεοῦ διά τινος ἐσόπτρου τὴν τῶν ἐσομένων γνῶσιν παραδεικνύοντος. Μισῶν δὲ τὴν ἀργίαν, πᾶσι τοῖς καλῶς βιοῦν αἱρουμένοις, παρῆνει ἐργάζεσθαι· ὑπὸ κρίσιν τε καὶ λόγον ἄγειν αὐτὸν, ὧν νύκτωρ καὶ μεθημέραν ἐγένετο αὐτουργός· κἂν τι μὴ δεόντως ἐπράχθη, γράμμασιν ἐγχαράττειν· ὡς ἂν γε δι' αἰδοῦς αὐτὸν ἔχῃ, τοῦ λοιποῦ τῶν ἀτόπων τοῦ νοῦ κινημάτων φειδόμενος μὴ πολλὰ εὑροι τὰ γεγραμμένα· φόβῳ τε καὶ τοῦ μὴ δῆλος ποτὲ γενέσθαι, μοχθηρὸς ὤν, φωραθείσης τινὶ τῆς γραφῆς. Ναὶ μὴν καὶ τῶν ἀδικουμένων σφοδρῶς ὑπερίστατο· διά τοι καὶ ἐπὶ τὰς πόλεις ἐφοίτα· πολλοὶ γὰρ προσιόντες ἐδίζων ἥκειν, τὰς οἰκείας συμφορὰς ὀδυρόμενοι, καὶ πρεσβεύειν ἐδέοντο τοῖς ἐν τέλει. Περὶ πλείστου γὰρ ἐκείνοις ἦν ἰδεῖν τε αὐτὸν καὶ ἀκοῦσαι τῆς τῶν λόγων σειρῆνος, καὶ πειθαρχῆσαι κελεύοντι. Πάνυ γὰρ τὸ λανθάνειν εἶχε διὰ σπουδῆς καὶ ἐν ἐρημίαις κρύπτεσθαι. Καὶ ταῦθ' οὕτως ἔχων, καὶ τοίνυν εἴποτε φανείη, διαθεὶς ὅσον τάχος ἐφ' ὅτῳ καὶ ἦκεν, ἀνεχώρει αὖθις. Ἰχθύσι μὲν γὰρ θάνατον ἐπάγειν ἔλεγε τὴν ἔξω τοῦ ὑγροῦ δίαιταν· ἀπόλλοι δ' ἂν καὶ μοναχὸς τὴν κατὰ Θεὸν βιοτὴν καὶ τοῦ σχήματος τὸ σεμνὸν, χρονίζων ταῖς πόλεσι. Πᾶσι δ' οὖν κεχαρισμένον ἑαυτὸν παρίσχων, ἐπεμέλετο μήτ' ἀγεννῆ καὶ κόλακα εἶναι δοκεῖν, μήτε πρὸς τῦφον ἐξάγεσθαι τῷ διὰ πάντων τιμᾶσθαι, καὶ οἷς ἂν κελεύοι πείθεσθαι. Ἐπιστέλλοντι δὲ καὶ Κωνσταντίνῳ παρ' αὐτὸν ἥκειν, ὑπερφυῶς γὰρ ἐφίλει Ἀντώνιον, ἀπηξίωσεν ἐπειπών· Ἥκων μὲν ἐς βασιλέα, Ἀντώνιος ἔσομαι· μὴ τοῦτο δὲ πράξας, ἀββᾶς Ἀντώνιος. Καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὴν ἐπ' ἐκεῖνον πορείαν ἀνέσχεν. Ἀλλὰ γεῦμα ταῦτα καὶ βραχὺς χαρακτὴρ τῆς Ἀντωνίου διαίτης καὶ πολιτείας. Εἰρηται δ' ἵνα ἐκ τούτου τὴν ὅλην ἐκείνου φιλοσοφίαν, ὅση τις ἦν, ὑπολογισώμεθα· ἦν ὁ τὰ πάντα ἄριστος Ἀθανάσιος καὶ αὐτῷ διαφερόντως φιλούμενος, πρὸς λεπτὴν ἱστορήσας ἐξέδωκε τὰς μετὰ δαιμόνων πάλας αὐτοῦ καὶ τὰς ἐξευρημένας τέχνας αὐτῷ κατ' αὐτῶν, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ βίου τεράστια, καὶ πάνθ' ἕκαστα διαγράψας, ὡς ὅρον εἶναι μοναδικῆς πολιτείας τὸ σύγγραμμα. Ὁποῖα δὴ ὁ αὐτὸς Ἀθανάσιος κἀν τῷ βίῳ συγκλητικῆς ἔπραξεν, ἀνδρῶν μὲν πολιτείαν ἐντεῦθεν, γυναικῶν δ' ἐκεῖθεν ὑποτιθεὶς ὡς ἐν πλάσματι διηγήσεως. Πολλοὺς δὲ καὶ φοιτητὰς ἔσχε, δοκίμους τε καὶ τὸν διδάσκαλον ἀποχρώντως ἐνδεικνυμένους, τῇ τε παιδιᾷ καὶ φιλοσοφίᾳ καὶ τῇ λοιπῇ ἀρετῇ Ὧν οἱ μὲν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ, οἱ δ' ἐν Παλαιστίνῃ καὶ Συρίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ, τὸ φιλοσοφεῖν ἐπιδείξαντο. Περὶ πλείστου δ' ἦσαν καὶ οὗτοι καὶ οἱ τούτων διάδοχοι ὡς ἔργον ποιεῖν πάντας τοὺς Θεῷ ἡρημένους βιοῦν, καὶ αὐτοὺς ἐκζητεῖν, καὶ παρ' αὐτῶν τὸ ποιητέον ἀναδιδάσκεσθαι, σπεύδοντας ἐπιμελῶς κρύπτεσθαι, οὐχ ἧττον ἢ περ οἱ νῦν τύφῳ καὶ διακόνῳ φιλοτιμίᾳ σοβοῦντες διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐκπομπεύουσι. Πολλοὶ μὲν οὖν τῶν αὐτοῦ ἐγένοντο εὐδόκιμοι φοιτηταί· καὶ Παῦλος δ' ἐκεῖνος, ὃς ἐξ

(1) In Vitis Patrum, Synclelice inter sacras abbatissas allegatur.

ἀρετῆς Ἁπλοῦς ὠνομάσθη· ὃν λόγος ἀγροικίᾳ συ- A
ζῶντα, ὡραίᾳ δὲ καὶ τὸ εἶδος γυναικὶ συνοικοῦντα,
ἐπεὶ ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχευομένην συνέβαινε κατι-
δεῖν, σεμνὸν μεταδιάσαντα σὺν ὅρκῳ ἀπειπεῖν τὴν
συνάφειαν· διαφέντα δ' εὐθὺς, χωρεῖν πρὸς Ἀντώ-
νιον. Πρᾶον δὲ μάλα γενέσθαι καὶ ὑπακοὴν διαφε-
ρόντως ἀσκῆσαι λέγεται· ἀνθαμιλλᾶσθαι δὲ καὶ
πρὸς τοὺς ἀσκητικοὺς ἀγῶνας τῷ διδασκάλῳ, πεῖ-
ραν ἐπάγοντι τὴν παντοδαπὴν, καὶ μηδὲν ἀγεννὲς τῇ
μιμήσει φωράσαι. Ἐντελὲς δ' αὐτῷ τὸ τῆς ἀρίστης
πολιτείας καὶ φιλοσοφίας ἐπιμαρτυρήσας, μὴ δεῖν
ἐκείνῳ διδασκάλου τουλοιποῦ ἔλεγε. Φιλοσοφεῖν δ'
ἐν αὐτῷ διάγοντα· καὶ ταῦτα γηραλέῳ τε ὄντι, καὶ
μὴ ἐκ παιδὸς τὴν ἄσκησιν μελετήσαντι, ἄρτι δὲ πα-
ριόντι πρὸς τὸν ἀγῶνα. Ἐκύρου δὲ καὶ Θεὸς ἄνωθεν
τὰ ἐψηφισμένα τῷ Ἀντωνίῳ· καὶ ἐν οὐ πολλῷ B
ἐπίσημον ἐποίει τὸν ἄνδρα. Ἄμεινον δ' εἶχε τοῦ
διδασκάλου δαίμοσί τε παλαίειν, καὶ αὐτοὺς ἀπελᾶν.

sicuti in hoc mulieres, ita in illo scripto viri, quod sequerentur institutum, tanquam in commentarii expressum, haberent (1). Habuit autem discipulos multos, probatos admodum, et qui magistrum vitæ institutione, sapientiæ studio, et virtute reliqua satis feliciter retulerunt. Qui partim in Ægypto et Libya, partim in Palæstina, Syria et Arabia sunt philosophati. Præstantissimi sane ii sunt, atque itidem successores eorum. Ita ut ingentis esset laboris iis qui Deo vitam suam dicarant, eos inquirere, atque ab eis, quæ sibi facienda esset, addiscere : præsertim cum illi magna cura, ut et ipsi et eorum facta laterent, studerent : non perinde scilicet, atque nostrorum temporum homines plurimi, facientes, qui fastu et ambitione inani insolenter per forum sese inferentes venditant. **625** Multi sane spectati fuere sectatores ejus : et in primis Paulus ille, qui ex virtute Simplex est cognominatus. Quem ferunt rusticam vitam agentem, et cum formosa conjuge habitantem, et posteaquam eam in flagranti crimine cum mœcho concumbentem vidisset, graviter subridentem, adhibito jurejurando conjunctioni ejus renuntiasse : eaque statim dimissa, ad Antonium pervenisse. Mitis vero admodum fuisse, et obedientiam præcipue coluisse dicitur. Monasticis quoque studiis et certaminibus cum magistro contendit, omnem adhibente curam atque diligentiam, ne quid quod ab illo degeneraret, in imitatione ejus deprehenderetur. Qui sane testimonium ei perfectionis in optimo instituto, monasticaque philosophia perhibens, nihil ei deinceps præceptore opus esse dixit ipsum quippe per seipsum philosophari egregie admodum, jam senem : qui scilicet studium id non a puero esset meditatus, sed non ita pridem ad certamen tale descendisset. Sed et Deus cœlitus, quæ de eo Antonius pronuntiaverat, auctoritate sua confirmavit : brevique ita clarum reddidit virum, ut melior etiam præceptore, ad dæmones lucta supplantandos atque propellendos esset.

ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ἀμοῦν. καὶ Εὐτυχιανοῦ τοῦ ἐν τῷ Ὀλύμπῳ.

Χρόνῳ δ' ἐκείνῳ καὶ Ἀμοῦν ἐκεῖνος ἠκμαζεν· Αἰγύπτιος δὲ καὶ οὗτος ἦν· ὃς γυναικὶ συζυγείς, τῶν οἰκείων βιασαμένων, μὴ πειραθῆναι ταύτης, ἣ θέμις ἐστὶν ἀνδράσιν. Ἐπεὶ γὰρ ὁ γάμος συνίστατο, καὶ τῇ νύμφῃ ὡς ἔθος ἐθαλαμεύετο, μόνος μόνῃ συνὼν, πέρας μὲν ἤδη ἔχειν τὸν γάμον διωμολεῖτο· ὑπετίθει γε μὴν μέγα εἶναι τὸ παρθένους διαβιοῦν· καὶ τὰ γέρα διεξῄει τῆς ἀζυγίας· καὶ πεῖραν προσῆγεν ἀσπάζεσθαι τὸ καθ' ἑαυτούς. Ἡ δὲ νεᾶνις δι' ἐπαίνου μὲν ἐποιεῖτο τοὺς λόγους· χωρίζεσθαι δ' ἐκείνου παντελῶς ἀπηγόρευε. Καὶ δὴ συνῆν ἐκείνῃ Ἀμοῦν ὀκτὼ πρὸς τοῖς δέκα ἔτεσιν ἰδίᾳ καθεύδων, καὶ τῆς κατὰ Θεὸν ἀσκήσεως τὴν ἐπιμέλειαν ἔχων. Ζήλῳ δ' ἐκείνου καὶ ἡ γυνὴ πτερωθεῖσα, δεῖν ἐνόμιζε μὴ δι' αὐτὴν τηλικοῦτον ἄνδρα ἐν τῷ ἀφανεῖ καθεστάναι, χρῆναι δ' ἑκάτερον ἀνὰ μέρος ἀσκεῖν, καὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐδεῖτο χωρίζεσθαι. Καὶ ὁ μὲν τὸν οἶκον ἐκείνῃ λιπὼν, αὐτὸς εἰς τὴν πρὸς μεσημβρίαν τῆς Μαρείας λίμνης γεγονὼς ἔρημον, περὶ τὴν Σκῆτιν καὶ τὸ τῆς Νιτρίας ὄρος, δύο καὶ εἴκοσιν ἔτη ἐφιλοσόφει, δὶς τοῦ ἔτους παραβάλλων καὶ τὴν γυναῖκα θεώμενος. Πολλοὺς δὲ καὶ οὗτος οἷα καθηγητὴς ἐκτήσατο μαθητάς. Αὐτουργὸς δὲ

CAPUT XLI.

De sancto Amone; et Eutychiano qui in Olympo Bithyniæ monte versatus est.

Eodem tempore et Amoun ille Ægyptius itidem viguit, qui a propinquis et familiaribus coactus, uxorem quidem duxit; cum ea tamen conjugii more, uti viri consuevere, congressus non est. Cum namque nuptiarum dies advenisset, et sponsa, sicuti fieri assolet, in thalamum ejus deducta esset, solus cum sola collocutus, finem jam suum nuptias habere dixit : et magnum quiddam fore, si virgines vitam exigerent, docuit : præmiaque cœlibatus commemorans, persuadere ei conatus est, ut solitariam pro se uterque sectaretur vitam. Et puella quidem verba ejus laudibus extulit, segregari tamen ab eo prorsus noluit. Itaque Amoun decem et octo annos cum ea vixit, seorsim cubans, **626** et quod secundum Deum est vitæ institutum colens: muliercula vero æmulatione illius, et ipsa spe animoque erecta, iniquum esse existimavit, sua causa tantum virum in obscuro latere : et utrumque potius ab altero segregatum, pietatem exercere debere censens, separari a viro petiit. Atque ille relicta mulieri domo, ipse meridiem versus ad lacum Mareæ, in solitudine, circum Scetim et Nitriæ montem, duos et viginti annos

(1) Hieronymus Athanasium librum *De virginitate* conscripsisse testatur.

monasticam est philosophatus, bis quotannis adire et visere mulierem solitus. Multos et hic veluti dux habuit sectatores, et multa divina edidit opera. Multa dicta ejus memorantur, quæ ab Ægyptiis monachis, accurate talia et studiose inquirere, veterumque monachorum facinoribus, sive in scriptum sint relata, sive minus, delectari solitis, per temporum successionem percepta, hodie quoque fruuntur, auditoribus perquam jucunda. Quorum ut gustum aliquem proponamus, hæc subjungere libet. Petebat magnus iste vir solitudinem quamdam cum discipulo suo Theodoro : cumque fossam quamdam undis scilicet repletam trajicere opus haberent, ne vestes altius attollentes, alter alterius nuditatem conspiceret, retrocedere paululum Theodorum jubet. Cum vero seipsum quoque nudum videre vereretur, divino momento in sublime sublatus, in ulteriorem pervenit ripam. Ut autem Theodorus quoque satis madens transgressus, ultra Lycum (sic enim incolæ fossam eam nominabant) venit, vestemque et pedes Amoun siccos vidit, precibus senem fatigans, causam ejus rei ut sibi diceret petiit. Ille tectum id, quidquid esset, tacitumque esse voluit. Ut vero magis magisque Theodorus contendit, nihil se de petitione ea remissurum professus, Amoun tandem pacto prius interposito, se vivo nemini id prolaturum, rem actam exponit. Quapropter is postea præstantioris cujusdam naturæ virum eum esse credidit. Porro quod etiam præcognitionis divinæ plenus fuerit, id quod nunc dicemus, satis indicabit. Puer quidam parentum injustorum a rabido cane morsus, in ea exspectatione, ut quamprimum moreretur, erat : cum autem ad Amoun eum adduxissent, ut eum curaret petebant; ille, Non ego, inquit, sed vos, siquidem voletis, eum curabitis : si enim, quem surripuistis bovem, dominis suis restituere volueritis, statim malo omni puer liberabitur. Bos redditus est, et periculum omne confestim profugiens vacuum ærumnæ omnis puerum reliquit. **627** Cum autem aliquo post tempore Amoun decederet, animam ejus Antonius dicitur in cœlum deduci vidisse, divinis virtutibus eam comitantibus, veneratioque et stipatione multa, atque etiam ineffabili quo tum hymnorum carmine prosequentibus. Et cum, qui tum cum Antonio erant, per consternationem in aerem suspiciente, et rei tantæ faciem admirante, causam ab eo requirerent, ille visum id haudquaquam occultum habuit. Et verba ejus re ipsa sunt confirmata. Postquam enim a Sceti multi venere, et tempus obitus Amoun indicavere, illud ipsum tempus esse cognoverunt, cum Antonius stupore correptus in cœlos suspexit; et utrumque sane merito beatum habendum dixerunt : Amoun quidem, quod sic e vita præsenti subductus esset, Antonium vero, quod eum Deus visione ea dignatus esset : cum quidem inter utriusque habitationis locum magnum intervallum atque dierum aliquot intercederet iter. Atque hæc

πολλῶν καὶ θεσπεσίων ἔργων ἐγένατο· καὶ πολλὰ τῶν ἐκείνῳ ῥηθέντων ἀπομνημονεύεται· ἃ τοῖς κατ' Αἴγυπτον μοναχοῖς διὰ σπουδῆς ἔχουσιν ἀκριβοῦν τὰ τοιαῦτα. Καὶ ταῖς τῶν παλαιοτέρων ἀσκητῶν ἐργασίαις ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως εἰωθόσι χαίρειν, ἐς δεῦρο φέρεται τῇ τοῦ χρόνου διαδοχῇ, ξενίζοντα τοὺς ἀκούοντας· ὧν γεύματος χάριν ταῦτα εἰρήσθω. Ἀπῆει ὁ μέγας οὗτος ἐπί τινα ἔρημον. Δεῆσαν δ' ἐκείνῳ διώρυγά τινα σὺν τῷ μαθητῇ αὐτοῦ Θεοδώρῳ διαπερᾶν, ἵνα μὴ ἀναστέλλοντες τὰ ἱμάτια τὴν γύμνωσιν ἀλλήλων θεάσωνται, μικρὸν ὑπαναχωρεῖν Θεόδωρον ἔλεγεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἑαυτὸν γυμνὸν ἠλαθεῖτο θεάσασθαι, θείᾳ ῥοπῇ μετάρσιος ἐκαρθείς, εἰς τὴν ἀντιπέραν ὄχθην ἐγένετο. Ὡς δὲ καὶ Θεόδωρος διάβροχος ἱκανῶς γεγονὼς, εἰς τὸ πέραν τοῦ Λύκου ἦν (οὕτω γὰρ ἐγχωρίοις ἡ διώρυξ ὠνόμαστο), καὶ τὴν ἐσθῆτα καὶ τοὺς πόδας Ἀμοῦν ἀβρόχους ἑώρα, ἐπέκειτο λιπαρῶν, καὶ τὴν αἰτίαν φράζειν τὸν πρεσβύτην ἠξίου. Ὁ δὲ κρύπτειν μὲν ἐπειρᾶτο καὶ ἔτι· ὡς δ' ἰσχυρῶς ἐπετίθετο μὴ ἀνήσειν ὁμολογῶν, ἐκεῖνος, σύνθημα δοὺς μή τινι τὸ ἔργον ζῶντος Ἀμοῦν ἐξειπεῖν, ἐγνώριζε τὸ συμβάν· καὶ φύσεως ὑπερτέρας εἶναι τοῦ λοιποῦ τὸν ἄνδρα ᾤετο. Ὅτι δὲ καὶ θείας προγνώσεως ἔμπλεως ἦν, δείξει τὸ ῥηθησόμενον. Παῖς ἀδίκων πατέρων κυνὶ λυσσῶντι δηχθείς, θανεῖν ἐσόσον οὔπω προσδόκιμος ἦν. Ἐπεὶ δὲ πρὸς Ἀμοῦν ἤγαγον, τὴν ἴασιν ἐλιπάρουν. Τὸν δὲ φάναι· Οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὑμεῖς αὐτὸν, εἴγε βούλοισθε, θεραπεύσετε. Εἰ γὰρ ἀποδοῦναι ὑμῖν τὸν βοῦν γένοιτο, παρ' ὧν συλᾷν εἵλκυσθε δεσποτῶν, αὐτίκα ῥᾳον ἔσται ὁ παῖς τῶν δεινῶν. Καὶ ὁ μὲν βοῦς ἀπεδίδοτο· ὁ δὲ κίνδυνος αὐτίκ' ἀδρανέστερον ἐξάντη κακῶν τὸν παῖδα λιπών. Ἐπεὶ δὲ χρόνῳ ὕστερον καὶ Ἀμοῦν ἐτελεύτα, λέγεται Ἀντώνιον ἀναγομένην τὴν ψυχὴν ἐκείνου εἰς οὐρανὸν θεωρεῖν, περικύκλῳ θείων δυνάμεων ἑπομένων, καὶ παραπεμπόντων ἐκείνην αἰῶσί καὶ δορυφορίᾳ πολλῇ, καί τινι ἀῤῥήτῳ ὕμνων ᾠδῇ· τοὺς δὲ περὶ αὐτὸν ἐν ἐκπλήξει τὸν ἀέρα θεώμενον καὶ διὰ θαύματος ἔχοντα πρὸς τὴν ὄψιν τῶν παραδόξων, διαπυνθάνεσθαι τὸν Ἀντώνιον τὴν αἰτίαν. Τὸν δὲ μὴ ἀποκρύψαι τὴν ὄψιν· καὶ τάσφαλὲς εἶχεν ὁ λόγος· ἔπειτ' ἀπὸ Σκήτεως πολλῶν ἐκεῖθεν ἡκόντων, καὶ τὸν χρόνον τῆς Ἀμοῦν τελευτῆς ἀνειπόντων· εἶναι δ' ἐκεῖνον, καθ' ὃν Ἀντώνιος ἐκπληττόμενος εἰς οὐρανοὺς ἔβλεπε· καὶ ἄμφω δὲ ἠξίουν μακαρισμοῦ· τὸν μὲν οὕτω; τῶν παρόντων ἀπαλλαγέντα, Ἀντώνιος δ' ὅτι τοσαύτης ὄψεως ἠξίωτο ἐκ Θεοῦ· πολλοῦ διαστήματος ἡμερῶν ἑδοῦ τῷ μέσῳ τόπῳ τῆς διατριβῆς ἑκατέρων ὄντος. Καὶ τὰ μὲν περὶ Ἀντωνίου καὶ Ἀμοῦν ὧδε ἱστόρηται. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, καὶ ἀνὰ τὸν τῆς Βιθυνίας Ὄλυμπον Εὐτυχιανὸς ἐκεῖνος τὰς διατριβὰς ποιούμενος φιλοσοφῶν ἦν· θείας γὰρ χάριτος ἐκ τῆς ἀρετῆς; μετασχὼν, ὡς καὶ θαυμάτων καὶ τεράτων πλείστων αὐτουργὸν γενέσθαι πολλῶν, νόσους τῶν ἀνιάτων ἴᾶτο. Δι' ἃ καὶ Κωνσταντίνῳ βασιλεῖ σπουδῇ γέγονε φίλον ἐκεῖνον καὶ συνῆθη ποιεῖν. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ τῶν τις βασιλικῶν δορυφόρων, ὑποψίαν σχὼν ὡς εἴη τυραννικὰ φρονῶν, περὶ που τὸν Ὄλυμπον

κρυπτόμενος καὶ ἐλλωκῶς, δεσμωτηρίῳ καθείρκτο. 'Επεὶ δὲ πικραῖς βασάνοις ἀνὰ τὴν εἱρκτὴν εἶχετο, οἱ γένει προσήκοντες Εὐτυχιανῷ προσιόντες ἐδέοντο πρεσβεύειν ἐς βασιλέα ὑπὲρ αὐτοῦ· καί τινα δὲ ποιεῖν πρόνοιαν, ὥστε τῶν δεσμῶν ἀνεῖναι, μὴ φθάσῃ πρὸ τῆς πρεσβείας τῷ χαλεπῷ τῶν βασάνων διαφθαρείς, καὶ πέμψας, τοὺς δεσμοφύλακας ἐδεῖτο τῶν δεσμῶν ἀνεῖναι αὐτόν. Ὡς δ' ἧττον ἦσαν πειθήνιοι, αὐτὸς ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον ἦκεν. Αἱ δὲ τῆς φρουρᾶς πύλαι αὐτόμαται, τῶν κλείθρων διαρραγέντων τῇ τοῦ ἀνδρὸς παρουσίᾳ, θᾶττον ἀνεπετάννυντο. Καὶ αἱ ἐκ σιδήρου πέδαι καὶ τὰ κλοιά, ὁπολείποντα τὸν δεσμώτην, διέρρει ψοφοῦντα καὶ ἀπανταχοῦ σκεδαννύμενα. Εἶτα πρὸς βασιλέα ἦκεν τῷ Βυζαντίῳ διατρίβοντα τηνικαῦτα, καὶ λῦσαι τῷ καταδίκῳ τὴν τιμωρίαν εὐθύς. Δυσχερὲς γὰρ οὐκοῦν ἦν Κωνσταντίνῳ ὅ τι ἂν ἐκεῖνος αἰτοίη. Σφόδρα γὰρ τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἔρωτι ἐντετηκὼς ἦν, καὶ διὰ μεγάλης ἐποιεῖτο τιμῆς. Λόγος δ' ἔχει ἐς ὕστερον Εὐτυχιανὸν τὰ Ναυάτου φρονῆσαι, καὶ τῆς ἐνούσης χάριτος ἀμοιρῆσαι. Ταῦτα μὲν ἡμῖν ἐκ μέρους περὶ τῆς πολιτείας εἰρήσθω τῶν μοναχῶν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ φιλοσοφησάντων· ᾧ δὲ μέλοι τὰ τοιαῦτα διερευνᾶσθαι, πολλαῖς ἐντύχοι τῶν βίβλων, πλείστους τῶν τηνικάδε καὶ καθεξῆς ἀκριβείᾳ βίου διαλαμψάντων ἱστορουσῶν· μάλιστα δ' ἡ Λαύσῳ προαιποσίτῳ ἐγράφη. Πολλὴν δὲ καὶ Σωφρόνιος ὁ Ἱεροσολύμων καὶ ἀγαθὴν ἱστορίαν περὶ τούτων ἡμῖν καταλέλοιπε, *Λειμῶνα* καὶ *Νέον παράδεισον* τὴν συγγραφὴν ὀνομάσας.

A quidem de Antonio et Amoun, memoriæ sunt prodita. Eodem vero tempore, et in Olympo Bithyniæ Eutychianus ille versatus, monasticæ philosophiæ operam navavit. Tantopere siquidem per virtutem divinæ gratiæ particeps est factus, ut (1) miracula et prodigia plurima ediderit, morbosque insanabiles sanaverit. Quapropter Constantinus quoque imperator magno studio amicitiam consuetudinemque ejus ambivit. Accidit tum, ut ex imperatoris satellitio quidam, tyrannidis affectatæ suspectus, et circa Olympum occultatus, captusque in vincula sit conjectus. Et cum perquam acerbe in carcere cruciaretur, propinqui et cognati ejus Eutychianum convenientes, ut legationem precationemque pro eo apud imperatorem susciperet, B atque aliquo modo provideret, ut interea vinculis liberaretur, ne scilicet ante legationem obitum acerbitate tormentorum interiret, rogarunt. Atque ille ad carceris custodes, ut hominem vinculis levarent, oratum misit. Ut vero illi petitioni ejus non acquievere, ipsemet ad carcerem venit. Et ecce custodiæ portæ sua sponte claustris fractis, ad viri præsentiam statim patuere, et compedes ferreæ, numellæ vinculaque cervicis vinctum relinquentia, cum strepitu delapsa sunt, et huc atque illuc dispersa. Deinde ad imperatorem, qui tum Byzantii erat, profectus, illico reum condemnatum supplicio liberavit. **628** Nihil enim Constantino difficile aut molestum fuit, quod vir ille peteret, C quem vehementer amabat, et magno in honore habebat. Fama autem fert, Eutychianum postea ad Novati hæresim descivisse, et ea quæ ei inerat gratia excidisse (2). Et hæc quidem, aliqua ex parte, nobis de monachorum instituto et philosophia sint dicta. Qui autem talia scrutari voiet, multos inveniet libros, in quibus plurimi, qui ea ætate atque deinceps integritate vitæ enituere, commemorantur, potissimum vero, quæ de iis Lausus præpositus conscripsit. Multam quoque et utilem de eis historiam Sophronius Hierosolymitanus nobis reliquit, *Prati* et *Novi paradisi* titulo, scripto ei indito.

ΚΕΦΑΛ. ΜΒ'.

Περὶ τῶν ἁγίων καὶ θαυματουργῶν Σπυρίδωνος, Νικολάου καὶ Παρθενίου.

'Επεὶ δὲ καὶ Σπυρίδωνος καὶ Νικολάου μνείαν ποιήσασθαι ὑπεσχόμην, ἐνταῦθα δεῖν οἶμαι ἀποτίσαι τὴν ὀφειλήν. Περὶ γὰρ τῶν ἄλλων ὁμολογητῶν τε καὶ ἱεραρχῶν μυρία καὶ παράδοξα καὶ παθόντων καὶ εἰργασμένων διέλαθον ἄνωθεν· καὶ ὡς πολλοὶ τούτων τῇ ἐνούσῃ ῥώμῃ τῆς χάριτος καὶ νεκροὺς ἀναβιῶναι παρεσκευάσαντο. Τῷ γε μὴν θείῳ Σπυρίδωνι τοσαύτη τοῦ θείου Πνεύματος χάρις προσέπτη, ὡς ἀρκεῖν τὴν εἰσέτι φήμην περὶ αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν παριστᾶν. Ἄγροικος δ' ὤν, καὶ γυναικὶ συζῶν, καὶ παίδων πατὴρ γεγονώς, οὐ παρὰ τοῦτο χείρων τινὸς ἐφάνη περὶ τὰ θεῖα. Τοσαύτη δ' ἦν ὁσιότης αὐτοῦ, ὡς καὶ ποιμένα γενέσθαι· Τριμυθοῦς δ' ἦν ὁ κλῆρος αὐτῷ· ἡ μία τῶν ἐν Κύπρῳ τῇ

CAPUT XLII.

De sanctis magnorum miraculorum editoribus, Spyridone, Nicolao et Parthenio.

Quandoquidem vero et Spyridonis et Nicolai mentionem me facturum esse recepi, hoc loco fidem mihi liberandam esse duxi. De aliis namque confessoribus et hierarchis, qui innumerabilia et D mirifica passi sunt et fecerunt, et quorum multi, quæ in eis fuit, gratiæ robore mortuos quoque excitarunt, supra exposuimus. Ipsi quidem divo Spyridoni tanta divini Spiritus incessit gratia, ut quæ de eo celebratur fama hoc quoque tempore, virtutem ejus astruere possit. Rusticus enim cum esset, conjugemque in matrimonio, et liberos ex ea susceptos haberet, non propterea in rebus divinis deterior aliquo fuit. Tanta namque in sanctitate erat, ut et a pastorali vita non abhorreret (3)

(1) Socrat. lib. I, cap. 13.

(2) Αἱρεσιν δὲ τῆς Ναυατιανῶν πρεσβεύων θείας χάριτος μετεῖχε, etc. Sozom. lib. I, cap. 14. Hoc est, *Novatianorum hæresis cum esset, gratiæ divinæ particeps fuit.* Hæc verba apud Sozom. in principio narrationis de Eutychiano posita sunt. Nicephorus autem in toto hoc opere Novatianis est iniquior.

(3) Spyridonem istum, cum episcopus esset, oves pascere non puduisse, per summam humilitatem

(Trimmythus autem, quæ una in Cypro insula urbium est, sorte ei obvenerat), a fastu tam alienus, ut eodem in loco et oves pabulo, et homines doctrina atque vitæ exemplo pasceret optime. Cum autem multa sint, quæ de eo liber in ipsius vitam compositus recenset, ne socordiæ sustineam crimen, neve rursus extra propositum longius digredi videar, duorum aut trium egregiorum ejus factorum meminero. Fures aliquando noctu irruisse dicuntur in sancti viri ovile, insidias gregi ejus tendentes, et clam oves aliquot rapere conantes. **629** Et cum nemo eis compedes injiceret, derepente divinitus vincti sunt, aurora illucescente, magnus ille vir adest, manus eorum post tergа redactas invenit, subridet : vincula illa, quæ sub oculos non caderent, solvit : docens eos admonet, licuisse illis si quid petiissent, accipere : neque opus fuisse, cur noctu se ærumnose fatigarent : mores eorum ad meliorem vitam, ut justo quæstu vitam tolerarent, transformat : et postremo ærumnæ eorum misertus : Abite, inquit, et arietem hunc accipite, ne noctem hanc frustra pervigilasse videamini ; reprehensionemque mihi, propter toleratos domi meæ labores, veluti qui vacui abieritis, impingatis. Unum hoc est quod a Spyridone non sine admiratione facete est factum. Nec illud quidem non admiratione dignum. Erat beato illi filia Irene, germana tanti patris filia. Apud hanc ea notis quidam magni pretii gestamen atque ornamentum deposuit. Illa ut rem certam tutamque sequeretur, domi quidquid id erat defossum, servandum credidit : nec ita multo post, nullo ejus rei indicio post se relicto, e vita migravit. Venit brevi qui id deposuerat, et nunc incusando, nunc orando, molestus erat Spyridoni. Ut vero gestamine tali diu multamque domi quæsito, id non invenit, suam ipsius senex putavit esse calamitatem, hospitis, qui tantopere lugeret, capillum conscideret, ac sese prorsus conficeret, jacturam. Itaque, Agedum (inquit) ad filiæ sepulcrum eamus, eamque interrogemus. Ubi eo ventum, nominatim filiam vocans Spyridon interrogat, quonam loco gestamen deposuerit? Ibi illa subito apparens, beato illi rem omnem exacte exponit, et rursum sepulcrum subit. Spyridon porro ornamentum, quo illa loco indicaverat, inventum, homini reddit eumque dimittit. Alteri quoque indigenti homini, et inopia magna circumvento, serpentem ad sepem et maceriam sese volventem, in aurum convertit, eumque illi dedit, ut eo mutuam pecuniam sumens uteretur, pecuniamque suam solaretur. Cæterum, cum se ille inopia depulsa aliquantum locupletasset, Spyridon serpentem ita ut tum erat, ad locum suum circa sepem reposuit. Qui viri sancti precatione, pristina recepta natura, rursum reptans, ac sese circumvolvens latebras

νήσῳ πόλεων ἐτύγχανεν οὖσα · ἐπὶ τόπον δ' ἄτυφος ἦν, ὡς ἐν ταυτῷ καὶ πρόβατα βόσκειν, καὶ ἀνθρώπων εἶναι ποιμένα ἀγαθόν τε καὶ ἄριστον. Ἐγὼ δὲ πολλῶν ὄντων τῶν περὶ αὐτὸν, ἃ ἡ κατ' αὐτὸν διέξεισι βίβλος, ἵνα μὴ ῥᾳθυμίας ὑπόσχω γραφὴν, καὶ πάλιν ἵνα μὴ ἔξω τοῦ προκειμένου δόξω πλανᾶσθαι, δύο ἢ τριῶν τῶν ἐκείνου μνησθήσομαι. Κλέπτας ποτέ φασι νύκτωρ ἐσπηδήσαντας τῇ τῶν προβάτων τοῦ ὁσίου ἐπαύλει, ἐπιβουλεύειν τῇ ποίμνῃ, καὶ ὑφαιρεῖσθαι τῶν προβάτων λάθρα ἐπιόντων στοχάζ. Καὶ μή τινος πέδην ἐπιβάλλοντος, ἐξαπίνης θεῖόν δεσμῶται ἦσαν. Ἅμα δὲ ἕῳ τὸν μέγαν παραγενόμενον, καὶ τὰς χεῖρας ὀπισθεν διηγκωνισμένους εὑρόντα, μειδιῶντα τῶν ἀφρόνων ἐπιλύειν δεσμῶν · καὶ νουθετοῦντα παραινεῖν, Ἐνὸν εἶναι λαβεῖν αἰτήσαντας, οὕτω ταλαιπωρεῖν νυκτὸς εἴλεσθε. Καὶ μεθήρμοζε τὸ ἦθος πρὸς τὸν ἀμείνω βίον, δικαίων ἐκπόρων τὸ ζῆν περίζεσθαι. Ἄπιτε δ', ἔφη, τῆς ταλαιπωρίας οἰκτείρας, τόνδε τὸν κριὸν εἰληφότες, ἵνα μὴ ἐπικαν ἠγρυπνηκότες φανείητε, μέμφειν τί μοι τῶν ἐπὶ τῇ αὐλῇ πόνων προστρίψητε, ὡς ἀπηλλαγμένοι κενοί. Ἓν μὲν δὴ τοῦτο ἀστεῖον σὺν θαύματι τῶν Σπυρίδωνι πεπραγμένων · οὐχ ἧττον δὲ κἀκεῖνο θαύματος ἄξιον. Εἰρήνη θυγάτηρ τῷ μακαρίᾳ προσῆν, παῖς ὄντως τοῦ τοσούτου πατρός. Ταύτῃ τῶν τις γνωρίμων πολυτελὲς παρέθετο κόσμιον. Ἡ δὲ τἀσφαλὲς προμηθουμένη, οἴκοι κατορύξασα τὸ σκεῦος, φυλάττειν παρεδίδου τῇ γῇ. Καὶ ἡ μὲν μετὰ βραχὺ, μηδὲν εἰποῦσα, τὸν βίον ἀπέλιπεν. Ἦκε μετ' ὀλίγον ὁ παραθέμενος· καὶ πῇ μὲν ἐγκαλῶν, πῇ δὲ καὶ δεόμενος, δι' ὄχλου ἦν τῷ Σπυρίδωνι · ὁ δὲ πολλὰ ζητήσας ἀνὰ τὴν οἰκίαν, ἥκιστα εὑρίσκ, συμφορὰν ἐποιεῖτο ὁ γέρων οἰκείαν τὴν τοῦ ξένου ζημίαν, ὀδυρομένου τίλλοντός τε τὰς τρίχας καὶ ἐντοκρυς θανατῶντος. Ἀλλ' ἄγε δή, ἔφη, ἐρώμεθα τὴν κόρην παρὰ τὸν τάφον ἰόντες. Ἐκεῖ δ' ἐπέστησαν, ἠρώτα Σπυρίδων ὀνομαστὶ τὴν παῖδα καλῶν, ὅπου δὴ κατακρύψοι τὸ κόσμιον. Τὴν δὴ ἐξαπίνης φανεῖσαν, ἅπαν πρὸς λεπτὸν τῷ μακαρίᾳ εἰπεῖν, καὶ αὖθις καταδῦναι τὸν τάφον. Σπυρίδωνα δ' εὐχόμ ᾗ ἐσήμανεν, ἐπιδοῦναι τἀνθρώπῳ τὸ σκεῦος, κ ἀπαλλάττεσθαι. Καὶ ἄλλῳ δὲ πένητι ἐν ἀπορίᾳ κὶ εστῶτι πολλῇ, ὄφιν περὶ τὸ θριγγίον ἑλισσόμενο εἰς χρυσὸν μετατίθησι. Καὶ δίδωσι χρῆσθαι, κ ἐπ' ἐκείνῳ δανείζεσθαι, καὶ παραμυθῆσαι τὴν ἐνδειαν · ὃν ἐντεῦθεν ἀναῤῥωσθέντα καὶ τὴν ἔνδειαν ἀποτριψόμενον, πάλιν τὸν ὄφιν ὡς εἶχε σχήματος, παρὰ τὸν τόπον τοῦ θριγγίου ἐτίθει. Εὐχῇ δὲ τοῦ ὁσίου τὴν προτέραν φύσιν μεταλλαξάμενον, αὖθις ἑρποντά τε καὶ σπουδῇ περιελισσόμενον, τὸν οἰκεῖον χηραμὸν ὑποδῦναι. Καὶ τοῦτο δὲ τῶν ἐκείνου προσῆκον εἰρῆσθαι νομίζω. Ἔθος τῷ μακαρίῳ ἐκ τῶν γινομένων αὐτῷ σπερμάτων τε καὶ καρπῶν πιπράσκοντι, τὰ μὲν πτωχοῖς χορηγεῖν, ἄλλα δὲ πρόκα δανείζειν. Διδοὺς μέντοι ἢ καὶ λαμβάνων, οὐ διὰ χειρῶν ηὐτούργει τὴν πρᾶξιν· τὸ δ' ἐνὸν αὐτῷ τα-

et simplicitatem, Suid. scribit. Quod in veterum episcoporum paupertate non adeo mirum fuit. Eidem Deus ante tempus, promissam mortuorum resurrectionem, per filiam ejus redivivam, exhibuit. (Socrat. lib. I, cap. 12.)

μεῖον ὑποδεικνὺς, λαμβάνειν· καὶ αὖθις τὸ δάνειον κατατίθεσθαι τῷ προστόντι ἐνεκελεύετο. Καὶ δή τις δανεισάμενος, ἦκεν ἀποτίσων τὴν ὀφειλήν. Ὡς δ' ἔθο ἦν ἐπιτραπεὶς τῷ ταμείῳ ἀποδοῦναι αὖθις τὸ χρέος, παρατιθέμενος, ὑφῃρεῖτο μᾶλλον· οὐ μόνον γὰρ τὸ χρέος ἀπέδωκεν, ἀλλὰ καὶ προσαφείλετο· καὶ ἀπῆει δῆθεν λαθών, ὡς τὸ ὄφλημα καταθέμενος. Ἀλλ' οὐκ ἦν λαθεῖν· χρόνῳ γὰρ ὕστερον προσιὼν αὖθις, δανείζεσθαι ἤθελεν. Ὁ δὲ τὸ εἰωθὸς ἔπραττε· καὶ πέμπων παρὰ τὴν θίβην τὸν ἄνδρα, παραμετρεῖν ὅσον ἦν βουλομένῳ ἐπέτρεπεν. Ὡς δ' ἥκιστα εὗρισκεν, ἀνήγγειλε τῷ πατρί. Καὶ ὅς, Θαυμαστὸν, ἔλεγεν, εἰ σοὶ μόνῳ κενὸν τὸ ταμεῖον ὁρᾶται. Σκοπεῖν οὖν προσήκει, μή σοι πρὶν καταθέμενος, νῦν λαμβάνειν πειρᾷ. Ἴσθι γὰρ ὡς εἰ μή τι ῥᾳδιουργίας ἐστὶν, οὐκ ἀστοχήσεις τοῦ προκειμένου. Ἴθι τοίνυν πάλιν τεθαρρηκὼς ὡς εὑρήσεις. Καὶ φωραθεὶς, συγγνώμην προσιὼν ἥτει τοῦ ἁμαρτήματος. Παραπλήσιον δέ τι καὶ ἄλλῳ πράσσατα πριαμένῳ τοῦ μακαρίου συνέβη. Ἑκατὸν μὲν γὰρ ἦσαν ἃ ἐωνεῖτο· ὁ δὲ καὶ μίαν τῶν αἰγῶν παρεμέτρει· ἦν βίᾳ λίκνα, ἥκιστα ἐπομένην εἶχεν. Ἀντιβαίνουσα δ' οἷον, βληχῇ τὴν ἀδικίαν ἐστηλίτευε τοῦ ἀνδρός. Ἐπεὶ δὲ πάντα πράττων καὶ ἐπωμάδιον ἔφερεν, ἐκείνη λὰξ καὶ τοῖς κέρασι τὸν τένοντα ὀφθρότερον παίουσα, διωλίσθαινε, καὶ ἐπὶ τὴν μάνδραν ἀνέτρεχεν· ὁ τὸν Σπυρίδωνα διαγόντα, ἐπ' ἀκριβὲς μετρεῖν ἔπειθε. Τὸν δ' εὐθὺς ὁμολογοῦντα, συγγνώμην παρεῖχε· καὶ κελεύσαντος, πρόθυμος ἡ αἶξ καὶ αὐτόματος εἵπετο· ἔστι δ' ὅπου καὶ τῇ σπουδῇ προηγεῖτο. Καλὰ μὲν δὴ καὶ ταῦτα· τὸ δὲ περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν αὐτοῦ τάξιν ἐμβριθὲς, καὶ ἀκέραιον περὶ τὴν θείαν παράδοσιν, πῶς σιωπήσομαι; Συνόδου γάρ ποτε γενομένης, ἵνα εἶναι καὶ Τριφύλλιον ἐκεῖνον τὸν Λεδρῶν ἐπίσκοπον, λόγου τε ἀρκούντως πεπειραμένον, καὶ διὰ νόμων ἄσκησιν, πλεῖστον ἐν τῇ Βηρυτῶν διατρίψαντα πόλει. Τοῦτον δ' ἐπιτροπῇ τῶν ἐπισκόπων τὸ πλῆθος διδάσκοντα, Σπυρίδωνος παρόντος, δεῆσαν εἰπεῖν, ῥῆσιν ἣν ὁ Χριστὸς τῷ παραλυτικῷ ἀπεφθέγξατο, τὸ, *Ἆρόν σου τὸ κράββατον, καὶ περιπάτει, σκίμποδι ἀντὶ κραββάτου* ἐχρήσατο. Ἐφ' ᾧ χλεπῶς ἐναγκόντα Σπυρίδωνα, Οὐ σύ γε, ἔφη, ἀμείνων εἶ τοῦ *κράββατον* εἰρηκότος, ὅτι γε δι' αἰδοῦς ποιῇ ταῖς ἐκείνου λέξεσι διαπρέπειν; Ταῦτα δὲ λέγων, τοῦ ἱερατικοῦ θρόνου ἀνίστατο πάντων ὁρώντων, τὸν τῦφον καὶ τὴν ὀργὴν τῶν ὀργυομένων ἐν λόγοις περιρώμενος καταστέλλειν. Ἱκανῶς γὰρ εἶχε τοιαῦτα ποιεῖν, κἂν ἁπλοῦς ἦν ἐσάγαν. Αἰδέσιμος γὰρ ἦν, καὶ ἐπὶ μέγα δόξης τοῖς παραδόξοις τῶν ἔργων ἐτύγχανε, προήκων τε τὴν ἡλικίαν, καὶ τῷ τῆς ἱερωσύνης ἀκριβεῖ καὶ κοσμίᾳ ἐνσεμνυνόμενος. Ἐγὼ δὲ, οἷος ἦν καὶ περὶ φίλους δεξιὸς, διηγήσομαι. Ἡ μεγάλη μὲν οὖν τῆς Τεσσαρακοστῆς νηστεία ἦν· ἦκε δέ τις ἐκ μακρᾶς ἐδοιπορίας τῶν φίλων, καὶ ταῦτ' ἐν αἷς ἐκεῖνος εἴωθε νηστεύειν τῶν ἡμερῶν. Ἄσιτος γὰρ εἰς ῥητάς τινας διαμένων

A suas intravit. Verum enimvero illud quoque factum ejus ut memorem, convenire mihi visum est. **630** Mos beato illi erat, semina et fructus qui ei provenissent, vendenti, partim pauperibus largiri partim sine fœnore utendos dare. Sive igitur daret, seu acciperet quidquam, non id per manus ejus gerebatur : sed quæ ei erat repositoria cella, ad se venientibus commonstrata, vel accipere eos, vel usui acceptum reponere jubebat. Quidam sane qui mutuum ab eo acceperat, ut debitum redderet, ad eum venit : cum autem is more solito, cellæ rursus inferre quod acceperat, jussus esset, reponens id, sustulit potius. Non enim tantum debitum reddidit, sed et postea secum abstulit, et discessit occulte, quasi mutuum dissolvisset. Sed B enim celare factum non potuit. Aliquanto namque tempore post rursus illum, mutuum accipere volens, convenit. Et ille ex consuetudine sua hominem ad loculos granarios mittens, metiri quantum vellet, jussit. Ut autem is nihil ibi frumenti invenit, id patri significavit. Ibi ille : Mirum profecto, inquit, si uni tibi cella vacua videtur. Quapropter considerare convenit, an cum prius nihil reposueris, recipere nunc quidquam conere. Sciens enim esto, nisi fallaciæ quidquam subsit, voti te compotem fore. Vade ergo denuo cum certa, te inventurum esse, fiducia. Atque ita ille demum deprehensus, veniam fraudis petivit. Tale quiddam alii quoque, qui oves a viro sancto mercabatur, evenit. Centum erant, quas emerat. At ille ca- C pram unam insuper annumeraverat : quæ cum ab illo vi traheretur, ipsa minime sequebatur : quodammodo enim resistens, balatu hominis iniquitatem traducebat. Et ille cum nihil non ageret, in humeros tandem eam sustulit : capella autem et calcibus et cornibus cervicem ejus aerius peteus, delapsa est, et in stabulum suum recurrit. Quod ubi Spyridon cognovit, illi ut rite metiretur et numeraret, suasit. Atque ubi ille factum statim confessus est, hic noxam remisit, capramque sequi illum jussit : quod alacriter sane illa faciens, sua sponte emptorem est secuta, interdum etiam eumdem properans præcessit. Pulchra quidem sunt hæc. Constantiam vero ejus viri, ecclesiastico D ritu servando, simplicitatemque divinis traditionibus colendis, quomodo silentio prætercam? Conventus aliquando agebatur, in quo Triphyllius ille quoque erat, Ledrensis episcopus, litterarum artibus probe eruditus, et legibus discendis diu Beryti versatus (1). **631** Hic episcoporum jussu populum docens, Spyridone præsente, cum dictum quoddam referre deberet, quo Christus ad paralyticum est usus, illud scilicet, *Tolle grabatum tuum, et ambula* [1] : pro grabato, *lectum* dixit. Quod molestе ferens Spyridon, Non tu quidem, inquit, præstantior es eo qui *grabatum* dixit : qui

[1] Marc. II, 9.

(1) Beryti olim præclara docendarum legum schola fuit.

igitur, malum, pudor iste est, verbi illius cum decoro non velle uti? Atque his dictis, in conspectu omnium episcopali sede exsurgens, fastum et supercilium eorum qui oratione affectata sese efferrent, contrahere est conatus. Recte enim id facere potuit, quamvis apertus omnino et simplex esset. Magna quippe dignitate gloriaque venerandus, propter mirifica quæ edebat opera, atque ætate provectiore, sincere et graviter episcopali munere gerendo clarus erat. Sed et quam fuerit in amicis accipiendis dexter et humanus, ostendam. Magnum Quadragesimæ jejunium agebatur, et ex amicis quidam ad eum ex itinere longinquo venit, et quidem eo quo ipse jejunaret tempore. Certis enim quibusdam diebus a cibo omni abstinens, postea vescebatur. Illum igitur sacratis eis diebus venientem, cum de itinere fessum videret, filiæ suæ ut pedes illius lavaret, mensamque proponeret, præcepit. Atque illa ubi neque panem neque farinam domi esse, propter præsentem abstinentiam et jejunium, dixit : precatione ipse facta, salitas carnes porcinas ad focum pendentes recipere eas, et quamprimum ad ignem torrere jussit. Et ut assa satis fuerunt, hospiti et ipse assidens, ciboque manus admovens, comedit, et amicum ut itidem faceret est hortatus. Atque ille cum detrectaret, Christianum se esse dicens, neque tali tempore ejuscemodi esca indigere confirmans, Spyridon illum, ne quidquid id esset cibi, pro ea rerum inopia aspernaretur, admonuit : divinum enim oraculum exstare, quod mundis omnia munda esse declaret. Multa porro alia hisce similia ab illo acta, institutum nostrum commemorare non permittit, quæ Rufinus primum Romano exposuit sermone, aliaque præterea plurima ad rem ecclesiasticam pertinentia. Et de Spyridone hactenus. Floruit etiam tum Nicolaus, apud Myra Lyciæ episcopus, Spyridoni vita, morum simplicitate, naturæque convenientia par : nec non miraculis, et accurata certaque doctrinæ observantia perquam celebris. **632** Huic ea fuisse dicitur gratia, ut qui eum complecteretur, familiariusque secum ex animo collequeretur, divini quiddam deni hauriret, momentumque inde aliquod reciperet, vitæ ad optima quæque opera conformandæ. Ejus actiones veluti omnibus notas prætermitto. Par istis etiam fuit Parthenius, urbis unius in Hellesponto episcopus, vitæ splendore, humanitate et prodigiis ingentibus clarus, adeo ut accepta a Deo potestate, mortuos excitarit, dæmonibus imperarit, et variorum morborum curator gratuitus ac promptus fuerit. Ac de his hactenus. Ad hunc scilicet modum, doctrina fidei in nationibus, solitudinibus, et urbibus omnibus, magno consensu frequentata est : atque in ecclesia Dei indies incrementis suis eluxit, in cœlum usque sublata. Cæterum hisce dimissis, orationem ad ea quæ in Ecclesia gesta sunt, rursum convertam.

A

B

C

ἡμέρας, ἔπειτα ἤσθιεν. Ἔχοντα γοῦν ταῖς ἀφωσιωμέναις ἡμέραις ἐκεῖνον, ἐπεὶ κεκμηκότα εἶδε, νίπτειν μὲν τοὺς πόδας τῇ ἰδίᾳ ἐκέλευε θυγατρὶ, καὶ τράπεζαν παρατίθεσθαι. Ἐκείνης δ' εἰπούσης μήτ' ἄρτον μήτ' ἄλφιτα ἐνεῖναι διὰ τὴν ἐπικειμένην νηστείαν, εὐξάμενος, τῶν ἀπηωρημένων ταρίχων χρεῶν τῇ ἑστίᾳ θείων κατάγειν ἐκέλευε τῇ παιδὶ, καὶ ταῦθ' ὡς τάχος ὀπτᾶν. Ἐπεὶ δ' ἱκανῶς εἶχον πυρὸς, παρὰ τὸν ξένον καὶ αὐτὸς καθίσας, ἁπτόμενος τῶν ἑδωδίμων ἤσθιε· καὶ τὸν φίλον τὰ ὅμοια δρᾶν παρεκάλει. Τὸν δὲ παραιτούμενον, καὶ Χριστιανὸν ἑαυτὸν εἶναι λέγοντα, καὶ μὴ δεῖν ἐκείνῳ τροφῆς τοιαύτης τοιούτῳ καιρῷ διισχυριζόμενον, μὴ τὴν τροφὴν μᾶλλον ἀπαξιοῦν οὕτως ἔχοντα παρηγγύα. Τὸν γὰρ θεῖον χρησμὸν, πάντα εἶναι καθαρὰ τοῖς καθαροῖς ἀποφήναεθαι. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα συγγενῆ τοῖς εἰρημένοις διαπραξάμενον, τὸ προκείμενον οὐκ ἐᾷ διεξέρχεσθαι· ἃ Ῥουφῖνος Ῥωμαϊκῇ λέξει πρῶτα ἐξέδωκε, καὶ ἄλλα πλεῖστα τῇ Ἐκκλησίᾳ προσήκοντα. Καὶ περὶ μὲν Σπυρίδωνος ταῦτα. Ἤκμαζε δὲ τηνικαῦτα καὶ Νικόλαος Μύρων τῆς Λυκίας ἐπίσκοπος ὤν, ἐπίσης Σπυρίδωνι τὸν βίον ἔν τε ἁπλότητι καὶ συμπαθείᾳ καὶ θαύμασι περιβόητος, καὶ ἐπὶ τῇ ἀκριβείᾳ τοῦ δόγματος. Τούτῳ δ' ἐνεῖναι χάριν λόγος, τὸν προστυχόντα καὶ διομιλησάμενον ἐκ ψυχῆς, χάριτός τινος θείας μετέχειν, καὶ ῥοπὴν ἐκείνῳ ἐντεῦθεν ἐνσπείρεσθαι πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων μεταρρυθμίζεσθαι. Οὗ τὰς πράξεις ὡς πᾶσι καταδήλους παρίημι. Ἐπίσης τούτοις καὶ Παρθένιος ἦν, μιᾶς τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων ἐπίσκοπος ὤν, βίου λαμπρότητι, φιλανθρωπίᾳ τε καὶ τέρασιν ἐξαισίοις διαπρεπὴς, ὡς καὶ νεκροὺς ἐγείρειν, δύναμιν πρὸς Θεοῦ εἰληφέναι, δαιμόνων τε κρατεῖν, παντοδαπῶν τε παθημάτων ἰατρὸν ἄμισθόν τε καὶ ἕτοιμον καθεστάναι. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως. Καὶ οὕτω τὸ τῆς πίστεως δόγμα διὰ πάντων συνεκροτεῖτο ἔθνεσί τε καὶ ἐρημίαις καὶ πόλεσι· καὶ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ διέλαμπε ταῖς καθεκάστην ἐπιδόσεσιν εἰς μέγα καὶ αἰθέριον προαγόμενον· ἐγὼ δὲ τῶν τοιούτων ἀφέμενος, ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν συμβάντων καὶ αὖθις τοῦ λόγου ῥοῦν τρέψομαι.

CAPUT XLIII.

Quemadmodum Eusebius et Theognis Ariani, libello pœnitentiæ exhibito, suas receperint ecclesias : eosque qui in eorum locum subrogati erant, ejecerint.

Laudatissimus quidem ipse imperator omnem movebat funem, ut religio nostra magis ac magis augeretur, et incrementa sua caperet : quippe qui

D

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'.

Ὡς οἱ Ἀρειανοὶ Εὐσέβιος καὶ Θεογνις, βιβλίον μετανοίας δόντες, τὰς ἰδίας ἐκκλησίας ἀπέλαβον, τοὺς ἐν αὐταῖς χειροτονηθέντας ἐκβεβληκότες.

Ὁ μὲν οὖν πανεύφημος βασιλεὺς πάντα χάλων ἐκίνει, ὡς ἂν γε τὰ τῆς ἡμετέρας θρησκείας αὔξην λαμβάνοι, καὶ εἰς ἐπίδοσιν ἄγοιτο, ἅτε δὴ ἀποσε-

πιον τοῦ κρατοῦντος τὸν τῆς συνόδου ὅρον ὑπέγραφε σοφιζόμενος. Ἐν θαύματι δὲ τὸ πραχθὲν ποιούμενος βασιλεὺς, καὶ ὅρκῳ βεβαιοῦν ἔλεγε τὰ γραφέντα. Καὶ τοῦτ' εὐθὺς ἐποίει σοφιστικῶς, ὡς ἱστορούντων ἀκούειν ἔστι. Τὴν γὰρ φαύλην ἣν εἶχε περὶ τοῦ θείου δόξαν Ἄρειος χάρτῃ καταγράψας ὑπ' ἀγκάλης φέρων, ὤμνυέ τε ἀληθῶς οὕτω φρονεῖν, καθὰ γράφας εἶχεν. Οἷς δὴ πεισθεὶς βασιλεὺς, Ἀλεξάνδρῳ ἐκέλευεν ἐντονώτερον εἰσδέχεσθαι Ἄρειον. Σάββατον δ' ἦν· καὶ τῇ ἑξῆς κοινωνεῖν προσδόκιμος ἦν. Ἀλλ' ἡ δίκη μέλλουσα ἦν οὐδαμοῦ· εἵπετο δὲ κατὰ πόδας τοῖς σοφιστικοῖς ἀτοπήμασιν. Ὑπὸ γάρ τισι δορυφόροις τοῖς περὶ Εὐσέβιον τῶν βασιλείων ἀπάρας ὁ Ἄρειος, σοβῶν ἦν διὰ τῆς ἀγορᾶς, καὶ ἐμπομπεύων διὰ μέσης τῆς πόλεως. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν Κωνσταντίνειον ἐγένετο ἀγοράν, ἔνθα ὁ πορφυροῦς Κωνσταντίνου κίων μέγας μεγαλωστὶ ἀνατρέχων ἐγήγερται (δείλη δ' ἦν ὀψία), φόβος εὐθὺς τῇ πληγῇ τοῦ συνειδότος εἰστρέχει τὸν Ἄρειον· καὶ ἐπὶ τούτῳ χαύνωσις τῆς γαστρὸς ἠκολούθει, καὶ ὄλος τοῦ κατεπείγοντος ἦν, καὶ δῆτα πρὸς δημόσιον ἀφεδρῶνα, ἐγγύς που ὄντα, εἰσῆει. Ἀειποθυμήσαντος τοιγαροῦν, αὐτόματα ἐξέρρει τὰ διαχωρήματα, τοῦ τῆς φύσης σφιγκτῆρος διαλυθέντος· καὶ τῆς ἕδρας παρεκπεσούσης, αἷμα ἐχεῖτο πολύ· ἥ τε πλάσις ἔνδον ἅπασα διεχέετο, ἔντερα καὶ ἧπαρ καὶ σπλήν. Καὶ ὁ μὲν οὕτως διώλετο· ὡς δ' ἐπὶ πολλῷ οὐκ ἐξῆει, εἰσιόντες τινὲς, νεκρὸν ἐφεῦρον τῆς αἰσχρᾶς καθέδρας ἐγκεκλιμένον. Ὁ δ' ἀφεδρὼν ἔχρι δὴ καὶ ἐς δεῦρο δείκνυται ὄπισθεν τῆς ἀγορᾶς ἐν τῇ τοῦ μακέλλου στοᾷ. Ἀείμνηστος δ' ὁ χῶρος, ἅτε πάντων τῶν παριόντων δάκτυλον κατ' αὐτοῦ ἐκτεινόντων. Πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον λόγος μηδένα χρήσασθαι τῇ καθέδρᾳ ταύτῃ. Ἐφυλάττοντο γὰρ ἅπαντες τὸν τόπον· καὶ ἀποτρόπαιον εἶχον, ὡς τῆς ἀσεβείας τὰς ποινὰς ἐκεῖσε Ἀρείου ἐκτετικότος. Εἰσέπειτα δέ τις τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων πλούτῳ βρίθων πολλῷ τὸν τόπον ἐπρίατο· καὶ τὸ πρότερον ἀποκείψας σχῆμα, οἰκίαν περιφανῆ κατεσκεύαζε, ὥστε λήθη τὰ τοῦ τόπου δοθῆναι, καὶ μὴ κωμῳδεῖν ὁ ἐκείνου θάνατος τῇ τῆς τοιαύτης ὑπομνήσεως ἐπιδοχῇ. Ὡς δὲ κατάδηλος ὁ ἐκείνου θάνατος ἐγεγόνει, οὐ μία τις ἦν ἡ δόξα τῆς τελευτῆς· τοῖς μὲν γὰρ ἐδόκει, ὡς ἀθρόᾳ νόσῳ σχεθείς, καὶ πάρεσιν περὶ τὴν καρδίαν ὑποστάς, ἅτε δὴ τοῖς κατὰ γνώμην ἐμμοιρήσας ὑφ' ἡδονῆς τὴν καρδίαν περιχυθείσης, αἴφνης ἀποθανεῖν· τοῖς δ' ὡς τῆς δυσσεβείας ἀξίας ἔτισε τὰς ποινάς· τοῖς δ' ἀμφ' αὐτὸν, ὡς γοητείαις ἢ φαρμάκοις πρός τινων ἐπιβούλων ἐάλω διαφθαρείς. Οὐ μετρία δὲ ἀγωνία τὸν Νικομηδέα κατέσχεν Εὐσέβιον. Διέθει γὰρ ἡ πρᾶξις οὐ τὴν πόλιν μόνην, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν σχεδὸν διελάμβανε, ταχεῖ τῆς φήμης τῷ πτερῷ χρησαμένης. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἥσθη μᾶλλον τῷ γεγονότι, καὶ ὡς ἐκ θεοῦ ὑπαγορευθεῖσαν τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν μᾶλλον ἐκράτυνε, καὶ τῷ Χριστιανισμῷ ὑπερφυῶς προσετίθετο. Οἶμαι δ' οὐκ ἄκαιρον γένοιτο καὶ ἅπερ τῷ μεγάλῳ

Ἀθανασίῳ εἴρηται περὶ τῶν συμβάντων Ἀρείῳ διαλαβεῖν. Γράφει δὲ οὕτω· « Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς Ἄρειος, ὁ τῆς μὲν αἱρέσεως ἔξαρχος, Εὐσεβίου δὲ κοινωνὸς, κληθεὶς ἐκ σπουδῆς τῶν τότε τῶν περὶ Εὐσέβιον παρὰ τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίνου Αὐγούστου ἀπαιτούμενος ἐγγράφως εἰπεῖν τὴν ἑαυτοῦ πίστιν, ἔγραψεν ὁ δόλιος κρύπτων τὰς ἀναιδεῖς τῆς ἑαυτοῦ δυσσεβείας λέξεις, ὑποκρινόμενος καὶ αὐτὸς, ὡς ὁ διάβολος, τὰ τῶν Γραφῶν ῥήματα ἁπλᾶ καὶ ὡς ἔστι γεγραμμένα. Εἶτα λέγοντος τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου, Εἰ μηδὲν ἕτερον ἔχεις παρὰ ταῦτα ἐν τῇ διανοίᾳ, μάρτυρα τὴν ἀλήθειαν ὁδός· ἀμύνεται γὰρ ἐπιορκήσαντας αὐτὸς ὁ Κύριος· ὤμοσεν ὁ ἅλιος, μήτ' ἔχειν, μήτ' ἄλλα παρὰ τὰ νῦν γραφέντα φρονεῖν, κἂν εἰρῆσθαι πώποτε εἴη παρ' αὐτοῦ· ἀλλ' εὐθὺς ἐξελθὼν, ὥσπερ δίκην δοὺς κατέπεσε· καὶ πρηνὴς γενόμενος, ἐλάκησε μέσος. Πᾶσι μὲν οὖν ἀνθρώποις κοινὸν τοῦ βίου τέλος θάνατός ἐστι, καὶ οὐ δεῖ τινος ἐπεμβαίνειν, κἂν ἐχθρὸς ᾖ ὁ τελευτήσας, ἀδήλου ὄντος, μὴ ἕως ἐσπέρας καὶ αὐτὸν τοῦτον καταλάβῃ· τὸ δὲ τέλος Ἀρείου, ἐπειδὴ οὐχ ἁπλῶς γέγονε, διὰ τοῦτο καὶ διηγήσεώς ἐστιν ἄξιον. Τῶν γὰρ περὶ Εὐσέβιον ἀπειλούντων εἰσαγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἀλέξανδρος, ἀντέλεγεν· ὁ δὲ Ἄρειος ἐθάρρει τῇ βίᾳ, καὶ ταῖς ἀπειλαῖς Εὐσεβίου· Σάββατον γὰρ ἦν· καὶ προσεδόκα τῇ ἑξῆς συνάγεσθαι. Πολὺς δὲ ἀγὼν ἦν, ἐκείνων μὲν ἀπειλούντων, Ἀλεξάνδρου δὲ εὐχομένου. Ἀλλ' ὁ Κύριος κριτὴς γενόμενος, ἐβράβευσε κατὰ τῶν ἀδικούντων. Οὔπω γὰρ ὁ ἥλιος ἔδυ, καὶ χρείας αὐτὸν ἐλκυσάσης εἰς τόπον, ἐκεῖ κατέπεσε, καὶ ἀμφοτέρων τῆς τε κοινωνίας καὶ τοῦ ζῆν εὐθὺς ἀπεστερήθη. Καὶ ὁ μὲν μακαρίτης Κωνσταντῖνος ἀκούσας, ἐθαύμασεν, εἰδὼς ἐλεγχθέντα τοῦτον ἐπίορκον· πᾶσι δὲ τότε γέγονε φανερὸν ὅτι τῶν μὲν περὶ Εὐσέβιον ἠσθένησαν αἱ ἀπειλαὶ, καὶ ἡ ἐλπὶς δὲ Ἀρείου ματαία γέγονεν· ἐδείχθη δὲ πάλιν ὅτι παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἀκοινώνητος γέγονεν ἡ Ἀρειανὴ μανία καὶ ὧδε καὶ ἐν τῇ τῶν πρωτοτόκων Ἐκκλησίᾳ. Τίς οὖν οὐ θαυμάσειεν, ὁρῶν τούτους δικαιῶσαι φιλονεικοῦντας, ὃν ὁ Κύριος κατέκρινε, καὶ βλέπων αὐτοὺς ἐκδικοῦντας τὴν αἵρεσιν, οὓς ἀκοινωνήτους ἔλεγξεν ὁ Κύριος, μὴ ἄφεις τὸν αὐτῆς ἔξαρχον εἰς τὴν Ἐκκλησίαν εἰσελθεῖν; » Τοσαῦτα περὶ Ἀρείου καὶ Ἀθανάσιος.

videbatur repentina ægritudine correptus, et per animi liberiorem relaxationem, ut cui res ex sententia cecidisset, ex immensa, quæ cor ejus affatim offuderit, lætitia, subito exstinctus esse. Alii, impietatis dignum luisse supplicium putabant. Familiares ejus, ab obtrectatoribus ex insidiis per incantationem et veneficium necatum dicebant. Non mediocris vero animi sollicitudo Nicomediensem cepit Eusebium. Factum namque istud non urbem modo, sed universum prope orbem percurrit, fama de eo velociore passim increbrescente. Imperator sane re ea majorem in modum est delectatus, et propterea professionem fidei Nicænam perinde atque a Deo ipso dictatam, magis etiam defendit, Christianæ religioni mirificum in modum addictus. Locus ipse postulare videtur, ut quæ magnus Athanasius de Arii rebus scripta reliquit, referamus. Quæ sic se habent : « Nam et ipse Arius hæresis quidem princeps et antesignanus, **659** Eusebii vero particeps et socius, studio et opera Eusebii et amicorum ejus, vocatus a beato Constantino Augusto, et ab eodem ut in scripto persuasionem fidei suæ exponeret, flagitatus, in libellum eam dolo malo, impudentibus de impietate sua dictis suppressis, retulit, verbaque Scripturarum simplicia, sicuti in eis expressa reperiuntur, itidem ut diabolus assimulavit. Deinde cum beatus Constantinus dixisset : Si quidem nihil præterea tectum in mente habes, veritatem testimonio jurisjurandi confirma ; ulciscetur enim te, si falso juraveris, Dominus ipse. Juravit miser, neque habere se, neque aliud quam tum scripserit, quamvis dictum aliquando ab eo sit, sentire : sed illico egressus, tanquam pœnas pendens concidit, et præceps factus crepuit medius [1]. Atque omnibus quidem hominibus communis vitæ finis constitutus est mors ipsa : neque cuipiam, etiam si is inimicus fuerit, qui vita defunctus sit, insultare convenit; quod incertum sit, an non idem sibi ante vesperam accidat. Sed Arii obitus quandoquidem non simplex fuit, dignus propterea est qui commemoretur. Cum enim Eusebius se eum in Ecclesiam introducturum minaretur, episcopus quidem Constantinopolitanus Alexander id futurum negavit : Arius autem vi et minis Eusebii confisus est. Sabbatum quippe erat, et postridie sperabat se ecclesiæ conventui aggregatum iri. Certamen erat acre : his quidem minitantibus, Alexandro autem orante. Sed enim Dominus, judicio suo interposito, adversus homines iniquos judicavit. Nondum enim sol occiderat, et necessitate eum in locum suum pertrahente, ibi pessum iit, utroque simul, et communione et vita confestim orbatus. Beatus certe quidem Constantinus, re audita, admiratus eam est, perjurium ejus vindicatum esse perspectum habens. Omnibus autem tum manifestum fuit, cum Eusebii minacem denuntiationem, tum Arii spem et exspectationem frustra fuisse. Declaratum quoque rursum, Arianum furorem ab ipso Servatore exclusum esse a communione, et hic, et in primogenitorum ecclesia. Quis igitur non miretur, homines istos magno contentionis studio videns justitiæ laudem ei tribuere, quem condemnavit Dominus ? eosdemque cernens hæresim defendere eorum quos excommunicatos esse convicit Dominus, ducem ejus ecclesiam ingredi non passus? » Hæc de Ario Athanasius.

[1] Act. 1, 18.

660 CAPUT LII.

De iis quæ postea Alexandriæ acciderunt, et de constitutione quam imperator contra omnes tulit hæreses.

Eo tam fœda morte sublato, finem tamen nugamenta ejus non habuere. Neque qui factionis ejus erant vel ad breve tempus desierunt insidias ei struere, qui in diversa erant sententia. Populus sane Alexandrinus frequenter ad imperatorem, qui ei de restitutione Athanasii miserabiliter supplicarunt, misit. Et ad eumdem scripsit multa virtute pollens Antonius, ne omnino Melitianis fidem haberet, sed potius ut sycophantiam omnino esse, intentatam Athanasio accusationem, crederet, orans. Imperator autem nequaquam persuaderi potuit : sed populo Alexandrino rescribens, dementiam atque inordinatam confusionem objecit. Sacerdotibus autem, et virginitatem colentibus scilicet, ut quieti essent, mandavit. Neque enim unquam se mutaturum de Athanasio sententiam, neque eum revocaturum esse asseruit : tanquam virum seditiosum, et malorum patratorem, præsertim cum ecclesiastico judicio condemnatus esset. Clam quoque Antonio significavit, se synodi decreta non facile irrita facere posse. Nam etiamsi pauci, inquit, fuerint, qui hostili animo sententia sua illum jugularint, tamen reliquam conventus ejus multitudinem bonorum et probatorum virorum, non ita simpliciter et temere prorsus illorum calculos fuisse secuturam. Addidit insuper, effreni esse lingua, et contumeliosum virum Athanasium, atque ad seditiones et discordias concitandas idoneum. Ita namque qui hostili in eum erant animo, apud imperatorem de talibus criminibus eum detulerant : cum imperatorem scirent vitia ejusmodi supra modum graviter ferre. Porro cum multitudinem in duas esse sciret factiones divisam, et aliam Athanasio, aliam autem Joanni favere, valde ea re commotus Joannem quoque ipsum exsilio multavit. Hic autem Melitii successor, in synodo Tyria communione uti, honoremque suum in clero suo, sicuti et sectatores ejus, habere jussus fuerat. At quamvis hoc præter opinionem Athanasii inimicorum accidit : accidit tamen. Neque Joanni profuere quidquam, quæ Tyri a synodo acta decretaque fuerant. **661** Imperator namque nulla supplicatione aut deprecatione flecti potuit (1), si quando suspicionem in quemquam, ad seditionem eum et discessionem Christianum clerum concitare, concepisset. Scire autem oportet Arii dogma, quamvis a multis magno studio in sermonibus et disputationibus frequentaretur, sine nomine tamen etiam tum fuisse, neque in corpus proprium coaluisse. Nam præter Novatianos, Phryges, Valentinianos, Marcionistas, et Paulianos, om-

(1) Ὁ γὰρ βασιλεὺς κρείττων ἱκεσίας ἦν καὶ παντοδαπῆς παραιτήσεως, ὁπηνίκα ἐν ὑπονοίαις ἔσχε τινὰ εἰς στάσιν καὶ μερισμὸν τὸν χριστώνυμον κλῆρον διεγείρειν. *Imperator preces et deprecationes omnes eorum repudiabat, qui suspecti ei erant, quod ad dissidium et factiones Christi nomen usurpantem clerum concitarent.* Eusebius *De vita Constantini*

ΚΕΦΑΛ. ΝΒ'.

Περὶ τῶν μετὰ ταῦτα γεγενημένων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· καὶ περὶ τοῦ νόμου ὃν βασιλεὺς κατὰ πασῶν ἔθετο τῶν αἱρέσεων.

Καὶ τούτου δ' οὕτως αἰσχρῶς τὸ ζῆν ἀποῤῥήξαντος, οὐχὶ τέλος ἔσχον καὶ αἱ ἐκείνου ἐρασχελίαι, οὐδὲ οἱ ἐξ ἐκείνου πρὸς βραχὺ γοῦν ἠρέμουν συῤῥάπτειν ἐπιβουλὰς τοῖς τἀναντία δοξάζουσιν. Ὁ μὲν οὖν τῶν Ἀλεξανδρέων δῆμος συχνῶς εἰς βασιλέα πέμποντες περὶ τῆς Ἀθανασίου καθόδου, οἰκτρῶς ἐλιπάρουν· ἔγραφε δὲ καὶ ὁ πολὺς τὴν ἀρετὴν Ἀντώνιος, ἀντιβολῶν, μὴ πάμπαν πιστεύειν τοῖς Μελιτιανοῖς· συκοφαντίας δ' ἀληθῶς εἶναι πιστεύειν τὰς κατ' Ἀθανασίου κατηγορίας. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐδαμῶς ἐπείθετο, ἀλλὰ τῷ μὲν Ἀλεξανδρέων δήμῳ γρίφων ἄνοιαν καὶ ἀταξίαν ἐνεκάλει· ἱερεῦσι δὲ καὶ παρθενίαν ἀσκοῦσιν ἡσυχίαν ἄγειν ἐπέταττε. Μηδὲ γὰρ ἂν ποτε μετατεθῆναι τὴν ἐπ' αὐτῷ γνώμην ἐνίστατο, ὡς οὐδὲ μετακαλέσοι αὐτὸν, οἷα δὴ στασιώδη καὶ βίκτην κακῶν· ἄλλως τε καὶ ὡς ἐκκλησιαστικῇ δίκῃ καταψηφισθέντα. Ἠρέμα δὲ καὶ Ἀντωνίῳ ἐσήμαινε, μὴ οἷός τε εἶναι τὰ συνόδῳ κεκριμένα εὐχερῶς διαλύειν. Εἰ γάρ που καὶ ὀλίγοι, φησὶν, ἦσαν οἱ πρὸς ἀπέχθειαν κατεψηφισμένοι, οὐ πάντως εἶναι καὶ τὴν ἄλλην τῆς συνόδου πληθὺν, ἀγαθὴν οὖσαν καὶ ἐλλόγιμον οὕτω, ἁπλῶς οὕτω συνέψεσθαι ταῖς ἐκείνων γνώμαις. Προστίθει δὲ, ὡς ἀκόλαστος τὴν γλῶσσαν καὶ ὑβριστὴς Ἀθανάσιος, καὶ στάσεις καὶ διχονοίας ἐνεργεῖν δεξιός· καὶ γάρ πως οἱ κακῶς πρὸς αὐτὸν ἔχοντες ἐν τούτοις εἰς βασιλέα διέβαλον, εἰδότες τὸν βασιλέα τοῖς τοιούτοις ὑπερφυῶς ἀχθόμενον. Τηνικαῦτα δὲ γνοὺς εἰς δέο διαιρεῖσθαι τὰ πλῆθη, καὶ τοὺς μὲν Ἀθανασίῳ προσκεῖσθαι, τοὺς δὲ Ἰωάννῃ, σφόδρα χαλεπήνας καὶ αὐτὸν Ἰωάννην ἐξώρισεν. Ἦν δὲ οὗτος Μελιτίου διάδοχος καὶ παρὰ τῆς ἐν Τύρῳ συνόδου κοινωνῆσαι προσταχθεὶς καὶ τὰ τῆς τιμῆς τῶν ἰδίων ἔχειν κλήρων, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἦσαν. Καίτοι γε περὶ γνώμην τοῦτο δὴ γέγονε τοῖς Ἀθανασίου ἐχθροῖς· ἐγένετο δ' οὖν. Καὶ Ἰωάννῃ ἥκιστα ἦσαν εἰς ὄνησιν ὅσα οἱ ἐν Τύρῳ αὐτῷ συνεκρότησαν. Ὁ γὰρ βασιλεὺς κρείττων ἱκεσίας ἦν καὶ παντοδαπῆς παραιτήσεως, ὁπηνίκα ἐν ὑπονοίαις ἔσχε τινὰ, εἰς στάσιν καὶ μερισμὸν τὸν Χριστώνυμον κλῆρον διεγείρειν. Ἰστέον μέντοι ὡς τὸ Ἀρείου δόγμα, εἰ καὶ πολλοὶ κατὰ διάλεξιν ἐν σπουδῇ ἦν, ἀλλ' ἔτι τέως ἀνώνυμον ἦν, καὶ οὐχὶ εἰς ἴδιον σύστημα διεκρίνετο. Πλὴν γὰρ Ναυατιανῶν καὶ Φρυγῶν, Οὐαλεντινιανῶν τε καὶ Μαρκιωνιστῶν καὶ Παυλιανῶν, ἅπαντες ἅμα τι ἐκοινώνουν, καὶ ὑπὸ μίαν ἐκκλησίαν συνήγοντο. Κατὰ δὲ τῶν εἰρημένων αἱρέσεων ἕνα νόμον θέμενος ὁ βασιλεὺς, προσέταξε τὰ εὐκτήρια ἀφαιρεῖσθαι, συνάγεσθαι δὲ ταῖς καθόλου ἐκκλησίαις· ἀλλαχοῦ δὲ μὴ ἐξεῖναι μήτε ἰδίᾳ μήτε δημοσίᾳ ἐκκλησιάζειν ἀλλ' ἐν κοινῷ πάντας συνεδρεύειν εἰσιέναι. Ἐξ ἧς

νομοθεσίας, ὡς γέ μοι τεκμηριῶσαι ἔστιν, αἱ πολλαὶ τῶν αἱρέσεων διερρύησαν καὶ παῦλαν ἔσχον τῆς μνήμης. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄνω χρόνων ὅσοι κλήσει Χριστοῦ ἐσεμνύνοντο, εἰ καὶ διάφοροι ταῖς δόξαις ἦσαν, ἴσοι πάντες πρὸς τῶν τὰ Ἑλλήνων θαυμαζόντων ἐνομίζοντο· καὶ κακῶς ἐξ ἐκείνων πάσχοντες, ἀπολυπραγμόνητον τὸ διακρίνεσθαι εἶχον, κοινὰς ὑφιστάμενοι συμφοράς· διό τοι καὶ ῥᾷστα καθ' ἑαυτοὺς συνιόντες, ἐκκλησίαζον· πυκνήν τε τὴν ὁμιλίαν ἔχοντες, εἰ καὶ ὀλίγοι ἦσαν, ὅμως οὐκ εἰς πολλὰ διελύθησαν· τούτου δὲ τοῦ νόμου ἐκφωνηθέντος, δυσχερὲς εἶχον δημοσίᾳ συνιέναι· πολλῷ γε μὴν λάθρα τοῦτο ποιεῖν, τῶν ἐγχωρίων ἐπισκόπων φυλαττομένων. Κἀντεῦθεν περιδεεῖς μάλα γεγενημένοι, τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ ἡνώθησαν. Εἰ δ' ἴσως καί τινες ἐπὶ τῆς οἰκείας ἔμειναν γνώμης, ἀδιάδοχοι κατελείφθησαν τελευτήσαντες, μήτε εἰς ταυτὸν ἰέναι ἐώμενοι, μήτ' ἀδεῶς διδάσκειν τὴν αἵρεσιν δεδυνημένοι. Καὶ γάρ πως αἱ μὲν ἄλλαι αἱρέσεις διὰ φαυλότητα τῶν εὑρόντων, ἢ τὸ τῶν δογμάτων σκαιὸν, οὐ πολλοῖς ἐσπουδάσθησαν· οἱ δὲ τὰ Ναυάτου φρονοῦντες, ὡς τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ ἐπίσης περὶ Χριστοῦ δοξάζοντες, διέμειναν ἐπὶ πλεῖστον, μηδὲν ὑπὸ τοῦ νόμου ἐμποδὼν εὑρηκότες. Ἔοικε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκών γε καθυφιεὶς τοῦ ἐντόνου· φοβῆσαι γὰρ ἠρεῖτο οὐ λυμαίνεσθαι τὸ ὑπήκοον. Πολλὰ γὰρ Ἀκέσιος ὁ τότε τῆς Ναυατιανῶν προϊστάμενος ἐκκλησίας τὰ μάλιστα συναιρόμενος ἦν τῇ κατ' αὐτὸν ἐκκλησίᾳ, βασιλεῖ κεχαρισμένος τυγχάνων διὰ τὸν βίον. Φρύγες δὲ, πλὴν Φρυγίας καὶ τῶν ἐγγειτόνων, κατ' ἄλλα τῆς ἀρχῆς μέρη τὰ ἴσα τοῖς ἄλλοις ἔπασχον· ἔνθα δὴ ἀφ' οὗ Μοντανὸς ἐγεγόνει τὴν ἀρχὴν ἐσχηκότες, ἐπὶ πολὺ διέμειναν. Τῷ δ' ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ οἱ περὶ Εὐσέβιον καὶ Θέογνιν νεωτερίζειν περὶ τὸ δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐγγράφως ἤρξαντο· καὶ γυμνῇ κεφαλῇ τὸ ὁμοούσιον ὀπιλαύνειν οὐκέτ' ἐθάῤῥουν· καὶ γὰρ ἀκριβῶς ᾔδεσαν βασιλέα τε οὕτω δοξάζειν, καὶ ὑπερφυῶς τὴν ἔκθεσιν στέργοντα. Ἄλλην δὲ γραφὴν παρενείραντες, ἑρμηνείαις δή τισι καταδέχεσθαι τὰ ἐν Νικαίᾳ δόξαντα, τοῖς ἀνὰ τὴν ἕω ἐπισκόποις ἐμήνυον. Ἐκ μέντοι τῶν ῥητῶν ἐκείνων καὶ τῆς διανοίας εἰς διάλυσιν πεσοῦσα ἡ προτέρα ζήτησις, κἂν καὶ τελείως ὑπῆγειν ἐδόκει, ὅμως αὖθις ἀνεκινεῖτο. Καὶ τὰ μὲν κατὰ Ἄρειον ὧδε ἐγένετο.

A nes alii simul communicabant, et in una conveniebant ecclesia : quippe contra quos lege lata, imperator oratoria eorum aboleri, eosque in catholicis ecclesiis cum aliis congregari jusserat. Alibi vero illis neque privatim neque publice conventus agere licere, sed in uno communiter omnes loco convenire voluit. Per quam legem, quantum ego colligo, multæ hæreses, memoria earum sublata, diffluxere. Superioribus enim temporibus, quicunque Christi appellatione censerentur, quamvis diversarum essent opinionum, eodem tamen loco apud eos qui Græcam susceperant superstitionem, erant : et cum ab illis affligerentur, de discrimine si quod inter eos esset, curiose ipsi inquirere supersederunt, communibus quippe calamitatibus expositi. Quapropter facillime per partes convenientes conciones habebant : frequentiorique consuetudine, cum pauci essent, in factiones multas non discedebant. Constitutione autem ista promulgata, difficile eis fuit publice seorsim convenire, multo vero minus clandestinos cœtus cogere, episcopis loci cujusque id observantibus. Proinde metu eo coercili, catholicæ Ecclesiæ sunt uniti. Quod si forte aliqui in sua sententia perstitere, decedentes nullos reliquere successores, cum neque conventus eis agere permitteretur, neque libere hæresim docere possent. At hæreses aliæ vel propter auctorum improbitatem, vel propter dogmatum ineptias, non ita multis sunt frequentatæ. Novatiani autem, ut qui eadem cum universali Ecclesia de Christo sentirent, diutissime statum suum retinuere, neque illis constitutio ea obfuit. Videtur vero et imperator ipse non illibenter aliquid de rigore et severitate remisisse, et terrere potius quam perdere subditos maluisse. Et Acesius, qui tum Novatianorum episcopus fuit, maxime ecclesiæ suæ profuit, apud imperatorem propter sanctiorem vitam gratiosus. **662** Phryges vero, præterquam in Phrygia et locis finitimis, eadem in aliis imperii partibus, quæ aliæ hæreses, sunt passi. In locis autem suis, ex quo Montanus exstitit, sectæ suo exordio sumpto, longo permanserunt tempore. Eo autem anno Eusebius et Theognis, novas res de dogmate Nicænæ synodi, scriptis moliri cœperunt : et nudo quidem capite, quod dicitur, τὸ ὁμοούσιον consubstantiale rejicere ausi non sunt : satis enim sciebant imperatorem ipsum ita sentire, et mirifice formulam eam complecti. Aliam autem componentes scripturam, seu formulam fidei, interpretationibus quibusdam complecti eam, ea quæ Nicææ decreta essent, Orientalibus episcopis significarunt. Atque ex ejus verbis, eorumque sensu, in disputationem prior quæstio est deducta. Quæ tametsi finem suum consecuta esse videbatur, tamen eo pacto in controversiam est revocata. Et res quidem de Ario sic sunt actæ.

ΚΕΦΑΛ. ΝΓ'.

Περὶ τῶν κατὰ Μάρκελλον, ὃς Ἀγκύρας τῆς μικρᾶς Γαλατίας ἐπίσκοπος ἐγεγόνει· καὶ περὶ Ἀστερίου τοῦ σοφιστοῦ.

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθέντες ἐπίσκοποι καὶ Μάρκελλον καθεῖλον τὸν ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς μικρᾶς Γαλατίας ἐπισκο-

CAPUT LIII.

De Marcello qui Ancyræ minoris Galatiæ episcopus fuit, et de Asterio sophista.

Sub idem tempus episcopi Constantinopoli congregati, Marcello quoque Ancyræ minoris Galliæ episcopo dignitatem, veluti qui nova invexisset

dogmata, abrogarunt. Asterius namque quidam ex A Cappadocia sophista, qui ostentationis et quæstus causa philosopharetur et doceret, eo studio posthabito, Christianam religionem se culturum professus fuerat, et libris aliquot compositis, Arii opinionem astruere contenderat. Cum quo itidem Christum Dei virtutem esse scripserat, uti Moses erucam et locustam magnam virtutem Dei esse dixit. Aliaque hisce similia cavillans, Arianis adhærebat : atque in synodis eis assistens, plurimum eos adjuvabat. Illud autem in consilio habebat, ut præclaræ alicujus urbis episcopatum consequeretur. Verum id quod constituerat, parum ei successit. Persecutione enim non tolerata, diis sacrificaverat : eamque ob rem, sacrorum administratio ei est denegata. Porro quos composuerat libros, in Syria vulgavit. Adversus quos Marcellus scribens, sive sciens, seu imprudens, in errorem ex diametro illi contrarium est delapsus, et cum Paulo Samosateno Christum merum esse hominem dixit (1). **663** Quod ubi intellexerunt qui Tyri et Æliæ coacti fuerant episcopi, Asterio quidem ipsi nihil objecerunt, quod scilicet sacris ecclesiastici ministerii initiatus non esset : Marcello autem episcopali dignitate prædito, cum plurima vitio verterunt, tum quod perperam scripsisset, dicam impegerunt, abolereque eum libros, qui nihil a Samosateni scriptis differrent, jusserunt. Atque ille facturum se id pollicitus, minime tamen fecit. Cæterum ubi Eusebius inde litteris Constantini C vocatus Byzantium venit, rursum Marcelli causa in disceptationem est deducta. Postquam autem minime illi visum est, ut impietatis libros, sicuti receperat, igni consumeret : episcopatum ei Eusebiani ademere, et Basilio cuidam eloquentia et varia doctrina præclaro viro, Galatiæ ecclesiam regendam tradidere. Scripserunt ii quoque, ut Marcelli scriptum, ubicunque reperiretur, prorsus aboleretur : capitibus quibusdam ex eo scripto, ut dissonantibus, epistolæ insertis. Quod sane scriptum libris tribus, quemadmodum audivi, pulcherrime refutavit Eusebius Pamphili : Marcellus autem in synodo Sardicensi postea episcopatum suum recuperavit, quod non ita sentire existimatus esset. Non enim satis perpensa et intellecta a multis ejus *scripta* : ob eamque causam, *in* Pauli eum opi*nionem incidisse*, calumniam homini objectam esse, sicuti suo loco a me referetur, creditum est. Simulque dictum, per modum quæstionum a Marcello scripta ea esse instituta. Et imperator ipse, manifestam esse Eusebianorum contra eum calumniam deprehendit. Admodum enim infesti illi erant, quod neque in Phœnicia quæ adversus Athanasium ipsi constituerant, neque rursus Hierosolymis quæ *pro* Ario decreverant, comprobasset. Sed

πήσαντα, ἅτε δὴ καινὰ εἰσηγησάμενον δόγματα. Σοφιστὴς γάρ τις ἐκ Καππαδοκίας, Ἀστέριος ὄνομα, τὸ σοφιστεύειν ἀφελὴς, θρησκεύειν τὰ Χριστιανῶν ἐπηγγέλλετο· καί τινας δὲ λόγους συγγράφων, συνίστᾳ ἐπεχείρει τὴν δόξαν Ἀρείου· μεθ' οὗ οὕτω καὶ τὸν Χριστὸν δύναμιν εἶναι Θεοῦ, ὥσπερ δῆτα καὶ Μωϋσῆς τὴν κάμπην καὶ τὴν ἀκρίδα δύναμιν εἶπε μεγάλην εἶναι Θεοῦ· καὶ ἄλλα δή τινα παραπλήσια σοφιζόμενος, τοῖς περὶ Ἄρειον συνεφέρετο. Κἀν ταῖς συνόδοις παρὼν, τὰ μέγιστα αὐτοῖς ἐδόκει. Σκοπὸς δ' ἦν ἐκείνῳ μιᾷ τινος τῶν ἐπισήμων πόλεων ἱερωσύνην λαβεῖν· ἀλλὰ τοῦ σκοποῦ ἐσφάλτατο. Μὴ ἐνεγκὼν γὰρ τὸν διωγμὸν, ἐπιθύει· καὶ διὰ τοῦτο ἀπείρητο αὐτῷ ἱερᾶσθαι. Τούς γε μὴν λόγους οὓς ἔφθη συνθεὶς, ἀνὰ τὴν Συρίαν ἐῶν ἐπιδείκνυτο. Οἷς ἀντιλέγων Μάρκελλος ἢ ἐκὼν ἢ ἀγνοήσας, εἰς τὸ κατὰ διάμετρον ἐναντίον κατώλισθε, Παύλῳ τῷ ἐκ Σαμοσάτων ἐπίσης εἰπὼν τὸν Χριστὸν ψιλὸν ἄνθρωπον. Ὃ γνόντες οἱ ἐν Τύρῳ καὶ Αἰλίᾳ συναθροισθέντες ἐπίσκοποι, Ἀστερίῳ μὲν οὐδὲν ἐνεκάλεσαν, ἐπεὶ μηδὲ ἱερωσύνης μετεῖχε· Μαρκέλλῳ δὲ, ἅτ' ἐπισκοπικῆς καθέδρας ἠξιωμένῳ, καὶ πλεῖστα προσέφερον, καὶ τῶν οὐ καλῶς συγγραφέντων κατηγόρουν, καὶ ἀφανίζειν τὰ βιβλία ἐκέλευον· μηδὲν γὰρ διαφέρειν τῷ Σαμοσατεῖ συγγραφέντων. Ὁ δ' ἐπηγγέλλετο πράττειν· ἔπραξε δὲ οὐδαμῶς. Ὡς δὲ γράμμασι τοῦ Κωνσταντίνου ἐν τῷ Βυζαντίῳ ἦκον ἐκεῖθεν οἱ περὶ τὸν Εὐσέβιον, πάλιν τὰ κατὰ Μάρκελλον ἐκινεῖτο. Ὡς δ' ἐκείνῳ ἥκιστ' ἐδόκει τὸ τῆς δυσσεβείας ἐκεῖνο καταλαλεῖν βιβλίον, ὡς ἐπηγγέλλετο, αὐτὸν μὲν ἀφεῖλον τὸ ἱερᾶσθαι· Βασιλείῳ δέ τινι δεινῷ λέγειν, καὶ ἐπὶ παιδεύσει λόγων παντοίαν δόξαν ἔχοντι, τὴν τῶν Γαλατῶν ἐγχειρίζουσιν ἐκκλησίαν. Ἔγραψαν δὲ καὶ ἀφανεῖᾳ τὴν Μαρκέλλου συγγραφὴν, ἔνθα εὑρίσκοιτο, παραδιδόναι, καί τινα τῆς συγγραφῆς ὡς ἀπάδοντα ἐπιβαλόντες τῇ ἐπιστολῇ. Τὸ μὲν οὖν Μαρκέλλου σύγγραμμα βιβλίοις τρισὶν, ὡς ἐπυθόμην, ἀνέτρεψεν ἀρίστως ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος· αὐτὸς δὲ Μάρκελλος τῇ ἐν Σαρδοῖ συνόδῳ ἐς ὕστερον ἀνείληφε τὴν ἐπισκοπὴν· μὴ ὧδε φρονεῖν λογισάμενος, μηδὲ γὰρ νενοῆσθαι αὐτοῦ τὸ σύγγραμμα τοῖς πολλοῖς· καὶ διὰ τοῦτο τὴν Παύλου δόξαν φρονῆσαι διαβληθείς, ὡς ἐν καιρῷ μοι λέξεται. Καὶ γὰρ ἐλέγετο, ὡς ἐν ζητήσει ταῦτα τῷ Μαρκέλλῳ εἰρῆσθαι. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ βασιλεὺς, ὁμολογουμένην εἶναι διαβολὴν τῶν περὶ Εὐσέβιον κατεφώρασεν. Καὶ γὰρ σφόδρα χαλεπαίνοντες ἦσαν Μαρκέλλῳ. Οἳ μήτ' ἐν τῇ Φοινίκῃ τοῖς ὁρισθεῖσι κατὰ Ἀθανασίου συνέθετο, μηδ' αὖ πάλιν ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπὲρ Ἀρείου, μήτε συμμετασχὼν ἐκείνως τῆς ἀφιερώσεως τοῦ ἐν τῷ Κρανίῳ νεὼ, ὃ μέγα μαρτύριον ἐπεκλήθη· διεσπέλλετο γὰρ αὐτοῖς κοινωνεῖν. Διό τοι καὶ γράφοντες κατ' αὐτοῦ βασιλεῖ, σὺν ἄλλοις προὔφερον, καὶ ὡς βασιλέα ὤβριστο· οἷς τὸν αὐτῷ περιφανῶς οἰκοδομηθέντα ναὸν μὴ ἀξιώσοι σὺν τοῖς

(1) Filium enim Dei ex Maria initium sumpsisse, et regnum ejus finem habiturum esse, dixit. Sozom. lib. II, cap. 33.

λοιποῖς ἱερεῦσιν ἀφιερῶν. Ἀλλὰ περὶ μὲν Μαρκέλλου τοσαῦτα.

neque in dedicando Calvariæ templo, quod magnum martyrium est cognominatum, a communione eorum se subducens, eis affuisset. Quapropter ad imperatorem adversus eum scribentes, præter alia viro objecerant in imperatorem ipsum contumeliam, eo quod ecclesiam splendidissime conditam, cum reliquis episcopis consecrare supersedisset. Hæc de Marcello.

ΚΕΦΑΛ. ΝΔ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς καὶ διαθήκης τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἤδη εἰς τοὺς παῖδας Καίσαρας ὄντας τὴν ἀρχὴν διελών, Κωνσταντίνῳ μὲν καὶ Κώνσταντι τὰ πρὸς δύσιν ἀπένειμε· Κωνσταντείῳ δὲ τὴν Ἑῴαν ἐκλήρου. Ὧν τὸν μὲν ἐν τῇ πρώτῃ τῆς ἀρχῆς δεκάδι ἀνεῖπε Καίσαρα, Κωνστάντιον δὲ τῇ εἰκοσαετηρίδι· τὸν δὲ νεώτερον Κώνσταντα ἐν τῇ τριακονταετηρίδι τῆς βασιλείας ἐχειροτόνησεν. Ἔπειτα ἐνιαυτοῦ καί τινων διαγεγονότων μηνῶν, πέντε καὶ ἑξήκοντα ἐνιαυτῶν γεγονὼς, τὸ σῶμα μαλακισθεὶς κατὰ τὴν τῆς Βιθυνίας Ἑλενόπολιν διεπέρασεν ἵνα τοῖς ἐκεῖ γειτνιάζουσιν, αὐτομάτοις καὶ φυσικοῖς λουτροῖς χρήσηται. Χαλεπώτερον δὲ διατεθεὶς, τὸ μὲν λουτρὸν ὑπερτίθησιν· εἰς δὲ Νικομήδειαν φέρεται· κἀκεῖ ἐν προαστείῳ διάγων, ὥς φησιν Ἑρμείας καὶ Σωκράτης καὶ Θεοδώρητος, οἱ τὰ ἐκκλησιαστικὰ συγγραψάμενοι, τοῦ θείου μεταλαγχάνει βαπτίσματος. Ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὰς ἐκείνων τὰς συλλαβὰς παραθήσομαι. Ὁ μὲν γὰρ Σωζομενὸς οὕτω λέγει· « Ἔνθα δὴ ἐν προαστείῳ διάγων τὴν ἱερὰν ἐμυήθη βάπτισιν· ἐπὶ δὲ τούτῳ σφόδρα ἡσθεὶς, χάριν ὡμολόγει Θεῷ. » Σωκράτης δὲ λέγει· « Ἀπαίρει ἐκ τῆς Ἑλενουπόλεως εἰς τὴν Νικομήδειαν· κἀκεῖ δὲ ἐν προαστείῳ διάγων, τοῦ Χριστιανικοῦ μεταλαμβάνει βαπτίσματος. » Ἐπίσης δὲ καὶ ὁ Θεοδώρητος· « Τριακοστὸν δὲ ἦν αὐτῷ τῆς βασιλείας ἔτος· ἐνιαυτοῦ ἄλλου δὲ καὶ μηνῶν διεληλυθότων ὀλίγων, ἐν Νικομηδείᾳ τῆς Βιθυνίας διάγων, ἠρρώστησε. Τὸ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης βιοτῆς ἄδηλον ἐπιστάμενος, τοῦ θείου βαπτίσματος τὸ δῶρον ἐδέξατο· ἀνεβάλετο δὲ μέχρι τοῦδε τοῦ χρόνου, ἐν Ἰορδάνῃ τῷ ποταμῷ τούτου τυχεῖν ἱμειρόμενος. » Ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι οὐκ οἶδ' ὅπως φασίν· ἡμεῖς δὲ συμφωνοῦντες τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ, κατὰ Ῥώμην εἴπομεν τοῦ θείου τοῦτον ἀξιωθῆναι λουτροῦ, Σιλβέστρου τὰς ἱερουργοὺς χεῖρας ἐπιθέντος αὐτῷ. Καὶ περὶ μὲν τούτων, οὕτως· διαθήκας δὲ ποιήσας, τοῖς τρισὶ παισὶ, καθὰ δεδίλε καὶ πρότερον, τὴν ἀρχὴν ἐμερίσατο. Πολλὰ δὲ γέρα τῇ τε πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ καὶ τῇ ἐπωνύμῳ αὐτοῦ πόλει καταλιπὼν, ἐτελεύτα, πέντε μὲν καὶ ἑξήκοντα γεγονὼς ἐτῶν, τούτων δὲ ἄρξας δύο πρὸς τοῖς τριάκοντα, μηνῶν δεόντων τινῶν, τῇ πρώτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Μαΐου μηνὸς, ἐν ὑπατείᾳ Φήλικιανοῦ καὶ Τατιανοῦ, ὃ δὴ δεύτερον ἦν ἔτος τῆς διακοσιοστῆς ὀγδοηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. Τελευτῶν δὲ προσέταξεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπανελθεῖν

664 CAPUT LIV.

De obitu et testamento magni Constantini.

Imperator imperio filiis jam diviso, Constantino quidem et Constanti partem occidentalem designaverat, Constantio autem Orientem dederat. Quorum primo imperii sui decennio Constantinum, secundo Constantium, tertio minimum natu Constantem Cæsarem dixit. Deinde anno uno et mensibus aliquot peractis, sexaginta et quinque annos natus (1), corpore male affecto, Helenopolim (2) Bithyniæ transiit, ut ibi quæ in propinquo sunt, sua sponte profluentibus et naturalibus lavacris uteretur. Cum vero graviorem sentiret imbecillitatem, lavatione posthabita Nicomediam (3) venit : atque ibi in suburbano agens, quemadmodum Hermias, Socrates, et Theodoritus ecclesiastici scriptores dicunt, divinum percepit baptismum. Quorum verba hic apponere visum est. Hermias enim Sozomenus sic inquit : « Ibi sane cum in suburbano ageret, sacro initiatus est baptismo : qua de re vehementer lætatus, Deo egit gratias. » Socrates autem : « Helenopoli Nicomediam est profectus, ibique in suburbano agens, Christianum suscepit baptismum. » Itidem et Theodoritus : « Tricesimus imperii ejus præterierat annus, atque anno insuper, et mensibus paucis exactis, Nicomediæ in Bithynia agens, ægrotare cœpit. Cum vero quam incerta sit hominibus vita cognitum haberet, divinum baptismi donum suscepit : quem ad id usque tempus ideo distulerat, quod in flumine Jordane percipere concupivisset. » Hæc illi quidem nescio quo modo dicunt : nos vero Ecclesiæ universali consentientes, Romæ eum sacro lavacro tinctum esse, Sylvestro administram ei imponente manum, diximus. Ac de his quidem satis. Porro testamento condito, imperium tribus filiis, sicuti antea distribuerat, reliquit. Et multis veteri Romæ, et cognomini ei urbi honoribus et præmiis concessis, vita est defunctus, sexagesimo quinto ætatis anno : cum quidem imperasset annis triginta duobus (4), mensibus aliquot decollantibus, vicesimo primo mensis Maii die, Feliciani et Tatiani consulatu, qui ducentesimæ octuagesimæ septimæ olympiadis secundus annus fuit (5). **665** Moriens revocari Alexandriam Athanasium jussit (6), Eusebio aliisque qui ei adversabantur, præsentibus : nemo vero miretur, quod

(1) Sexaginta sex, Eutrop.
(2) Thermæ ad Helenopolim.
(3) Idem ad Nicomediam baptizatus ab Eusebio Nicomed. ejus episcopo. In eadem sententia sunt Rufin., Oros., Cassiod. et Pomp. Lætus.
(4) Hæc temporis observatio cum aliorum chronographorum ratione non prorsus concordat.
(5) Quidam ponunt olympiadem 279.
(6) Theodoret. lib. i, cap. 33.

tantos viros deceptus exsilio multaverit. Nam qui illi ei persuasere, antistites sacrorum fuere, intra se quidem fraudem illi et dolum occultantes, extra vero splendorem magnificum præ se ferentes : quando etiam divinum et magnum illum prophetam Davidem non pontifex aliquis, sed domesticus verbero servus decepit. Sibam enim illum, satis scio quod legeritis : qui confictis mendaciis regem contra Miphiboset, ut agros illi auferret, concitavit. Quod quidem non ideo, ut Prophetam accusem, dixi : sed ut imperatorem defendam, et naturæ humanæ imbecillitatem declarem : simulque illud admonerem, ne statim prorsus accusatoribus, etiam si sint vel præclari, vel exacta ætate viri, fides habeatur, sed ut auris altera semper adversario reservetur. Testamentum apud presbyterum deposuit, quem Arii laudatorem Constantia soror ejus, eademque Licinii conjux, moriens ei ut virum bonum commendaverat. Id juramento interposito, Constantio, cum ex Oriente veniret, dandum præcepit. Ex filiis enim decedenti nullus affuit.

CAPUT LV.

De sepultura ejus : item quibus moribus, qua statura et forma corporis fuerit.

Et ille quidem sic ad præstabilioris regni felicitatem migravit. Duces autem et præfecti, satellitiumque ejus omne, arcæ aureæ corpus ejus impositum, in cognominem ei urbem duxere : et in suggestu quodam ei collocato, quicunque vivo honor præstitus, idem quoque defuncto tum a comitatu aulico est exhibitus. Universi etiam perinde atque patre, cujus benignitatem omnes experti fuerant, orbati, perquam amare luxere. Sed quid dicere attinet, qua eum sint illi prosecuti honorificentia et cultu, donec aliquis liberorum eum humaturus adveniret ? Atque ubi Constantius certior de morte ejus factus ex Oriente affuit, magnificentissime patrem funere elatum, **666** in ecclesia quæ Apostolorum dicitur sepelivit, ubi superstes adhuc ille sepulcrum sibi ipsi exstruendum curaverat, quod Græcorum ara antea sub duodecim deorum nomine fuerat, admirandum sane spectaculum. Ibi in urna porphyretici marmoris, una cum matre Helena repositus est. Unde nos postea secutus, ut deinceps ibi quoque Christiani imperatores sepelirentur. Quin et Constantinopolitani, aliique item virtute insignes episcopi in apostolorum delubro sunt tumulati, perinde atque imperatoriæ dignitati par honore esset sinere obitus episcopatus. Idque factum, ut non longe ab apostolorum reliquiis absint. Magna enim gloria postea bonorum conciliator Deus virum eum, veluti fidelem ministrum accumulavit, sanationum et miraculorum gratia et urnæ et statuæ ipsius, quæ in porphyretici marmoris columna posita est, immissa, ut deinceps nulla ægritudo contrectatis eis non cederet, et fides verbi illius Christi ad-

Ἀθανάσιον · καὶ ταῦτα παρόντο; Εὐσεβίου, καὶ τἀναντία σπουδάζοντος. Θαυμαζέτω δὲ μηδείς, τί τοσούτους ἄνδρας ἀπατηθεὶ; ἐξωστράκισεν · ἀρχιερεῖς γὰρ ἦσαν οἱ πείθοντες, κρυπτὸν μὲν ὄλεθρον, τὴν δ' ἔξωθεν περιφάνειαν περικείμενοι. Ἐπεί τοί γε καὶ τὸν θεοπάτορα καὶ μέγαν προφήτην Δαυὶδ οὐκ ἀρχιερεὺς ἐξηπάτησεν, ἀλλ' οἰκέτης μαστιγίας οἰκέτριψ. Τὸν Σιβᾶν ἐκεῖνον οἶδ' ὅτι ἀνέγνωτε, ὃς κατὰ τοῦ Μεμφιβοσθὲ τὸν βασιλέα ἠρέθισε τὰ ψευδῆ συμπλάσας, ὥστε τὸ ἐκείνου χωρίον λαβεῖν · οὐ μέντοι τοῦ προφήτου κατηγορῶν, ἀλλὰ τοῦ βασιλέως ὑπερασπολογούμενος, τὸν λόγον ἀνεστησάμην, καὶ τὸ τῆς φύσεως ἀσθενὲς παριστῶν · εἰσηγούμενός τε, μὴ πάμπαν τοῖς κατηγόροις πιστεύειν, κἂν ὦσι διαβεβηκότες, ἀλλὰ καὶ θατέραν ἀκοὴν τῷ ἐναντίῳ παραφυλάττειν ἀεί. Τὰς δὲ διαθήκας τῷ πρεσβυτέρῳ παρέθετο, ὃν ἐπαινέτην ὄντα Ἀρείου, Κωνστάντια ἡ Λικινίου μὲν γαμετή, ἀδελφὴ δὲ τοῦ Κωνσταντίνου, τελευτῶσα συνέστησεν οἷάπερ ἀγαθῶς βιοῦντι. Προσέτατε δὲ ὅρκον μιγνὺς Κωνσταντίῳ δοῦναι, ἐπειδὰν ἐκ τῆς Ἑῴας ἀφίκηται. Οὐδεὶς γὰρ τῶν υἱέων αὐτῷ παρῆν τελευτῶντι.

ΚΕΦΑΛ. ΝΕ'.

Περὶ τῆς κηδείας αὐτοῦ · καὶ οἷος ἦν τὸ ἦθος καὶ τὴν κλάσιν τοῦ σώματος.

Καὶ ὁ μὲν οὕτως εἰς τὴν ἀμείνω βασιλείαν μετέβαινε · στρατηγοὶ δὲ καὶ ὕπαρχοι, καὶ πᾶσα ἡ περὶ αὐτὸν δορυφορία, χρυσῆ θήκῃ τὸ σῶμα ἐνθέμενοι, εἰς τὴν ἐπώνυμον αὐτῷ πόλιν ἤγαγον · καὶ ἐπί βήματός τινος ἀναθέντες, ὅσπερ ἦν καὶ ζῶντι τιμὴ καὶ τάξις παρὰ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις ἐγίνετο, τἀκρῶς ὁλοφυρομένων ἁπάντων, οἷα πατρὸς στέρησιν, οὗ τὴν πεῖραν τῶν ἀγαθῶν εἰλήφεισαν ἅπαντες. Τί δὲ καὶ χρὴ λέγειν, ὅση τιμὴ καὶ δόξα τούτῳ ἐπῆγετο, ἕως οὗ τις τῶν παίδων κηδεύσων ἀφίκοιτο ; Ἐπεὶ δὲ ἦκε Κωνστάντιος, ἐκ τῆς Ἑῴας διαμηνυθείς, μεγαλοπρεπῶς ἐκήδευσε τὸν πατέρα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἣ τῶν Ἀποστόλων ἐστὶν ἐπώνυμος · ἔνθα ἔτι τῷ ζῆν παρὼν Κωνσταντῖνος, ἡρῖον ἑαυτῷ κατεσκεύασεν, ἔμπροσθεν Ἑλλήνων πρότερον ἦν, δωδεκάθεον ὄνομα, λόγου πολλοῦ ἄξιον · ὅπου δὴ ἐν λάρνακι πορφυρῆ κατετέθη σύναμα Ἑλένῃ μητρί. Ἐκ δὲ τοιούτου γεγενημένου, καὶ οἱ καθεξῆς Χριστιανῶν βασιλεῖς ἐκεῖ κατατίθενται. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ οἱ τοῦ Κωνσταντίνου καὶ ἄλλοι δι' ἀρετὴν ἐπίσκοποι ἢ ἐπίσημον ἔχοντες, καὶ οὗτοι ἐν τῷ τῶν Ἀποστόλων ἱερῷ κατατίθενται, οἷάπερ ὁμοτίμου τῇ βασιλείᾳ οὔσης καὶ τῆς ἀκιβδήλου ἱερωσύνης, ἵνα μηδ' ἐν τούτῳ τῶν ἀποστολικῶν λειψάνων ὦσι μακράν. Δόξῃ δὲ πολλῇ ὁ τῶν ἀγαθῶν πρύτανις ἐς ὕστερον ἐτίμα τὸν ἄνδρα, οἷάπερ εὔνουν θεράποντα, ἰαμάτων καὶ τεραστίων ἐπαφεὶς χάριν, ἐπί τε τῇ αὐτῇ λάρνακι, καὶ τῷ ἀνδριάντι, ὃς ἐπὶ τοῦ πορφυροῦ ἀνίδρυτο κίονος, ὡς μηδεμίαν νόσον ἀντιβαίνειν τοῖς λοιποῦ ἔχειν, τῇ προσψαύσει τῶν εἰρημένων, καὶ πιστοῦσθαι τὸν λόγον Χριστῷ, *Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω*, θεσπίσαντι. Ἐγένετο δὲ ἀνὴρ ἐς τὰ μάλιστα τῆς Χριστιανῶν ἐπαινέτης θρησκείας · ὡς κἀ

πρῶτος βασιλέων ἄρξαι τῆς περὶ τὴν Ἐκκλησίαν σπουδῆς, καὶ εἰς τόσον ἐπιδόσεως ἀγαγεῖν, ὡς εἰς ἄκρον ἰκέσθαι καὶ μηδενὸς λείπεσθαι. Ἐπιτευκτικὸς δὲ ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἕτερος οἷς ἐπεχείρησεν ἐγεγόνει· καὶ γὰρ ἄνευ, οἶμαι, Θεοῦ οὐδὲν ἔπραττε· τῶν τε γὰρ ἔξω πολέμων ἀνακράτος περιεγένετο, καὶ τὴν πολιτείαν οὕτως εὐχερῶς μετέθετο, καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν μετερρύθμισεν, ὡς θᾶττον καὶ βουλὴν ἑτέραν, καὶ σύγκλητον, καὶ πόλιν βασιλεύουσαν καταστῆσαι. Τὴν δ' Ἑλλήνων θρησκείαν χρόνῳ πολλῷ σπουδασθεῖσαν, καὶ εἰς ἄκρον τῆς δεισιδαιμονίας ἐλάσασαν, καὶ ἐν ἀκμῇ οὖσαν, ἐκ τοῦ ῥᾴστου καθεῖλεν ἅμα τῷ ἐγχειρῆσαι. Ἦν δὲ καὶ τὸ ἦθος χρηστὸς μάλα καὶ ἥπιος, πρᾶός τε καὶ ἀνδρείᾳ ψυχῇ τὸ μεγαλοπρεπὲς ἐνδεικνύμενος· ἐξύτητι δὲ νοὸς καὶ παιδείᾳ λόγων, ὀρθῷ τε τρόπῳ δικαιοσύνης, καὶ τῷ ἐτοίμῳ τῆς εὐεργεσίας, πάντας ὑπερβαλόμενος. Ἐν δὲ μάχαις ἀνδρεῖος· κἄλλει δὲ οὐδενὸς δεύτερος ἦν. Χαρίεις δὲ τὰ μάλιστα ὢν, σὺν τῷ εὐπρεπεῖ καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς εἶχε· καὶ ἀναδρομῇ δὲ σώματος ὡραΐζετο· ὡς μήτε μακρὸν εἶναι λογίζεσθαι, καὶ τοῦ βραχέος πάμπαν ἐξίστασθαι. Εὐρὺς δὲ καὶ τοὺς ὤμους ἦν· ἠρέμα παχὺν προβεβλημένος αὐχένα. Ἐρυθρὰν μέντοι χρόαν ἔχων τοῦ σώματος, οὐ δασείαν ἐπεφέρετο τρίχα. Καὶ αὐτὴ δ' ὅση τις ἦν, πρὸς τὸ ξανθότερον ἀπέκλινε. Μετρίως δὲ καὶ τὸν πώγωνα ψιλὸς ἦν. Ἀρχιάν γὰρ τὴν ἐπ' ἐκείνῳ εἶχε τρίχα, καὶ οὐ πάνυ καθήκουσαν, ὡς καὶ παλλαχοῦ τοῦ προσώπου μηδ' ἀναφύειν δοκεῖν. Οἵ γε μὴν ὀφθαλμοὶ αὐτῷ ἀνδρῶδες ὁρῶντες καὶ ἡμερον, ξενίζουσαν χάριν ἀπέστιλβον· εὐόφθαλμος γάρ τις καὶ μεγαλόφθαλμος ἦν. Ὑπόγριπος δὲ καὶ ἡ ῥὶς αὐτῷ, ἐφ' ᾗ καί τι σαρκῶδες εἶχεν ἐπικαθήμενον. Πλατὺς δὲ τὴν ὄψιν ἦν, καὶ πάνυ μεγαλόψυχος· καὶ εἴπερ τις μάλα θεοφιλής. Ὁ μὲν οὖν ἅπας τῆς ζωῆς αὐτῷ χρόνος πέντε καὶ ἑξήκοντα ἔτη διεγένετο· ἀφ' ὧν δύο πρὸς τοῖς τριάκοντα ἦρξε, μηνῶν δεόντων τινῶν, ὡς μοι προείρηται. Μόναρχος δὲ κυρίως ἓξ καὶ εἴκοσι διαγέγονε. Περιέχει δὲ καὶ ἡ παροῦσα ὀγδόη μοι τῶν ἱστοριῶν χρόνον ἐτῶν τριάκοντα καὶ δύο, ὁρξαμένη μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Κωνσταντίνου· καταλήξασα δὲ ἄχρι τῆς αὐτοῦ τελευτῆς· ὑπηνίκα κόσμου μὲν ἔτος ,ϛωμζ', ἀπὸ δὲ τῆς θείας τοῦ Κυρίου γεννήσεως τριακοσιοστὸν τεσσαρακοστὸν β' ἐπεραίνετο.

implerctur, dicentis [1] : *Ego glorificantes me glorificabo.* Maximus autem hic vir Christianæ religionis laudator fuit. Et cum primus imperatorum omnium earum ecclesiasticarum rerum suscepit, tum ita eas auxit, ut ad summam amplitudinem nihil essel reliqui. Et nescio an quisquam alius, ut ipse, quascunque aggressus est res perfecerit. Nam et sine Dei numine nihil prorsus egit. Foris in bello fortissimus exstitit victor; domi autem tam facile rempublicam administravit, atque ut ei visum fuit composuit, ut celeriter consilium aliud et senatum et urbem imperantem constituerit. Græcorum religionem quæ diutissime magno studio frequentata, ad summam superstitionem pervenerat, plurimumque vigebat, facillime, quamprimum est aggressus, sustulit. Moribus bonus, mitis, et mansuetus admodum, animi fortitudine magnificentiam exhibuit. Mentis acumine, bonarum artium disciplina, recto justitiæ cultu (1), et munificentiæ alacritate, omnes superavit. In præliis vir, formæ decore nemini secundus : et cum gratiosus maxime fuit, tum decentiæ ipsi magnificentiam conjunxit. Statura quoque corporis spectandus ; nam neque nimium procerus esse habitus, et exiguam brevitatem longe supergressus est. Humeris latis, sensim cervicem crassiorem prætulit. **667** Colore corporis rubicundus, minus densum habuit capillum, eumque flavescentem. Barba mediocriter tenuis et rara, neque admodum demissa erat, ita ut in pleraque faciei parte succrescere non videretur. Oculi, quales virum decent, et placidi : ex quibus mirifica quædam eminebat gratia, acutioresque illi et grandiores. Nasus subaduncus, cui carnosum quiddam insidebat. Facies ipsa latior, et magnanima admodum. Denique supra alios Dei maxime amans fuit. Totius ejus vitæ tempus sexaginta et quinque anni fuere, quorum triginta et duos in imperio egit, mensibus aliquot deficientibus, sicuti supra diximus. Imperium cum summa potestate solus viginti sex annis obtinuit. Complectitur porro octavus iste historiarum liber, a prima Constantini imperii anno, ad obitum usque ejus, annos triginta duos : cum conditi mundi annus fuit, quinquies millesimus octingentesimus quadragesimus septimus (2). A nativitate autem Domini tum agebatur annus trecentesimus quadragesimus secundus (3).

[1] I Reg. II, 30.

(1) Constantinus spadonum et aulicorum omnium vehemens domitor fuit, quos tineas et suricos Ecclesiæ appellare solitus erat.

(2) Secundum recentiores circiter 4319.
(3) Al. 340.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΤΟΥ ΧΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΣ Θ'.

NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

TOMUS IX.

673 CAPUT I.

Proœmium, totius libri argumentum exponens.

Quæ catholicæ Ecclesiæ superstite adhuc Constantino acciderint, abunde a nobis dicta esse videntur. Superest, ut quæ consecuta, et a sacro episcoporum ordine sub filiis ejus acta sunt, persequamur. Atque equidem in hoc libro commemorabo, quemadmodum Athanasius ex Galliis reversus, Eusebio restiterit; et ut imperium ad Constantem simul et Constantium, deinde autem ad solum Constantium pervenerit. Dicam præterea de Paulo, Eusebio, et Macedonio, Constantinopolitanis antistitibus, et quæ sub his acta; et quas res Antiochiæ et Alexandriæ gesserint, qui ibi minus digne sacro sunt magistratu functi; et ut Roma cum Constantis et Julii litteris revertentes Paulus et Athanasius, sedes suas receperint, et mox ex eis rursum sint expulsi. Item de variis et in Occidente et in Oriente conciliis: in Sardica, Sirmio, Mediolano, Palæstina et Seleucia coactis. Dicemus quoque de Gallo Cæsare, et de quibusdam hæresiarchis, Photino, Ætio, Macedonio, Eudoxio, et duobus Apollinaribus. **674** Faciemus etiam mentionem clarorum quorumdam propter virtutem virorum; præterea Eustathii et Meletii, Antiochiæ et Sebastiæ episcoporum. In fine, quomodo minus laudabili morte vitam finierit Constantius, exponemus. Initium autem inde sumemus.

A

ΚΕΦΑΛ. Α.

Προοίμιον τῆς τοῦ τόμου ὅλης ἐκθέσεως· ὃ ἐντὸς περιέξει.

Ὑπὲρ μὲν οὖν τῶν τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ ἐ συμβάντων, ἔτι τῷ ζῆν περιόντος τοῦ Κωνστ τίνου, ἀποχρώντως ἡμῖν εἰρῆσθαι δοκεῖ· ἐκδέχ δὲ τὸ μετὰ τοῦτο λοιπὸν διελθεῖν, καὶ ὅσα ἐπὶ υἱέων αὐτοῦ τῇ ἱερωσύνῃ ἐπράχθη. Καί γε τῷ ρόντι διαληψόμεθα, ὡς ἐκ τῶν Γαλλιῶν Ἀθανά ἐπανῆκεν, τοῖς περὶ Εὐσέβιον ἀντεφέρετο· καὶ τὸ κράτος εἰς Κώνσταντα καὶ Κωνστάντιον, ε εἰς μόνον τὸν Κωνστάντιον περιέστη. Καὶ π Παύλου καὶ Εὐσεβίου καὶ Μακεδονίου τῶν στανυπολιτῶν, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις συμβ Ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ Ἀλεξανδρείᾳ τῶν ἀναξίως ἐκεῖσε ἱερασαμένων· καὶ ὡς ἐκ τ μῆς γράμμασι Κώνσταντος καὶ Ἰουλίου τοῦ Π μῆς ἐπανῆκοντες Παῦλος καὶ Ἀθανάσιος ἔσχον τ Θρόνους· καὶ ὡς αὖθις ἠλάθησαν, καὶ περὶ τῶν Ἐσπέρᾳ καὶ Ἑῳ διαφόρων συνόδων τῆς ἐν Σαρδ τε καὶ Σιρμίῳ καὶ Μεδιολάνῳ, Παλαιστίνῃ τε Σελευκείᾳ. Διαληψεταί γε μὴν καὶ περὶ Γάλλου Καίσαρος, καί τινων αἱρεσιαρχῶν, Φωτεινο Ἀετίου, Μακεδονίου τε καὶ Εὐδοξίου, καὶ τῶν Ἀπολλιναρίων. Μεμνήσεται δὲ καί τινων ἐπ' ἀρ διαβοήτων ἀνδρῶν· πρὸς δὲ καὶ Εὐσταθίου Μελετίου τοῦ τῆς Ἀντιοχείας καὶ Σεβαστείας· τέλος, ὡς οὐκ ἐπαινετῷ χρησάμενος τέλει, ἐτελε Κωνστάντιος. Ἄρξομαι δ' ἐντεῦθεν.

B

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ὡς οἱ περὶ τὴν Νικομηδείας Εὐσέβιον τὸ Ἀρείου δόγμα συνιστᾷν ἐθέλοντες διὰ τοῦ Ἀρειανοῦ πρεσβυτέρου ταραχὰς τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐκίνησαν.

Ἔτι περιόντι τῷ Κωνσταντίνῳ οὐδεὶς ἐτόλμα περιφανῶς τῇ κατὰ Νίκαιαν ἀντιφέρεσθαι πίστει· κἂν καί τινες ἄλλως κρύφα ταύτην οὐκ ἀπεδέχοντο. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἐτελεύτα τὸν βίον, οἱ ἐν μυχῷ καρδίας τὸν ἰὸν τῆς αἱρέσεως τὸ πρὶν ἔχοντες, οἳ δὴ καὶ πρότερον ὕποπτοι ἦσαν, εὐθύς πόθεν ἀναβραγέντες, τοῦ κρύφα λέγειν ἐξέστησαν· καὶ λοιπὸν γυμνῇ κεφαλῇ ὁμόσε πᾶσιν ἐχώρουν, τὴν Ἀρείου δόξαν μάλα κρατύνειν σπουδάζοντες· ὧν οἱ Βιθυνοὶ ἐπίσκοποι καθηγοῦντο, Εὐσέβιός τε καὶ Θεογνίος. Ῥᾳδίως δ' ἂν προχωρῆσαι αὐτοῖς τὰ κατὰ σκοπὸν ᾤοντο, εἰ τὴν Ἀθανασίου κάθοδον εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν εἴρξειαν. Καὶ οἱ μὲν οὕτως εἶχον γνώμης, χειρὸς ἄντικρυς εἰς ὑπουργίαν ἄπρακτον κεχρημένοι τῷ πρεσβυτέρῳ, ὃς αἴτιος καὶ Ἀρείῳ τῆς ἐπανόδου κατέστη· οὐ γὰρ Κωνσταντίνῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ Κωνσταντίῳ τὰ μάλιστα κεχαρισμένος ἦν· οἷς ἃ πρὸς βουλῆς αὐτῷ δι' αὐτοῦ ἐπεραίνετο. Τῆς γὰρ Ἕω κατάρχειν ἠβούλετο· ὅπερ τέως ἡ διαθήκη ἐπέτρεπε τοῦ πατρὸς ἣν αὐτὸς ἐγκεχείριστο. Κἀντεῦθεν διὰ τιμῆς ἄγων αὐτὸν, παῤῥησίας τε μετεδίδου πολλῆς· καὶ ἄνετον τὴν εἰς τὰ βασίλεια εἴσοδον εἶα. Καὶ τοίνυν ταῦτα γνώριμόν τε τοῖς πᾶσι μᾶλλον ἐποίει, φίλον τε γνήσιον τῇ γαμετῇ τοῦ κρατοῦντος, καὶ τοῖς περὶ τὸν βασιλικὸν θάλαμον κρατοῦσιν εὐνούχοις, ὧν ἄρχων ἦν τηνικαῦτα Εὐσέβιος ὄνομα, μεγίστην ἐξουσίαν κἀν τῇ βασιλέως οἰκίᾳ πάσῃ περιβεβλημένος. Οὗτος ὑπὸ καθηγητῇ τῷ πρεσβυτέρῳ τῆς Ἀρείου μετασχὼν λύσσης, ἐπαινέτης τῶν ἐκείνου διάπυρος ἦν, πολλούς τε τῶν κατὰ τὰ βασίλεια ὁμόφρονας θᾶττον ἐποίει. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλίδα διὰ τῆς γυναικωνίτιδος καὶ τοῦ πρεσβυτέρου πρὸς τὴν δυσσεβῆ δόξαν μεθίστη. Ἔρπον δὲ τὸ κακὸν ἠρέμα τοῖς βασιλείοις, καὶ ἐπὶ τὸν βασιλέα διέβαινε, καὶ φανερὸν κατὰ βραχὺ διὰ τῶν ἔσω τοῖς ἔξω ἐχώρει, καὶ ἀπανταχοῦ διέθει τῆς πόλεως. Καὶ διαλεκτικός τις πόλεμος ἀνερρήγνυτο καὶ ἐν ἀγυιαῖς, καὶ συλλόγοις, καὶ καπηλείοις, καὶ πάσαις ὅῃτα συνάξεσι, καὶ γυναῖκες δὲ καὶ παῖδες, οὐκ ἄλλο τι διὰ σπουδῆς εἶχον ἢ περὶ δογμάτων ἐρεσχελεῖν· καὶ τῶν μὲν τῇ Ἀρείου προσκειμένων δόξῃ, ὡς εἴη καλή τε καὶ ἀγαθή, τῶν δὲ τὰ ἐν Νικαίᾳ δόξαντα μᾶλλον στεργόντων. Ἔρις δ' ἐπὶ τούτοις καὶ ζῆλος καὶ ἀπέχθεια ἀνηγείροντο.

CAPUT II.

Ut Eusebius Nicomediæ episcopus, ejusque sectatores, Arii dogma confirmare volentes, per quemdam Arianum presbyterum turbas in Ecclesia concitarint.

Vivente adhuc Constantino, nemo aperte contra Nicænam fidei professionem niti audebat: quamvis nonnulli clam eam non receperint. Postquam autem is decessit, qui in cordis recessu hæresis venenum occultum antea habuerant, et ob id tum quoque suspecti fuerant, confestim alicunde progressi, clandestinis colloquiis posthabitis, nudo (ut dicitur) capite cum omnibus congrediebantur, ut Arii maxime opinio obtineret laborantes. Quorum duces erant episcopi Bithyni, Eusebius et Theognis. Facilius autem consilium suum ad optatum exitum perventurum putabant, si Athanasii in urbem Alexandrinam reditum impedirent. Et cum eis sic esset instituta ratio, tum veluti manu quadam in rebus omnibus usi sunt administro presbytero, qui auctor etiam ut Arius revocaretur exstitit, non apud Constantinum tantum, sed etiam apud Constantium maxime gratiosus, quod per eum res plerasque ex voluntate sua peragebat. Dudum enim Orientis imperio potiri voluerat: quod ei tum ex testamento patris, a presbytero eo illi in manus tradito, permissum erat. Quam ob rem hominem in honore habuit: et libertatem ei multam, simulque apertum ad imperialem aulam aditum dedit. Quæ res notitiam ei apud omnes conciliarunt, et gratum vereque charum imperatoris conjugi, et qui imperatorio cubiculo præerant eunuchis effecerunt: quorum princeps tum fuit Eusebius nomine, maximam quoque in tota imperatoris domo potestatem obtinens. Hic ex presbyteri ejus de rebus sacris institutione, Arii rabie imbutus, acerrimus sectatorum ejus laudator fuit, pluresque in aula imperiali celeriter in sententiam ipse suam adduxit. Quin ipsam quoque imperatoris conjugem, per mulierculas quæ in Gynæceo erant, et per presbyterum ipsum in impiam opinionem pertraxit, **675** et malum hoc paulatim per omnem serpens aulam, ad ipsum quoque transiit imperatorem. Et brevi per aulæ interiora vagatum, extra quoque aulam aperte progressum, omnem ubique percurrit urbem. Ibi tum bellum quoddam dialecticum atque disputatorium est exortum. Et in vicis, congregationibus, cauponis, conventibusque adeo omnibus mulieres quoque et pueri non aliud studio habuere, quam de dogmatibus blaterare: his videlicet Arii opinioni veluti honestæ et bonæ addictis, his autem decreta magis Nicæna complectentibus, unde rixæ, æmulationes, et inimicitiæ excitatæ.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὡς Ἀθανάσιος ἐκ τῶν Γαλλιῶν ἐπανῆκε σὺν ἐπιστολῇ τοῦ Καίσαρος Κωνσταντίνου· καὶ ὡς ἐτελεύτησεν ὁ αὐτὸς Κωνσταντῖνος· καὶ περὶ Ἀκακίου, ὃς διάδοχος Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐγένετο.

Καὶ τοῦτο μὲν ταῖς ἀνὰ τὴν Ἕω πόλεσιν ἦν· αἱ δὲ ἐν Ἑσπέρᾳ, ἄσυλον τὸ κατὰ Νίκαιαν διετήρουν

CAPUT III.

Ut Athanasius ex Gallis redierit cum litteris Constantini Cæsaris; de obitu ejusdem Constantini. Item de Acacio, qui successor Eusebii Pamphili fuit.

Hic rerum status in urbibus Orientis erat. Occidentales enim Nicænum decretum inviolatum reti-

nuere. Porro Eusebio et Theognidi res, quæ incrementa sua in deterius capiebant, et quotidie, propemodum magis magisque excitabantur, ex sententia procedebant. Qui in primis studebant, id quod constituissent ad exitum perducere. Id vero erat, ut unum aliquem qui opinionis eorum esset, Alexandrinæ ecclesiæ hierarcham præficerent. Sed consilium eorum ab Occidente reversus impedivit Athanasius, unius Augustorum, junioris videlicet Constantini, qui Occidentalibus Gallis imperabat, litteris fretus. Is namque ubi cognovit, patrem cognominemque suum, Athanasii exsilium testamento abrogasse : redita concesso, ut Alexandriam is reverteretur, curavit. Litteræ quas secum attulit, hisce verbis scriptæ erant : « Constantinus Cæsar populo catholicæ ecclesiæ Alexandrinorum. Non puto sacris animis vestris excidisse, quam ob causam Athanasius adorsandæ legis sacerdos, ad tempus in Gallias missus fuerit. Cum enim sanguinariorum infestorumque inimicorum feritas capiti ejus ad periculum creandum immineret, ne per improborum perversitatem extremum discrimen adiret, sed ut immanitas ea eluderetur, e faucibus ingruentium ei virorum ereptus, in ditione mea vivere jussus est, ita ut in ea qua versatus est urbe, res ei necessariæ omnes abunde suppeditarent. Quamvis præclara ejus virtus, divino confisa auxilio, durioris fortunæ graves ærumnas maxime sublevet, atque adeo contemnat. **676** Sed enim tametsi dominus noster beatæ memoriæ Constantinus Augustus, pater meus, episcopum hunc in locum suum apud gravissimam pietatem vestram restituere constituerit : tamen posteaquam humana sorte præventus prius obdormivit, quam votum suum impleverit : convenire mihi visum est, consilium divinæ recordationis imperatoris, per successionem ad me transmissum, perficere. Qui vir ubi in conspectum vestrum venerit, quo apud me acceptus fuerit veneratione, cognoscetis. Neque adeo mirandum est, si quid a me pro eo est factum. Animum namque meum ad id, cum desiderii vestri facies, tum tanti viri species movit et excitavit. Divina providentia vos conservet, fratres dilecti. » Secundum hasce litteras, suaviter ab Alexandrinis susceptus Athanasius, Ægypti ecclesias administravit. Eusebius vero tanquam telo quopiam, sic reditu illius ictus, sycophantiis oppugnare eum rursus, et rem ad seditionem perducere est aggressus, negotiumque adeo ei novis calumniis exhibuit. Citra moram enim omnem imperatore adito, illum ut virum seditiosum, et qui ecclesiasticas constitutiones ordinemque turbarit, ac citra episcoporum sententiam sibi ipsi ingressum in ecclesiam usurparit, detulit. Tantopere certe imperatorem permovit, ut illum rursus sede episcopali deturbarit, sicuti postea dicemus. Eo tempore Eusebius quoque qui Pamphili cognomen sortitus fuerat, simul et episcopali functione

μενον ὀφθαλμῶν, οἷς μέτεστι καὶ μυσὶ καὶ σαύραις καὶ τοῖς ἀφαυροῖς τῶν ζωῴων· ἥδεσθαι δὲ μᾶλλον καὶ χαίρειν, οἷς παραπλησίως ἀγγέλοις τοῖς ἔνδον ὁρᾷς ὀφθαλμοῖς, δι' ὧν τρανῶς τὴν ἀκήρατον καὶ θείαν γνῶσιν κατανοεῖς, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀκριβῶς εἰσορᾷς. Βιβλία δὲ οὗτος καταλέλοιπε ταῦτα· Εἰς τὴν τῶν Ψαλμῶν βίβλον ὅλην διάφορα ὑπομνήματα· εἰς τὸν Ὡσηὲ καὶ Ζαχαρίαν, λόγους πέντε· εἰς τὸν Ἡσαΐαν λόγους δεκαεπτά· εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον καὶ κατὰ Ἰωάννην οὐκ ἐλάχιστα ὑπομνήματα. Ἔτι δὲ καὶ κατὰ Ἀρειανῶν, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ ἕτερα συγγράμματα πλεῖστα. Ἤκμαζε δ' ἐν ἐκείνῳ τοῦ χρόνου καὶ ὁ Σύρος Ἀέτιος, πρὸς τῶν τἀναντία πρεσβευόντων θαυμαστός τις εἶναι δοκῶν, ἔν τε διαλέξει καὶ ἔριδι λόγων, καὶ συλλογισμοῖς, καὶ στροφαῖς λέξεων, ἱκανός τις, καὶ τὴν σπουδὴν ἅπασαν ἀτεχνῶς ἐν τούτοις καταναλίσκων. Διά τοι καὶ ὡς τοιοῦτος ὤν, πρόχειρός τε τὸ προστυχὸν ἐπὶ Θεοῦ κακοσχόλως θεολογεῖν, ἄθεος ἐκαλεῖτο. Πατρὶς δὲ αὐτῷ ἡ Κοίλη Συρία ἦν. Τοῦ δὲ πατρὸς αὐτῷ ἐν στρατείᾳ δυσπραγήσαντος καὶ τὸν βίον λιπόντος τὸν μὲν τηνικάδε ἄρχοντα δημοσιῶσαι τὸν βίον· εἰς ἔσχατον δὲ πενίας σὺν τῇ μητρὶ ἐλάσαντα τὸν Ἀέτιον, ἐπὶ τὸ χρυσοχοεῖν ὁρμῆσαι, ὡς ἂν ἀμωσγέπως τὸ ζῆν πορίζηται. Ἀποχρώντως δὲ τῇ τέχνῃ χρησάμενον διὰ ῥώμην φύσεως, ἐπὶ τὴν λογικὴν στραφῆναι τέχνην· καὶ Παυλίνου μὲν ἀκροάσασθαι, ὃς ἐκ τῆς ἐφορείας Τύρου μετέστη εἰς Ἀντιόχειαν· πέρατι δὲ βίου τῆς μητρὸς χρησαμένης, δι' ἣν αὐτῷ καὶ ἡ ἐπιμορφοῦσα τὸν χρυσὸν τέχνη ἐσπούδαστο, εὐθὺς ὅλος ἐπὶ τὴν λογικὴν μετετάττετο τέχνην, καὶ τῶν πολλῶν ἐκράτει μετ' ὀλίγου ἀμίλλας ἰστῶν. Ἐπεὶ δ' Εὐλάλιος μετὰ Παυλῖνον εἰς τὸν θρόνον τῆς Ἀντιόχου κατέστη, πολλοῦ στίφους κατ' αὐτοῦ κινουμένου, ἐλαύνεται ὁ Ἀέτιος· καὶ εἰς τὴν τῆς Κιλικίας Ἀναζαρβὸν γενόμενος, τῇ τέχνῃ αὖθις πρὸς τὸ ζῆν ἀπεχρᾶτο, οὐδὲ τῆς περὶ λόγους ἀμίλλης ἀφεστηκώς. Σοφιστοῦ δέ τινος τὴν Ἀετίου φύσιν διὰ θαύματος ποιουμένου, καὶ τῆς τέχνης αὐτῷ μεταδοῦναι σπουδάζοντος, εἰσοικισθεὶς αὐτῷ ἐθήτευε, πᾶσαν ὡς χρεὼν οἰκετικὴν ἀποπληρῶν λειτουργίαν. Καὶ ὁ μὲν τὴν γραμματικὴν αὐτῷ παρεδίδου· Ἀέτιος δὲ τῷ κυρίῳ εἰς ἔλεγχον τῆς περὶ τὰ θεῖα λόγια μὴ ὀρθῆς διαθέσεως καθίστατο. Καὶ δὴ μισθὸν τῆς εὐεργετούσης αὐτὸν οἰκίας ἐλάμβανεν ἀποκήρυξιν. Κἀκεῖθεν δὲ διωχθεὶς, τῷ τὴν Ἀναζαρβὸν διοικοῦντι Ἀθανασίῳ συγγίνεται, παρ' ᾧ τοὺς εὐαγγελιστὰς ἀνέγνω πρὸς λεπτὸν ἐπιστήσας αὐτοῖς. Εἶτ' ἐκεῖθεν ἀφικνεῖται πρὸς Ἀντώνιον ἐν Ταρσῷ, ὃς γνώριμος ἦν Λουκιανῷ τῷ μάρτυρι, ἐξ οὗ τὸν Ἀπόστολον ἀναδιδαχθεὶς, ἐφ' ἑαυτὸν ἐκείνῳ συνδιατρίβει, ἕτι τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τάξιν πληροῦντι. Ἐπεὶ δ' Ἀντώνιος ἔφορος ἐγεγόνει, καὶ οὐχ οἷός τε ἦν τῇ σοφιζούσῃ τὸν Ἀέτιον ἐνασχολεῖσθαι διδασκαλίᾳ, ἐκεῖθεν ὁ Ἀέτιος τὴν Ἀντιόχου καταλαμβάνει· καὶ παρὰ Λεοντίου ἔτι πρεσβυτέρου ὄντος, Λουκιανοῦ δὲ τοῦ μάρτυρος καὶ οὗτος φοιτητὴς ἐχρημάτισε, τοὺς προφήτας, καὶ μᾶλλον τὸν Ἰε-

A cipue vero eum clarissimus ille pietatis exercitio Antonius admiratus est. Quem dicunt, cum Alexandriam venisset, ut Athanasio firmæ certæque fidei perhiberet testimonium, hæc ad Didymum prolocutum esse verba : Non est, Didyme, quod teipsum mœrore conficias, propterea quod oculis careas, quos mures, lacertæ, et vilia animalcula habent. Voluptate potius et lætitia efferri te convenit, qui itidem ut angeli internis maxime vigeas oculis : quibus clare immortalem et divinam cognitionem percipis, veritatemque ipsam exacte perspicis. Hic hosce reliquit libros : In totum Psalmorum librum varios commentarios, in Oseam et Zachariam libros quinque, in Isaiam libros duodeviginti, in Evangelium secundum Matthæum B et secundum Joannem non parvos commentarios scripsit. Insuper contra Arianos et de Spiritu sancto, aliaque scripta plurima composuit. Floruit eadem ætate Syrus quoque Aetius, qui ab eis disputator admirandus habitus est, qui diversa a nobis docent. In altercationibus quippe, verborumque contentionibus, ratiocinationibus, et fallaciis ludificantibus, valde commodus, ut qui ex professo in rebus ejusmodi studium omne consumpsisset. Et proinde quod talis esset, quodque facile quidquid sors tulisset, male feriatus de Deo theologaretur seu blatteraret potius, ἄθεος et contemptor deum appellatus est. Patria ei fuit Cœlesyria. Cujus pater cum in militia adversis rebus C conflictatus tandem interiisset, bona ejus qui tum rerum potiebatur princeps publicavit. Qua re una cum matre Aetius ad extremam redactus paupertatem, ad aurificum artem discendam se contulit (1), ut quocunque posset modo victum sibi pararet. Ea arte ubi satis usus est, propter ingenii vim ad dicendi disciplinam est conversus : Paulinumque audivit, qui ex ecclesia Tyria Antiochiam fuerat translatus. Porro mortua matre, cujus gratia aurum conformandi arti operam navaverat, totus statim in dicendi studium incubuit, brevique certamen subiens, multos disputando convicit. **717** Postquam autem Eulalius post Paulinum in Antiochena sede est collocatus, multitudo ingens motu adversus Aetium concitato, urbe eum expulit. Quo D tempore Anazarbum Ciliciæ concessit, atque ibi artem rursus suam ita, parandi victus gratia, exercuit, ut non prorsus dicendi certamen omitteret. Accidit tum, ut sophista quidam Aetii ingenium admiratus, artem suam cum eo communicandam duceret. Atque ille in sophistæ domum receptus, homini inserviens, omne (ut fieri solet) famuli ministerium præstitit. Sophista grammaticen et logicen ei tradidit. Ipsi vero cum herum ob minus rectam de divinis oraculis opinionem argueret, mercedem bene de se meritæ domus abdicationem tulit. Atque inde ejectus, cum Athanasio Anazarbi antistite vixit, apud quem evangelistas exacte

(1) Sozom. lib. III, cap. 15, Actium primum medicum fuisse dicit.

excutiens legit. Deinde Tarsum ad Antonium, Luciano martyri notum, venit. A quo Apostolum discens, satis diu cum eo, cum adhuc in presbyterorum ordine esset, mansit. Ubi vero Antonius episcopi functionem suscepit, neque jam doctrinæ, qua Aetium eradiebat, vacare posset, ille Antiochiam est reversus. Et ibi cum a Leontio adhuc presbytero (Luciani martyris et hic habitus sectator) prophetas, atque in primis Ezechielem doceretur, propter linguæ intemperantiam, et sententiæ impietatem, inde rursus est expulsus. Itaque sophisticam exercens, et certamine cum eis qui clari eo studio erant congrediens, loca multa circumiit. Postea vero et medicam artem accurate didicit. Sopolis in tali disciplina doctor ei fuit, vir in eo studio nemini secundus. Ipse etiam Aetius optimus in eo habitus, gratuito pauperes curavit. Quod si aliquando egeret, noctu ad quempiam artis suæ peritum, ne interdiu a studiis potioribus abduceretur, adibat : et aurum, quod accuratiore arte elaborandum esset, petebat : atque opere celeriter perfecto, et ab ejusdem artis opifice mercede accepta, vitam toleravit. Leontio vero ad episcopatum Antiochenum evecto, Aetius ab eo diaconus designatus, et ad munus in ecclesia docendi delectus est. At ipse diaconatum suscipere veritus, docendi functionem non rejecit. Atque ibi satis diu versatus, Alexandriam venit, Athanasium oppugnaturus. Vehementer namque de consubstantiali propugnando **718** Athanasius egit. Et cum a quibusdam ad episcopatum Aetius recipiendum delectus esset, dignitatem eam contempsit. Sane antequam Aetius ad Arianos defecisset, tametsi illi ab ὁμοούσιον *consubstantiale* profitentibus dissidebant, nihilominus tamen preces, hymnos, consilia et res prope omnes cum eis communicabant, mystico duntaxat sacrificio excepto. Ex quo autem ille primus secessionem facere cœpit, omnibus consentientis conventus, amicitiæ, et consuetudinis vinculis ruptis, in adversas eis qui in alia essent opinione maxime partes per factionem transiere. Tum vero et Eunomius Aetii sapientiæ fama adductus, ex Cappadocia Antiochiam profectus est, et Secundo se ibi conjunxit : qui illum Aetio Alexandriæ adhuc degenti, commendavit. Atque hic alter alteri obstrictus, ille quidem docens, hic autem discens, in sacris uterque desudabat doctrinis. Aetius Gallo quoque Cæsari notus fuit : cui cum religio magnopere curæ, tum viri qui sacris Litteris et ecclesiis navarent, chari fuere. Quapropter talium dissertationum causa, in hoc quoque genere disputationum, ut illi gratior esset, se exercuit. Dictus enim est Aristotelica quoque opera perlegisse, et ad eos qui talia Alexandriæ docerent frequentasse. Cæterum quod in Galli odium propter perversam suam opinionem inciderat, jussu illius utrumque ei crus perfractum fuisset, nisi Leontius Antiochenus dissuasione sua condemnationis calculum amovisset. Verum enim-

A ζεκιὴλ διδαχθείς, ἀκρασίᾳ γλώττης, καὶ τῷ δυσεσβεῖ τοῦ φρονήματος, ἐκεῖθεν ἐλαύνεται. Καὶ σοφιστεύων διῆει, εἰς ἄμιλλαν λόγων τοῖς περὶ τοῦτο δεινοῖς συμπλεκόμενος. Εἰς ἄκρον δ' ἔπειτα τὴν ἰατρικὴν ἤσκητο. Σώπολις δ' ἦν αὐτῷ τοῦ μαθήματος ὁ διδάσκαλος, ἀνὴρ ἐν τῇ τέχνῃ μηδενὸς ἔχων τὰ δεύτερα. Ἄριστος δ' ἐν ταύτῃ φανεὶς καὶ Ἀέτιος, ἄμισθον παρεῖχε τοῖς δεομένοις τὴν θεραπείαν. Εἰ δέ που καί τινος τῶν ἀναγκαίων ἐδέησεν αὐτῷ, νύκτωρ παρά τινι τῶν ὁμοτέχνων φοιτῶν, ἵνα μὴ ἡμέρας τῶν σπουδαιοτέρων ἀπάγοιτο, ὅσον τοῦ χρυσίου τεχνικωτέρας ἐδεῖτο χειρός. Τοῦτο δὲ ἄρα ἐξεργαζόμενος θᾶττον, παρὰ τοῦ ὁμοτέχνου τὸν μισθὸν ἐκομίζετο, καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον συνεῖχε. Λεοντίου δὲ τὸν τῆς Ἀντιοχείας θρόνον κληρωσαμένου, ὁ Ἀέτιος εἰς B διακονίαν ἐκείνῳ προχειρίζεται· καὶ ἐπ' ἐκκλησίας διδάσκειν προὐτρέπετο. Ὁ δὲ πρὸς μὲν τὸ διακονεῖν ὑπεστάλη· τὸ δὲ διδάσκειν ἀνεδέξατο. Ἱκανὸν δὲ διατρίψας χρόνον ἐκεῖσε ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν παραγίνεται ἀντιπνεύσων δῆθεν Ἀθανασίῳ· πολὺς γὰρ ἦν ὑπὲρ τοῦ ὁμοουσίου ῥέων. Παρά τινων δὲ, καὶ εἰς ἐπισκοπὴν προβαλλομένων αὐτὸν, ἀπηξίου. Πρὶν μὲν οὖν Ἀέτιον τοῖς ἐξ Ἀρείου συμμίξαι, εἰ καὶ τοῖς τὸ ὁμοούσιον πρεσβεύουσι διεφέροντο, ἀλλ' οὖν εὐχῶν καὶ ὕμνων καὶ βουλευμάτων, καὶ σχεδὸν πάντων, ἐκοινώνουν ἀλλήλοις, πλὴν τῆς μυστικῆς θυσίας. Ἐκείνου δὲ πρώτου τῆς διαστάσεως ἄρξαντος, λόγος τὴν ὁμόφρονα συναγωγὴν πάντας τοὺς τοιούτους φιλίας καὶ συνηθείας δεσμοὺς διαῤῥήξαντας, εἰς C ἀντίπαλον τοῖς ἄλλως δοξάζουσι μάλιστα παρασκευάσαι καταστῆναι μοῖραν· τότε δὲ καὶ Εὐνόμιος κατὰ πίστιν τῆς Ἀετίου σοφίας εἰς Ἀντιόχειαν ἐκ Καππαδοκίας Σεκούνδῳ συνέμιξεν. Ὁ δὲ αὐτὸν Ἀετίῳ συνέστησεν, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατρίβοντι ἔτι. Καὶ συνήστην ἄμφω· ὁ μὲν διδάσκων, ὁ δὲ τοῖς ἱεροῖς μαθήμασιν ἐνασκούμενος. Γνώριμος δὲ ὁ Ἀέτιος καὶ Γάλλῳ ἐγεγόνει τῷ Καίσαρι, πολὺν τῆς θρησκείας λόγον ποιουμένῳ, καὶ τοῖς περὶ λόγους ἱεροὺς καὶ ἐκκλησίας ἐσχολακόσι χαίροντι. Καὶ τῇ προφάσει τῶν τοιούτων διαλέξεων τοῦτο τὸ εἶδος ἀσκηθὲν τῶν λόγων, ἵνα μᾶλλον ἀρέσκῃ· ἐλέγετο γὰρ διὰ τῶν Ἀριστοτέλους μαθημάτων ἐλθεῖν· καὶ ταῦτα διδάσκουσι φοιτῆσαι κατ' Ἀλεξάνδρειαν· ἀλλ' εἰς ἔχθραν Γάλλῳ καταστὰς ὡς μὴ καλῶς ἐξιὼν D ζων, κελεύσει ἐκείνου κατεάγη ἂν ἐκ δυοῖν τὼν σκελοῖν, εἰ μὴ ὁ τῆς Ἀντιοχείας Λεόντιος μετεπίσας, τὴν καταδικάζουσαν ἀνεῖλε ψῆφον. Καὶ εἰ θεῖν τῷ Γάλλῳ γενόμενος, φίλος ἐν τοῖς μάλιστα ἐγένετο, καὶ πρὸς Ἰουλιανὸν ἐστάλη πολλάκις, ἡνίκα πρὸς Ἑλληνισμὸν ἀποκλίνειν ἐκεῖνον ἐμάνθανεν, ὥστε τοῦ τῆς ἀσεβείας ἀνελκῦσαι βαράθρου. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν θείων μαθημάτων ὁ Γάλλος διδάσκαλον τὸν Ἀέτιον ἐποιεῖτο. Περὶ μὲν οὖν Ἀετίου τοσαῦτα· ὅπως μέντοι ἱερωσύνης τυχὼν, οὐ μικρὸν μέρος τοῖς ἀνομοίοις καὶ ἑτεροουσίοις ἐγένετο· καὶ ὡς καθῃρέθη, καὶ εἰς ἐξορίαν ἀπῆχθη, Εὐνόμιος ἀντ' ἐκείνου πολλῷ χείρων κατέστη, τὴν αὐτοῦ συμφαντῶν φατρίαν καὶ περὶ αὐτοῦ Εὐνομίου, μικρὸν ὕστερον λέξω. Τηνικαῦτα δὲ καὶ κατὰ τὴν τῆς Ἐ-

ρίας Λαοδίκειαν δύο ἄνδρες ἦσαν ἀκμάζοντες, ὁμώνυμοι ἄμφω, πατὴρ, καὶ υἱός· Ἀπολλινάριος γὰρ ἑκάτερος ἐκαλεῖτο. Πρεσβύτερος δ' ἦν ὁ πατήρ· ὁδὲ παῖς τὴν τοῦ ἀναγνώστου τάξιν ἐπλήρου. Ἑλληνικῶν δὲ καὶ ἄμφω παιδευμάτων ἦσαν διδάσκαλοι· γραμματικῶν μὲν ὁ πατήρ, ῥητορείας δ' ἐξηγεῖτο ὁ παῖς. Ὁ δὲ γέρων Ἀλεξανδρεὺς ὡρμᾶτο. Σχολάσας δ' ἐν Βηρυτῷ, εἰς Λαοδίκειαν γῆμας, γεννᾷ τὸν Ἀπολλινάριον. Ἐπιφανίῳ δὲ τῷ σοφιστῇ συνακμάζοντες, συνεκρότουν αὐτὸν ἅτε γνήσιοι φίλοι. Θεόδοτος μέντοι ὁ τηνικάδε τὴν Λαοδικέων ἰθύνων, δείσας μὴ τῇ συνεχεῖ ὁμιλίᾳ πρὸς τὸν Ἑλληνισμὸν ἀποκλίνωσι, φοιτᾷν παρ' αὐτῷ διεκώλυεν. Ἀλλ' ἡ Ἐπιφανίου φιλία ἐπικρατεστέρα ἦν. Ἔνθεν τοι καὶ ὁ Θεοδότου διάδοχος Γεώργιος πολλὰ παθὼν διαστῆσαι αὐτοὺς, ἐπεὶ ἀνήνυτον ἐώρα τὸ σπούδασμα, τῆς ἐκκλησιαστικῆς κόινωνίας ἀφίστα. Ὁ παῖς δὲ ὕβριν λογισάμενος τὸ πραχθὲν, ταῖς σοφιστικαῖς πλεκτάναις θαῤῥῶν, καινῆς τινος αἱρέσεως καθίστατα ἀρχηγὸς, ἐπώνυμον τὸν εὑρόντα ἔχούσης. Λόγος δ' ἔχει, μὴ διὰ τὸ προειρημένον πρὸς Γεώργιον διενεχθῆναι· ἀλλ' ὅπερ ἐκεῖνος ἀλλότριον ἐδογμάτιζε, νῦν μὲν τὴν Ἀρείου συνιστῶν δόξαν, νῦν δὲ ὅμοιον τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ ὁμολογῶν, καθὰ ἐν τῇ κατὰ Σελεύκειαν συνόδῳ συνέθετο· πρόφασιν δ' ἐντεῦθεν λαβόντες, ἐκείνου δίστασαν· μηδενὸς δ' ἐκείνοις προσέχοντες, ξενίζουσαν Θρησκείαν ἐπειρῶντο εἰσάγειν· καὶ δογματίζοντες ἔλεγον, μὴ ψυχὴν ἀνειληφέναι τὸν Κύριον τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν διενεργοῦντα. Αὖθις δὲ τὸ ἄτοπον ὡς ἐν μεταμέλῳ ἐπιδιορθούμενοι, ψυχὴν μὲν εἰληφέναι προσέθεντο· μὴ ἔχειν δ' ἐκείνην τὸν ἀνθρώπινον νοῦν· ἀρκεῖν γὰρ ἀντὶ νοῦ τὴν θεότητα ἥτις τὸν ἄνθρωπον προσελάβετο. Καὶ περὶ τούτου μόνου πρὸς τοὺς ἐξ Ἀρείου καὶ Μακεδονίου διεφέροντο. Τὰ δ' ἄλλα τοῖς ἐν Νικαίᾳ τὰ ἴσα δογματίζοντες ἦσαν. Ἀλλὰ περὶ μὲν Ἀπολλιναρίου καὶ αὖθις κατὰ χώραν ἐροῦμεν.

vero Gallus in conspectum suum eum primum admissum, charum maxime habuit : et ad Lulianum crebro misit, cum illum ad Græcismum et idolorum cultum deficere intellexisset, ut scilicet hominem ex impietatis barathro extraheret. Quin et divinarum Litterarum doctorem illum Gallus instituit. Hæc de Aetio. Quomodo autem ad episcopatum evectus, non exigua pars eorum fuerit, qui τὸ ἀνόμοιον καὶ ἑτεροούσιον, hoc est, *dissimile et alterius substantiæ* docuerunt, atque etiam exauctoratus solum exsilii causa verterit : Eunomius autem multo eo deterior, factione ejus sycophantia circumventa, in locum ejus suffectus sit, et de ipso etiam Eunomio, postea dicemus. Eodem tempore Laodiceæ in Syria viri etiam duo floruere cognomines, pater videlicet et filius : utrique enim Apollinaris nomen erat. Et pater presbyteri, filius lectoris ordinem obtinebat. Ambo Græcarum disciplinarum, grammaticæ pater, rhetoricæ filius, magistri erant. **719** Senex Alexandriæ ortus, Beryti docuit : et ducta Laodiceæ conjuge, Apollinarim filium progenuit. Et cum Epiphanio sophisticam profitente, illi simul florentes, eum ut veri amici sunt complexi. At Theodotus Laodicensis tum episcopus, quod metueret ne continua illius consuetudine ad Græcam impietatem declinarent, familiaritate illius eis interdixit. Sed illis Epiphanii amicitia episcopi edictis potior fuit. Proinde et Theodoti successor Georgius, cum multa tentasset, ut illorum dirimeret conjunctionem, postquam operam suam frustra esse vidit, ecclesiastica eos prohibuit communione. Quo facto pro insigni contumelia accepto, filius sophisticis fretus capturis et argutiis, novam quamdam hæresim instituit, nomen auctoris ipsius referentem. Est et alia opinio, non ob eam quam scilicet diximus causam, illum a Georgio descivisse : sed quod Georgius aliena prorsus et absurda opinione nunc Arii defendens sententiam, nunc æqualem Patri Filium profitens, conventui Seleuciæ acto assensisset : ea Apollinares arrepta occasione, discessionem ab eo fecisse : et cum id nemo curaret, opinionem novam inducere conatos esse. Docuere autem, Dominum carnis œconomiam et functionem factis ipsis obeuntem, animam non recepisse. Ac rursum veluti absurditate ea per pœnitentiam correcta, animam quidem recepisse addidere, eam autem humanam non habere mentem. Satis namque ei pro mente divinitatem fuisse, quæ hominem assumpserit. Atque ea re una ab orthodoxis dissidentes, in aliis eadem quæ Nicænorum decretorum studiosi, sentiebant. Verum de Apollinari postea quoque loco suo dicetur.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Περὶ Θεοφίλου τοῦ Ἰνδοῦ.

Ἦν δὲ τῷ τότε πολύς τις ἐπ' ἀρετῇ καὶ λόγοις ὑμνούμενος καὶ Θεόφιλος ἐκεῖνος ὃς ἐπεκλήθη Ἰνδός· οὗ τινος μὲν ἐπάρξας αἱρέσεως, τῷ Ἀρειανικῷ δὲ μάλα προσκείμενος δόγματι. Ὃς ἐπὶ Κωνσταντίνου καθ' ὁμηρίαν ἐκ Διαβηνῶν εἰς Ῥωμαίους ἐστάλη, νέος πάνυ τὴν ἡλικίαν ὤν. Ἡ δὲ Διαβοῦς νῆσός ἐστι μεγάλη, χώρα δὲ Ἰνδικὴ διαβόητος. Θεόφιλος δὲ τῇ μακρᾷ διατριβῇ τά τε ἤθη πρὸς τὸ Ῥωμαϊκὸν μετερρύθμισε σχῆμα, ὡς καὶ τὸν μοναύλιον ἐλέσθαι βίον, καὶ εἰς διακόνου παραγγεῖλαι βαθμὸν, τοῦ Νι-

CAPUT XVIII.

De Theophilo Indo.

Fuit tum etiam propter virtutem et doctrinam magnopere laudatus Theophilus ille, qui cognominatus est Indus : non ille quidem hæresis alicujus auctor, sed Arianismo plurimum addictus. Qui sub Constantino ab Adiabenis admodum adhuc juvenis, obses in Romanorum ditionem fuerat missus. Adiabene (1) vero magna est insula, et regio Indica, celebris. Ac Theophilus consuetudine diuturna adeo mores ad Romanorum instituta conformavit, **720** ut et monasticam delegerit

(1) Apud Plin. Adiabene Assyriorum est initium, lib. VI, cap. 13.

vitam, et diaconi susceperit dignitatem, Eusebio Nicomediensi manus ei imponente. Cum autem legatio a Constantio propagandæ veræ pietatis et confirmandæ fidei gratia ad Orientales nationes mittenda esset, ambitiosa munificentia eam instituit : et princeps ejus, quem modo dixi, Theophilus designatus est. Constantius sane perquam magnifice, ut quam maxime posset gratiosum eum redderet, ad ducentos generosos e Cappadocia equos navibus impositos, aliaque insuper dona ad illos perferenda Theophilo dedit, ut scilicet illi simul et liberalitatis ejus amplitudinem et animi magnitudinem admirarentur. Et Theophilus legationem obiit, eamque ad finem debitum perduxit. Nam qui in regionibus eis regnum obtinebat, a Græca superstitione ad veræ pietatis religionem deflexit, et ecclesias tres in diversis locis erexit, non tantum quæ ab imperatore missa acceperat donis, sed maxime etiam quos ipse addiderat sumptibus per animi alacritatem cum illo concertans. Ecclesiarum istarum una in metropoli et principe urbe totius gentis, Tapharum eam nominant : secunda in loco ubi Romanum emporium erat, extrorsum ad Oceanum versum, regio Adane (1) vocatur : tertia in alia terræ ejus parte, ubi est quod Persicum emporium dicitur, in Persici maris ore constructa. Theophilus (2) porro rebus apud Homeritas ampliter dispositis, templisque eis consecratis, atque etiam pro rerum copia exornatis, in insulam Adiabenen, quam patriam ejus esse diximus, trajecit : ac deinceps in reliquam quoque Indiam transiit, multaque quæ apud eos non rite agebantur, correxit. Etenim considentes evangelicum audiebant oraculum, aliaque multa faciebant, quæ sanctiones ecclesiasticæ non jubebant. Ea omnia pulchre immutans, ad Ecclesiæ placitum morem composuit. Una saltem, et quidem maxima re incommodans, quod τὸ ἑτεροούσιον *altero — substantiale* colere docuit. Porro ex Arabia magna ad Auxumitas Æthiopes est progressus, qui in primis Rubri maris littoribus habitabant, quod Oceanus sese illi insinuans efficit : quod sane Rubrum mare, in maximam longitudinem protensum, in duos dividitur sinus. Horum alter quidem ad Ægyptum exundans procedit, ubi etiam nomen sibi suum **721** ferre desinit : quem antiquitus filii Israel Ægyptios fugientes, siccis pedibus transiere : alter ad Palæstinam excurrit, prope urbem cui vetus nomen est Aeila. In Rubri istius maris partibus exterioribus, ad sinistram Auxumitæ sunt, quorum metropolis est Auxumis. Ante hos vero ad extimum pertingentes Oceanum, Orientem versus Assyrii : apud quos etiam hanc appellationem habent, quos Alexander Macedo ex Syria pulsos, co-

κομηδείας τούτῳ τὰς χεῖρας Εὐσεβίου ἐπιβαλόντος. Δεῆσαν δὲ Κωνσταντίῳ πρεσβείαν πρὸς Ἀδιαβηνοὺς στεῖλασθαι ἐπὶ προτροπῇ εὐσεβείας καὶ στηριγμῷ πίστεως, φιλοτίμως τὴν πρεσβείαν ἐποιεῖτο· ὧν τὰ κράτιστα ἦν ὁ ῥηθεὶς Θεόφιλος. Κωνστάντιος, δὲ μεγαλοπρεπῶς καὶ ἐς τὰ μάλιστα κεχαρισμένον ποιούμενος, καὶ ἐς διακοσίους τῶν ἐκ Καππαδοκίας εὐγενῶν ἵππων πλοίοις ἔστειλε, καὶ ἄλλας δωρεὰς, ὡς θαῦμα παρασχεῖν τὸ πολυτελές τε καὶ μεγαλόψυχον. Καὶ ἐπρέσβευε μὲν ὁ Θεόφιλος, καὶ πέρας αἴσιον ἡ πρεσβεία ἐλάμβανε, τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος πρὸς τὸ τῇ εὐσεβείᾳ δοκοῦν ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς θρησκείας ἀποκλίναντος, καὶ τρεῖς ἐκκλησίας ἐν διαφόροις τόποις ἐγείραντος, καὶ βασιλικοῖς μὲν ἀναλώμασι, μάλιστα δὲ καὶ οἷς ἐκεῖνος παρεῖχεν, ἀνθαμίλλων παρέχων τὸ πρόθυμον. Τῶν δ' ἐκκλησιῶν ἡ μὲν ἐν τῇ μητροπόλει τοῦ παντὸς ἔθνους ἵδρυτο, Τάφαρον αὐτὴν ὀνομάζουσιν· ἡ δὲ ἐν ᾧ τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐμπόριον ἦν ἔξω πρὸς Ὠκεανὸν τεταμμένον· τὸ δὲ χωρίον καλοῦσιν Ἀδάνην· τὴν δὲ τρίτην ἐπὶ θάτερον τῆς χώρας μέρος, ἐν ᾧ τὸ Περσικὸν ἐμπόριον ὠνομάζετο, ἐπὶ τῷ τῆς Περσικῆς θαλάσσης στόματι. Λαμπρῶς δὲ ὁ Θεόφιλος τὰ ἐν τοῖς Ὁμηρίταις καὶ καλῶς διαθέμενος, ἱερασάμενός τε τοὺς εἰρημένους νεὼς, καὶ ὡς δύναμις ἦν ἐπικοσμήσας, ἐπὶ τὴν Διαβοῦς νῆσον, ἣν αὐτῷ πατρίδα οὖσαν ὁ λόγος ἐδίδαξεν, ἀποπλέει. Ἔπειτα καὶ εἰς τὴν ἑτέραν παρεγένετο Ἰνδικήν· πολλά τε τῶν παρ' αὐτοῖς οὐκ εὐαγῶς δρωμένων διωρθώσατο. Καὶ γὰρ καθήμενοι τῶν εὐαγγελικῶν ἠκροῶντο λογίων· καὶ ἄλλ' ἄττα ἐποίουν ἃ μὴ θεσμὸς ἐκκλησιαστικὸς ἐπιστάτει. Πάντα δὲ καλῶς μεταῤῥυθμίσας, πρὸς τὸ τῇ Ἐκκλησίᾳ δοκοῦν διηυθέτει, ἑνὶ μόνῳ τῷ μεγίστῳ ζημιώσας, τῷ τὸ ἑτεροούσιον σέβειν διδάξαι. Ἐκ δὲ τῆς μεγάλης Ἀραβίας εἰς τοὺς Αὐξουμίτας ἀπαίρει Αἰθίοπας, οἷς ἐνῳκίσατο αἱ πρῶται ὄχθαι θαλάσσης τῆς Ἐρυθρᾶς. Ἣν ἡ πᾶσαν ὁ ταύτῃ διεισκολπιζόμενος Ὠκεανὸς ἀπεργάζεται· ἡ δὴ καὶ αὐτὴ Ἐρυθρὰ ἐπὶ πλεῖστον μῆκος ἐκτεινομένη, εἰς δύο τινὰς ἀπομερίζεται κόλπους· ὧν τὸ μὲν ἐν κλύσμα ταύτης ἐπ' Αἰγύπτου [illegible] ἔνθα δὴ τελευτᾷ τὸ τὴν ἐπωνυμίαν φέρον αὐτῇ [illegible] ὃ πάλαι ποτὲ καὶ τὸ ἐξ Ἰσραὴλ φῦλον φεύγοντες Αἰγυπτίους, ἀβρόχῳ διεπεραιώθη ποδὶ τὸ ῥόθιον· θάτερον δ' ἐπὶ Παλαιστίνην ἔρχεται κατὰ πόλιν, ἣ Ἀειλὰ ἐκ παλαιοῦ ὄνομα. Ταύτης τοίνυν τῆς Ἐρυθρᾶς τοῖς ἔξωθεν μέρεσιν ἐν ἀριστερᾷ Αὐξουμῖται εἰσιν, ὧν ἡ μητρόπολις Αὐξουμις. Πρὸ δ' αὐτῶν εἰσιν ἐπὶ τὸν ἐξωτάτω καθήκοντες Ὠκεανὸν πρὸς ἀνατολὰς Ἀσσύριοι· ταύτῃ δὲ τῇ κλήσει καὶ παρ' αὐτοῖς ὄνομα φέρουσιν· οὓς Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, ἐκ Συρίας ἀναστήσας, ἐκεῖ κατῴκισεν· οἳ καὶ ἐς δεῦρο τῇ πατρίᾳ γλώσσῃ χρῶνται. Δεινῶς γοῦν εἶσιν ἅπαντες μέλανες, ὄξεία; αὐτοῖς τῆς ἀκτῖνος τοῦ ἡλίου καθαπτομένης. Παρ' οἷς ἡ τε ξυλοκασία

(1) Adane regio. Homeritæ Arabici populi sunt. (Plin. lib. VI, cap. 28.)

(2) Apud Suid. est, Theophilum hunc veluti quamdam apostolicam imaginem fuisse, qui etiam Judææ cujusdam mortuum resuscitasse dictus sit, testatumque id de eo esse Thalassium familiarem ejus, virum in quem mendacii suspicio non cederet : multosque præterea alios, qui ætate sua vixere.

gabili, in Tigrim eumdem apud Susas omnis incidit, ac nomine suo amisso, cum illo in Persicum devolvitur sinum. Id porro quod intra duo ista flumina protenditur terræ, Mesopotamiæ nomen obtinet. Enimvero Tigris et Euphrates, quibus in locis emergentes appareant, dictum est : sacræ autem Litteræ nostræ e Paradiso eos profluere, verissime commemorant. Ex eo namque fontes et primordia lympharum suarum recipientes, fortasse ad certum usque locum super terram profluunt. Deinceps vero a vasta et arenosa solitudine excepti, atque ibi in profundum per cuniculos absorpti, non prius deorsum versum currere desinunt, quam ad angusta et lapidosa ejus terræ loca pertigerint, progressumque eorum ad inferiora præcipitem solum durius et solidius præpedierit. Ubi undæ eorum continue et confertim confluentes, vi et magnitudine sua directum eos deinde cursum tenere cogunt. Qui deinde subterraneo meatu fluentes, partem aquarum eorum non minimam quæ in medio est terra carpente, minores et tenuiores jam ad ea loca perveniunt, ubi ex cuniculis in apertum erumpunt. **723** Quod illi autem occulti subterraneo cursu longissime volvantur, id non debet videri incredibile. Sunt enim et alia passim flumina et maxima et rapidissima, quæ sub terra feruntur. Apparet id ex eo sonitu, qui ad aures nostras ab eis cum strepitu et fragore ruentibus perfertur. Et nonnulli, quod cum supra eos fluvios puteos effodissent, et quod se eis inferne obtulit solum lapidosum paululum rupissent, unda perstrepens cursum sursum versum cum vi quadam moliretur, vix ab eis qui ad summum putei os constiterant, sunt retracti et recepti. Atque illa subsecuta in rivum evasit, quem nulla cœli siccitas propter vim et fluxum perpetuum turbarit. Ineffabilis namque Dei sapientia, tanquam venas quæ opus essent suppeditantes, sic aquarum procursus tum occultos tum manifestos perfecit. Unde quoque propheta David illud cecinit : *Ipse super maria fundavit eum, et super flumina præparavit eum* [1]. Maria scilicet, quam maximis terræ sinubus thesauri instar accumulans, solo eorum robustius consolidato, ad tantam vim et molem, quæ in ea inferuntur, aquarum sustinendam. Flumina autem, commoda et mirifica constitutione transitum eis liberum præbens, regionibus semper ex alto se submittentibus atque recedentibus, et ex sublimioribus ad humiliores oras aquarum ruentium momentis locum concedentibus. Idem ipse conjectura ductus, paradisum ad orientem sub æquinoctiali situm esse ait circulo. Primum ex eo, quod ad meridiem manifestum est loca fere omnia esse habitabilia, ad extremum usque duntaxat mare, quod jam sol adurit (1), anno toto radios suos in

[1] Psal. xxiii, 2.

A του μέσος ἕστηκε· καὶ πρὸς τὸν Τίγρητα ποταμὸν ὁρμήσας, οὐκ οἶός τέ ἐστιν αὐτῷ ὅλως συμμίξαι· ἀλλὰ μοῖραις τισὶν ἐν τῷ διὰ μέσου περαναλούμενος, τῇ ὑπολειπομένῃ μεγίστῃ τε οὔσῃ, καὶ ναῦς ἀνασχίσθαι δυνατωτάτῃ, τῷ Τίγρητι κατὰ Σούσα μάλιστα συμπίπτει. Καὶ δὴ τῆς ἑαυτοῦ προσηγορίας ἀποπαυσάμενος, σὺν ἐκείνῳ πρὸς τὸν Περσικὸν κατασύρεται κόλπον. Καὶ τὸ μεταξὺ τῶν δύο ποταμῶν τούτων, τοῦ τε Τίγρητος καὶ τοῦ Εὐφράτου. Μεσοποταμία τυγχάνει προσαγορευόμενον. Τίγρης μὲν οὖν καὶ Εὐφράτης κατὰ τὸ ἐμφανὲς ὅθεν ἀναδύονται, εἴρηται· ἡ δὲ ἱερὰ ἡμῶν Γραφὴ, ἐκ τοῦ παραδείσου τούτους λέγουσα ὁρμᾶσθαι, τὸ ἀληθέστατον ἱστορεῖ. Καὶ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τὰς πρώτας ἀρχὰς τῶν ῥείθρων φέροντες, ἄχρι μέν τινος προΐασιν ὑπὲρ γῆν ῥέοντες ἴσως· ἔπειτα δὲ τῆς μεγάλης ἐρήμου καὶ ἀμμωδεστάτης αὐτοὺς ἐκδεξαμένης, πρὸς τὸ βάθος ἐνταῦθα καταπινόμενοι, οὐ πρότερον ἵστανται τῆς ἐπὶ τὰ κάτω φορᾶς, πρὶν ἐπ' αὐτὸ δὴ τὸ στεγανὸν καὶ πετρώδες τῆς αὐτόθι καταντήσωσι γῆς. Στάσιν δ' αὐτοῖς τῆς ἐπὶ τὰ κάτω προχωρήσεως τῆς αὐτόθι κρηπίδος παρασχομένης, ἐνταῦθα ἤδη τῶν ῥευμάτων αὐτοῖς συναγειρομένων ὑπὸ πλήθους καὶ ἰσχύος τοῦ ἀεὶ ἐπιφερομένου, τὸ πρόσω χωροῦσιν ἐπείγοντες βιαζόμενοι. Ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ ποταμοὶ κατωρύγμενοι πορευόμενοι, μοῖραν αὐτῶν οὐκ ὀλίγην τῆς ἐν μέσῃ γῇ ὑπεξαιρουμένης, ἐλάττους ἀπαντῶσιν ἤδη καὶ ἀσθενέστεροι ἐπὶ τοὺς τόπους τῶν ἀναδύσεων. Καὶ τό γε μυχίους αὐτοὺς πλείστην ἐπιέναι γῆν οὐκ εἰκὸς ἀπιστεῖν· πολλὰ γάρ ἐστι καὶ ἄλλα ῥεύματα πανταχοῦ τῶν σφόδρα μεγίστων τε καὶ ἰσχυροτάτων ὑπὸ γῆν ἀφικνούμενα. Δῆλον δέ· ἦχός τε γὰρ ἐξ αὐτῶν ἀκούεται μέγας, οὐν ταράχῳ καὶ ῥοίζῳ πολλῷ φερομένων. Ἀλλὰ καί τινες ὑπὲρ αὐτῶν φρέατα ὀρυσσόμενοι, καὶ τῆς ἀπηντηκυίας αὐτοῖς πλάκὸς κάτωθεν, ἐπ' ὀλίγον τρώσαντες, ὑφ' ἣν τὸ ῥεῖθρον καχλάζον ἤδη τὴν ἐπὶ τὸ ἄνω φορὰν βιαζόμενον ὑπισχνεῖται, μόγις ἀνελήφθησαν ὑπὸ τῶν ἐπὶ χείλους τῆς φρεωρυχίας ἑστώτων ἀναρπασθέντες· καὶ τὸ ῥεῖθρον ἐφομαρτῆσαν, εἰς ὄχετὸν φερόμενον, ὑπ' οὐδεμιᾶς ἀνομβρίας ἔτι παραλυόμενον, διὰ τὸ τῆς χορηγίας ἀέναον. Ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ σοφία, οἱονεὶ φλέβας χορηγοὺς τῶν ἀντλουμένων, τὰς τῶν ῥείθρων διεκδρομὰς, τὰς μὲν ἀφανεῖς, τὰς δὲ προδήλους εἰργάσατο. Ταύτῃ ὅρα καὶ ὁ προφήτης ἐμελῴδησε Δαβίδ· *Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν*· ὡς τὰς μὲν θαλάττας τοῖς μεγίστοις αὐτῆς κολπώμασιν οἷον ἀποθησαυρίσας καὶ τὴν βάσιν αὐτοῖς κραταιώσας, πρὸς τὸ ἀνέχεσθαι τοσοῦτον ὄγκον καὶ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ φερομένων· τοῖς δὲ ποταμοῖς τὴν διέξοδον ἀπόλυτον ταῖς εὐμηχάνοις αὐτῆς διαθέσεσι δούς, ἀεὶ ταῖς τῶν χωρίων ὑπειγαίοις τε καὶ ταπεινότησιν, ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων ἐ

B

C

D

(1) Hæc quidem veterum prope omnium fuit opinio. Sed patrum nostrorum memoria, inceptore Columbo Ligure, nova Hispanorum navigatio magnam Africæ partem priscis hominibus ignotam, et plurimas in Oceano meridionali, et cæteras insulas habitabiles invenit. Ut satis jam constet Oceanum non esse inertis magnitudinis, sed insulis atque terris immensæ etiam magnitudi

τὰ χθαμαλώτερα τόπον τῇ ῥοπῇ τοῦ βρίθοντος ὕδα- A
τος παρασχών. Ὁ δ' αὐτὸς εἰκασίᾳ χρώμενος, κεῖ-
σθαί φησι καὶ τὸν παράδεισον κατὰ τὰς ἰσημερίας
τῆς ἠοῦς· πρῶτον μὲν, ἐξ ὧν τὰ πρὸς μεσημβρίαν
δῆλά ἐστι πάντα οἰκούμενα σχεδὸν μέχρι τῆς ἑῴ
θαλάττης, ἣν θάλατταν ὁ ἥλιος ἤδη ξυμφλέγει,
κατ' ἔτος ἐπ' αὐτῇ τὰς ἀκτῖνας ἐρείδων· καὶ ἡ διὰ
μέσου λεγομένη ζώνη τοῦτό ἐστιν· ἔτι δὲ καὶ διότι
ὁ νῦν Ὕφασις καλούμενος ποταμὸς, ὃν ἡ Γραφὴ
Φεισὼν ὀνομάζει, καὶ αὐτὸς τοῦ παραδείσου ἀναβλύ-
ζων, ἐκ τῶν ἀρκτῴων μᾶλλον τῆς ἀνατολῆς μερῶν
ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν φαίνεται ῥέων, καὶ εἰς τὸν
ταύτῃ Ὠκεανὸν τὸ ῥεῖθρον εἰσερευγόμενος, ἀντικρὺ
τῆς νήσου Ταπροβάνης· οὗ παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ
ποταμοῦ εὑρίσκεται τὸ λεγόμενον καρυόφυλλον, εἴτε B
καρπὸς, εἴτε δὲ καὶ ἄνθος τυγχάνει. Καὶ πεπιστεύ-
κασιν οἱ ἐκείνῃ οἰκοῦντες τῶν ἐκ τοῦ παραδείσου
τοῦτο δένδρον εἶναι. Καὶ γὰρ καὶ ἡ ὑπὲρ αὐτοὺς γῆ
ἔρημός τέ ἐστι δεινῶς ἅπασα καὶ ἀκαρποτάτη. Ἐκ
δὲ τοῦ φέρειν τὸν ποταμὸν τὸ ἄνθος ἐπίδηλον ἂν εἴη
ὡς οὗτος ὁ ποταμὸς ὑπὲρ γῆς ἅπας ῥέει, μηδαμόθι
καταδυόμενος· οὐ γὰρ ἂν τὸ ἐκεῖθεν φυόμενον ἠδύ-
νατο φέρειν. Ἔχει δέ τι καὶ ἄλλο σύμβολον τῆς
περὶ τὸν παράδεισον γειτνιᾶς ἐπιμιξίας. Φασὶ γὰρ
ὡς ἐάν τις τύχοι πυρετῷ λάβρῳ φλεγόμενος, εἰς τὸν
ποταμὸν βαπτισάμενος, παραυτίκα τοῦ νοσήματος
ἀπαλλάττεται. Ὁ δὲ Τίγρις καὶ Εὐφράτης, διότι
καταδύουσι καὶ πάλιν ἀνίσχουσιν, οὐδὲν ἐκεῖθεν δύ-
νανται κομίζειν, ὥσπερ ὁ Ὕφασις. Οὐδέ γε ὁ Νεῖλος·
καὶ γὰρ καὶ τοῦτον ἐκεῖθεν ῥεῖν, ἡ Μωσέως ἐπι- C
πνοια λέγει, Γαιὼν αὐτὸν ὀνομάζουσα· ὃν οἱ παρ'
Ἕλλησιν Αἰγύπτιον ἐκάλουν. Οὗτος γὰρ, ὡς ἔστι
συμβαλεῖν, ἐξορμῶν τοῦ παραδείσου, πρὶν ἐπὶ τὸ
οἰκούμενον φθάσαι καταδυόμενος, ἔπειτα τὴν Ἰνδι-
κὴν θάλασσαν ὑπελθὼν ἔτι, καὶ κύκλῳ γε αὐτὴν
περιελιχθεὶς ὡς εἰκάσαι· τίς γὰρ ἀνθρώπων ἀκρι-
βώσειε τοῦτο; καὶ ὑπὸ πᾶσαν τὴν ἐν μέσῳ γῆν
ἐνεχθεὶς μέχρι τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης· καὶ ταύτην
ὑποδραμὼν, ἐπὶ θάτερον αὐτῆς ἐκβήσεται μέρος ὑπὸ
τὸ τῆς σελήνης καλούμενον ὄρος (ἐν ᾧ δύο πηγὰς
λέγεται ποιεῖν, ἀλλήλων οὐκ ὀλίγον διεστηκυίας,
κάτωθεν βιαίως ἀναῤῥοιβδουμένας)· καὶ διὰ τῆς
Αἰθιοπίας ἐνεχθεὶς, ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον χωρεῖ, διὰ
πετρῶν ὑψηλοτάτων καταραττόμενος. Ἔτι δὲ καὶ
τοῦτο προστίθησιν ὡς ἅπαν τὸ πρὸς ἀνίσχοντα D
ἥλιον, καὶ περὶ τὴν μεσημβρίαν κλίμα, καίτοι πέρα
τοῦ μέτρου θαλπόμενον, ὅμως τὰ κράτιστα καὶ
μέγιστα φέρει τῶν, ὅσα γῆ τε καὶ θάλαττα δυνατὴ
τρέφειν. Τά τε γὰρ κήτη τὰ ὑπερμεγέθη αὐτῇ ἐνεῖ-
ναι τῇ θαλάττῃ· καὶ ἤδη ὤφθη πολλάκις ἐπιπολά-
σαντα τοῖς τὸν Ὠκεανὸν ἐκεῖνον ναυτιλλομένοις.
Ἥ τε γὰρ γῆ τοὺς ἐλέφαντας ἔχει τοὺς μεγίστους
καὶ ὑπερφυεστάτους· καὶ δὴ καὶ τοὺς παρελέφαντας
λεγομένους, ὧν τὸ γένος τὰ μὲν ἄλλα πάντα βοῦς
ἐστι μέγιστος, τὴν δὲ βύρσαν καὶ τὸ χρῶμα ἐλέφας,

id emittens. Hæc quippe est illa quæ media zona A
dicitur. Deinde quod is qui nunc Hyphasis dicitur
fluvius, in Scripturis sacris Phison nominatus, et
ipse e paradiso ortum ducens, ex arctois magis
Orientis partibus meridiem versus profluere vide-
tur, et in ejus ipsius oræ Oceanum aquas suas con-
jicere ex adverso Taprobanæ insulæ. Ad cujus
fluminis ripas invenitur quod caryophyllum voca-
tur, sive id fructus, seu flos est. Et persuasum
habent qui ibi habitant homines, arborem ejus,
ex eis quæ in paradiso sunt, unam esse. **724**
Etenim ea quæ supra eos est terra, admodum
deserta est tota et sterilis. Quod autem is fluvius
florem eum affert, satis constat illum super terram
totum ferri, neque uspiam sub terram in cuni- B
culos demitti : aliter enim, quod ibi natum esset,
perferre non posset. Habet et aliam flumen hoc
notam terrenæ cum paradiso commistionis. Fer-
tur enim, si quis febri laboret ardenti, et in flu-
mine eo mergatur, derepente eum morbo liberari.
Tigris vero et Euphrates, quod terram subeant,
et rursus emergant, non aliquid inde, ut Hypha-
sis (1), efferre possunt. Sed ne Nilus quidem :
nam et hunc ipsum inde profluere, inspiratæ Mosæ
litteræ testantur. Gæon ab ipso, a Græcis autem
Ægyptius appellatur. Hic namque, quantum con-
jicere licet, e paradiso proruens, priusquam ha-
bitabilem orbis partem attigit, sub terram cuni-
culis immissus, inde Indicum mare subit, sub quo
in orbem circumvolutus (ut conjectura est, quis C
enim hominum hæc certo asseveret et demon-
stret?) et præterea sub omni ea quæ in medio
protenditur terra, ad mare Rubrum procurrens,
ac sub eo quoque prolapsus, in alterum ejus de-
fertur litus, sub id quod dicitur lunæ promonto-
rium (ubi duos fertur efficere fontes, non parum
inter se distantes, et sursum versum magna vi et
fragore prorumpentes), et inde per Æthiopiam
provolutus, in Ægyptum procurrit, per altissimas
rupes strepitu immenso præcipitans. Addit inso-
per et illud, tractum illum orbis ad Orientem et
meridiem omnem, quantumvis in immenso ardore,
maxima tamen et robustissima ferre omnia, quæ
vel terra vel aqua gignuntur. In eo enim mari ad- D
mirandæ magnitudinis immania cete reperiuntur,
quæ sæpenumero Oceanum eum navigantibus pe-
lago innatantia et emergentia apparuerunt, et terra
ipsa elephantos habet longe maximos et vastissi-
mos : præterea eos qui spurii elephanti dicuntur,
quorum genus cætera quidem boves sunt maximi,
pelle autem et colore, ipsaque adeo magnitudine
elephanti. Sunt ibi quoque dracones sive serpen-
tes, crassitudine trabibus non minores, longitudine
ad quindecim protensi orgyas seu passus, quarum
exuviæ etiam Romam visæ sunt perferri. Et apud

(novum orbem vocant) abundare, quas homines colant, et universum orbem qui ubique sit vitalis auræ particeps, non esse inhabitabilem : id quod antiquitus etiam primum Posidonium philoso-

phum, Panætii discipulum, deinde quoque Avi-
cennam Arabem medicum observasse quorumdam
est opinio.

(1) Apud Plin. *Hypasis* est, lib. II, cap. 73.

eas gentes monoceros, seu unicornis animans, caput draconis habens. **725** et cornu non magnum quidem illud, sed tortuosum. Mentum illi omne barba obsitum, collum longum in altum protensum, et serpentis tractui quam simillimum. Reliquum corpus cervo similius : pedes autem sunt leonis, cujus effigiem coloribus expressam a pictoribus conspicere licet. Camelopardalis etiam regionis ejus est soboles, quæ quidem aliis partibus cervi magnitudinem refert, proceritate autem cameli corpus imitatur. Collum longissimum et reliquæ corporis proportioni et convenientiæ minime respondens, in altum erectum gestat : ac pelle tota a summo capite ad imos pedes versicolore, quam proxime ad pardalim accedit, pedesque priores posterioribus altiores habet. Est item apud eos qui dicitur ægopithecus, simia quædam. Plurima enim sunt simiarum genera : arctopitheci scilicet, leontopitheci, et cynocephali, et aliæ aliis multarum animantium speciebus simiarum forma permista. Quarum permultæ etiam ad nos perlatæ hoc manifesto declarant. Ex quibus etiam est is qui dicitur Pan, capite, vultu et cornibus capram referens, et ab ilibus item deorsum versum caprinis pedibus insistens, ventre autem, pectore et manibus mera simia : quem tum quoque Indorum rex Constantio misit. Quod sane animal ad tempus aliquod, cum ferretur in cavea propter ferocitatem inclusum, vixit. Ubi vero mortuum est, aromatibus condierunt exenteratum, qui ferebant, et insolitæ formæ ostentandæ gratia Constantinopolim servatum pertulerunt. Videntur autem mihi animal hoc olim vidisse Græci, eosque insolentia aspectus exterritos, deum sibi constituisse, cum solemne hoc illis esset, ut quæ fidem excellerent, ea in deos referrent. Id quod in Satyro quoque ab eis est factum, qui et ipse simia est, facie rubra, ad motum facilis, et caudam habens. Quin et Sphinx ex genere simiarum est : cujus reliquum corpus, ut aliarum simiarum, hirsutum est, pectus autem ad collum usque glabrum. Mammas porro mulieris habet : totumque corpus, qua nudum est, rubra quædam et tenuis, minii specie, eminentia in orbem circumdat, et multum decoris atque gratiæ colori, qui in medio humanus est, conciliat : facies plusculum rotunda et acuta est, **726** et ad muliebrem inclinans formam. Vox itidem prorsus humana, sed non articulata, celeriter cum quadam quasi indignatione et dolore obscurum quiddam vociferanti similis : gravior autem est et molestior, si ea acuetur. Ipsum porro animal ferum admodum est, astutum et malevolum, neque adeo facile domatur. Hoc antiquitus mihi videtur Thebas Bœotiæ esse apportatum : et cum forte in quosdam, qui ad spectaculum ejus confluxerant, insiluisset, et vultus eorum unguibus deformasset, non ferentem Œdipum civium suorum contumeliam, feram interemisse, et nomen inde illustre retulisse. Cæterum fabulæ

καὶ σχεδὸν εἰπεῖν, καὶ τὸ μέγεθος. Ἀλλὰ καὶ δράκοντες ἐν τούτοις εἰσὶ, πάχος μὲν δοκῶν οὐκ ἐλάττους, τὸ δὲ μῆκος εἰς τε πυρατεινόμενον ὀργυιάς. Καὶ γὰρ καὶ δοραὶ τούτων ἐς Ῥωμαίους ὤφθησαν διακομισθεῖσαι. Ὅ τε μονόκερως τὸ ζῶον παρ' αὐτοῖς ἐστι, τὴν κεφαλὴν μὲν δράκοντος φέρων, κέρας δὲ σκολιὸν αὐτῷ πέφυκεν, οὔτι σφόδρα μέγα. Ὃ δὲ ἀνθρεὼν αὐτῷ πώγωνος ὑποπίμπλαται ἅπας· μακρὸς δὲ ὁ τράχηλος εἰς ὕψος ἀνατεινόμενος, ἐλκῷ δράκοντος ἐγγύτατα παραπλήσιος. Τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ἐλάφῳ προσέοικε μᾶλλον· τοὺς δὲ πόδας λέοντος ἔχει· καὶ ἔστι γε αὐτοῦ τὸ ἐκτύπωμα ὁρᾶν, χρώμασιν ἱστορούμενον. Καὶ δὴ καὶ ἡ καμηλοπάρδαλις τῆς ἐκείνῃ γέννημα χώρας· ἡ τὰ μὲν ἄλλα ἔλαφός ἐστι μεγίστη, καμήλου δὲ τὸ ὕψος ἐνείδωκε τὸ σῶμα μιμεῖσθαι. Τὸν μέντοι αὐχένα μήκιστον καὶ ὑπὲρ τὴν ἀναλογίαν τοῦ λοιποῦ σώματος φέρει εἰς ὕψος ἀνορθούμενον. Ἀλλὰ καὶ τὴν δορὰν ἅπασαν ἀπὸ κεφαλῆς ἄκρας ἕως ἰσχάτων ποδῶν παρδάλει μάλιστα τὴν ποικιλίαν προσφερεστάτην ἔχει· καὶ τοὺς ἔμπροσθεν πόδας ὑψηλοτάτους τῶν ὀπισθεν. Παρ' αὐτοῖς δέ ἐστι καὶ ὁ λεγόμενος αἰγοπίθηκος, πίθηκός τις ὤν· μυρία γάρ ἐστι γένη πιθήκων· ἀρκτοπίθηκα γάρ εἰσιν ἐν αὐτοῖς, καὶ λεοντοπίθηκοι, καὶ κυνοκέφαλοι, καὶ ἄλλαις πολλῶν ζώων ἰδέαις τῆς πιθηκείας μορφῆς ἐπιμιγνυμένης, ὡς καὶ πολλὰ ὄφλα καθίστασθαι παρ' ἡμῖν κομιζόμενα· ἐν οἷς ἐστι καὶ ὁ ἐπικληθεὶς Πὰν, ὃς τὴν μὲν κεφαλὴν αἰγοπρόσωπός ἐστι, καὶ αἰγόκερως, καὶ ἐκ λαγόνων τὰ κάτω αἰγοσκελής· τὴν δὲ κοιλίαν καὶ τὸ στέρνον καὶ τὰς χεῖρας καθαρὸς πίθηκος· ὃν καὶ ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς τηνικαῦτα Κωνσταντίῳ ἀπέστειλεν. Ὃ δὴ ζωὴν ἔζη μὲν φερόμενον ὄχρι τινὸς, ἐν τινι πλέγματι διὰ τὸ θηριῶδες εἰργμένον· ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε, ταριχεύσαντες αὐτὸ οἱ κομίζοντες, θεάματος παρασχεῖν ἀσυνήθους εἰκόνα, μέχρι τῆς Κωνσταντίνου διασώσαντο πόλεως. Καί μοι δοκοῦσι τὸ ζῶον τοῦτο Ἕλληνες πάλαι ἰδεῖν, καὶ ἐκπλαγέντες τῷ ξένῳ τῆς θέας, θεὸν σφίσι νομίσαι, εἰθισμένον αὐτοῖς παράδοξα θεοποιεῖν· ὥσπερ δὴ καὶ τὸν Σάτυρον. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο πίθηκος, ἐρυθρὸς τὸ πρόσωπον καὶ γοργὸς τὴν κίνησιν, καὶ οὐρὰν ἔχων. Καὶ ἡ σφὶγξ καὶ ἡ σφὶγξ γένος ἐστὶ πιθήκων· ἧς τὸ μὲν ἄλλο σῶμα λάσιόν ἐστιν, ὡς τοῖς λοιποῖς πιθήκοις, τὸ στέρνον ἄχρι γε αὐτοῦ τοῦ τραχήλου ἐψίλωται. Μαζοὺς δὲ γυναικὸς ἔχει, ἐρυθροῦ τινος βραχὺς κεγχροειδοῦς ἐπαναστήματος ἅπαν ἐν κύκλῳ τὸ γυμνωμένου τοῦ σώματος περιθέοντος, καὶ εἰς πολλήν τινα εὐπρέπειαν ἀνθρωποφανεῖ ὄντι τῷ ἐν μέσῳ χρώματι συναρμοζομένου· τό τε πρόσωπον ἐνεστρογγύλωται μᾶλλον, καὶ εἰς γυναικείαν ἕλκει μορφήν. Ἥ τε φωνὴ ἐπιτεικῶς ἀνθρωπεία, πλὴν ὅσον οὐκ εἰς ἄρθρα διαιρουμένη, ἀλλά τινι ταχίως καὶ οἷον μετά τινος ὀργῆς τε καὶ ἀχθηδόνος ἄσημα ὑποφθεγγομένης προσοικυία· βαρυτέρα τε μᾶλλόν ἐστιν ὀξυνομένη. Ἄγριόν τέ ἐστι δεινῶς τὸ θηρίον καὶ πανουργότατον, καὶ οὐδὲ ῥᾳδίως τιθασσευόμενον. Ταύτης εἰς Θήβας μοι δοκῶ τῆς Βοιωτίας πάλαι κομισθείσης, καί τισιν ἴσως τῶν ἐπὶ θέᾳ συν-

ἐρρυηκότων ἐφαλλομένης· καὶ τοῖς προσώποις λυ- A μηναμένης, δεινὸν ποιησάμενος ὁ Οἰδίπους τὰς τῶν ὁμοφύλων λύσσας, καταφονεῦσαι τὸ ζῶον καὶ ὄνομα λαμπρὸν ἐκεῖθεν λαβεῖν. Καὶ αὐτὸν ὁ μῦθος εἰς ἀνδρείαν κοσμῶν, ὑπόπτερον μὲν τὸ θηρίον ἀναπλάττει, διὰ τὸ ὀξέως ἐπιπηδᾷν· στέρνον δὲ γυναικὸς ἐφαρμόττει, καὶ τὸ σῶμα λέοντος· γυναικὸς μὲν, διὰ τὸ πρόχειρον τῆς γυμνώσεως καὶ πρὸς τὸ γυναικεῖον εἶδος ὁμοιώσεως, λέοντος δὲ, διὰ τὸ θηριῶδες, καὶ ὅτι κατὰ τὸ πλεῖστον τοῖς τέτρασι τυγχάνει ποσὶν ἐρειδόμενον. Λόγου δὲ τῷ θηρίῳ μετέδωκε τὸ πλάσμα, διὰ τὸ τῆς φωνῆς ἀνθρωποειδές· αἰνιγματῶδες δὲ, διὰ τὸ ἄσημα φθέγγεσθαι. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν· πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα σύνηθες τοῖς Ἕλλησι πρὸς τὸ μυθῶδες ἀναπλάττειν. Ἡ αὐτὴ δὲ χώρα καὶ ὄνους ἀγρίους μεγίστους τε τῷ μεγέθει B φέρει, καὶ τὴν δορὰν κατὰ τὸ ξενίζον πεποικιλμένους, λευκοῦ σφίσι καὶ μέλανος χρώματος οὐ κατὰ μικρὸν συμποικιλλομένου· ἀλλὰ ζῶναί τινές εἰσιν ἀπὸ τῆς ῥάχεως ἐπὶ τὰς πλευρὰς καὶ τὴν κοιλίαν καθήκουσαι, καὶ ἐνταῦθα δὴ σχιζόμεναι καὶ κατά τινας περιφερείας ἀλλήλαις ἐνελιττόμεναί, θαυμαστήν τινα καὶ ξένην ἀπεργάζονται πλοκὴν καὶ ποικιλίαν. Ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ ὁ φοῖνιξ, τὸ πολυθρύλλητον πτηνὸν, παρ' αὐτοῖς τυγχάνει γινόμενος. Καὶ μὲν δὴ καὶ τὴν ψιττάκην ἐκεῖθεν ἴσμεν κομιζομένην· ὁ τῶν ὀρνέων ἐστὶ λαλίστατον, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης γλώττης μιμητικώτατον· καὶ τοὺς ποικίλους δὲ καὶ καταστιγεῖς ὄρνις, οὓς γαράμαντας ἐπικαλοῦσί τι- C νες, ἀπὸ τοῦ ἔθνους οὗ μάλιστα πλεῖστοι κομίζονται, τὴν ἐπωνυμίαν θέμενοι. Καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα διαφανῶς ὑπερφυέστατα φύεται, ὧν τὸ πλῆθος ἡ διήγησις ὑποστέλλεται. Ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσὸς ἐνταῦθα γεννᾶται ὁ καθαρώτατος, χρυσιτίδων οἱονεὶ τριχῶν αὐτοφυῶν τῆς ἐκείνῃ γῆς ἀναδιδομένων, καὶ ἐπ' ἀλλήλας κειμένων, καὶ ἐπίδηλον αὐτῷ τὴν γένεσιν παρεχομένων. Καὶ καρποὶ δὲ κάλλιστοί τε καὶ μέγιστοι· ὧν γνώριμα καὶ τὰ κάρυα. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς Ὁμηρίταις κλίμα πᾶν μέχρι τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ὅς τοῦ ἐναυτοῦ ἀναδίδωσι τοὺς καρποὺς· ἐξ οὗ καὶ τὴν χώραν Ἀραβίαν εὐδαίμονα προσηγόρευσαν. Καὶ ὅλως ἡ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἅπασα γῆ μακρῷ τῆς ἄλλης ἐν πᾶσι διαφέρει. Ὁ δὲ παράδεισος ἁπάσης τῆς ἑῴας τὸ κράτιστόν τε καὶ καθαρώτατον ὑπάρχων, καὶ τοὺς ἀέρας ἀκραιφνε- D στάτους καὶ καλλίστους ἔχων, καὶ τοῖς διαφανεστάτοις ὕδασι καταρδόμενος, ὅλον ὡς ἀπαραβλήτῳ ὑπεροχῇ τῆς ὑφ' ἡλίῳ πάσης ἐν πᾶσι τὸ κρεῖττον φέρει, τῆς ἔξωθεν θαλάσσης κατ' ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον αὐτῷ περικλυζομένης. Ταῦτα μὲν εἰ καὶ παρεκβατικώτερα εἴρηται, ἀλλ' ἀναγκαῖα, οἶμαι, δόξει τοῖς φιλομαθεῖν ᾑρημένοις. Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι παρὰ τούτους ἐγένοντο, ἱκανοὶ καὶ νοεῖν καὶ λέγειν ἐν ἱεροῖς γράμμασιν· οὓς ἅπαντας ἀριθμεῖν ἐργῶδες, καὶ τῆς προκειμένης πραγματείας ἐκτός. Μή τῳ δὲ γενοίμην ἐν σκώμματι, οἷς τινας ἀρχηγοὺς ἢ καὶ σπουδαστὰς αἱρέσεων γενομένους, τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀρίστως φιλοσοφήσασι, διεξῆλθον· οὐ γὰρ περὶ πίστεως καὶ δόξης ἡ κρίσις ἡμῖν ἀρτίως· ἀλλ' ὅτι δεῖ-

OEdipo fortitudinis laudem adornantes, alas belluæ isti affingunt, quod celeriter in obvios involaret. Eædem illi pectus mulieris et corpus leonis accommodant : illud propter nuditatis commoditatem et muliebris formæ similitudinem, hoc propter ferocitatem, et quod plurimum quatuor insistat pedibus. Sermonem quoque ei figmentum tribuit, quod vox ejus humanæ conformis esset : tribuit et ænigmata, quod obscura et non intellecta vociferaretur. Neque hoc mirum est ; nam et multa alia Græci fabulis fingendis mutare consueverunt. Hæc eadem regio et asinos feros magnitudine ingentes fert, pelle mirifice præter morem versicolores : albo scilicet et nigro colore admodum inter se variatis, et zonæ quædam a summa dorsi spina ad latera et ventrem demissæ, atque ibi divisæ, et conversionibus quibusdam inter se implicatæ, mirificam et novam efficiunt plicaturam et varietatem. Sedenim et phœnix, decantatissima illa volucris, apud eos est : et psittacum inde ad nos apportari scimus, avium loquacissimam, et ad æmulationem humanæ vocis accommodatissimam. Et item varias punctisque distinctas aves, quas quidam garamantas vocant : nomine a gente, unde plurimæ afferuntur, eis imposito. Plurima porro alia aperte eximia et præstantia ibi gignuntur, quorum multitudinem præsens commemoratio reformidat. Nam et aurum hic nascitur purissimum, quasi quibusdam aureis capillamentis sponte sua e terra exsistentibus quæ sibi invicem imposita jacent, et manifestum proventum præbent. **727** Sunt etiam ibi fructus tum pulcherrimi, tum maximi : ex quibus nota sunt carya. Verum enimvero et tractus earum gentium, quæ supra Homeritas sunt, usque ad mare Rubrum, bis anno fructus edit : unde et regionem eam Arabiam Felicem cognominarunt. Et omnino cuncta quæ ad orientem solem est ora, longe reliquam terram rebus omnibus excellit. Paradisum autem, quem extremum mare Orientale alluit, cum totius Orientis pulcherrimus et purissimus sit, cœlum lætissimum amœnissimumque habens, et aquis pellucidissimis rigetur, satis constat incomparabili præstantia, quam terram quæ sub sole est omnem, omnia gignere et ferre meliora. Atque hæc tametsi per digressionem sunt extra institutum argumenti dicta, tamen necessaria, ut puto, esse videbuntur doctrinæ piæ et liberalis studiosis. Præter hosce vero et alii plures exstitere viri, qui sacras Litteras probe intellexerunt, et de eis copiose disseruerunt. Eos autem omnes recensere, præterquam quod præsentis operæ non est, difficile fuerit. Sedenim nemo me recte reprehenderit, quod nonnullos hæreticarum sectarum auctores aut sectatores, inter eos viros qui optime de sacris religionis professionisque nostræ senserunt atque scripserunt, commemorarim. Non enim nunc de fide nobis et opinionibus eorum judicium sumpsimus : sed propterea tantum mentio-

nem talium virorum, quod ab eloquentia gravi et festiva multum valuerint, intulimus. Minime namque, sicuti diximus, constitutum nobis est, de dogmatibus sententiam ferre : sed simpliciter ita, ut quæque res suo tempore sese dedere, exponere decrevimus, nihil ex arbitrio nostro temere adjicientes. De opinionibus sane quidem aliisque ejusmodi rebus manifesta propalam exstat veritas. Atque de eis, quibus hoc per leges concessum est, judicium ferant. Porro qui tempestate ea virtute insigni et eruditione præclara excelluere, ii sunt. Deinceps vero posteros quoque loco suo recensebimus.

A νοὶ λέγειν καὶ περὶ γλῶτταν ἀστεῖοι ἐγένοντο, δίειμι οὐδὲ γὰρ τὸ προκείμενον ἡμῖν φιλοκρινεῖν δόξας, ἀλλ' ἁπλῶς οὕτω τὸ χρόνῳ παρεμπεσὸν ἀφηγεῖσθαι, ὥσπερ δὴ καὶ ἐγένετο, μηδὲν οἴκοθεν ἐπεισάγοντα. Περί γε μὴν δόξης καὶ τῶν λοιπῶν πρόδηλος ἡ ἀλήθεια. Καὶ οἷς θέμις περὶ τούτων κρινέτωσαν. Ὅσοι μὲν οὖν ἐπί τε ἀρετῇ καὶ λόγων παιδείᾳ τοῖς χρόνοις ἐπίσημοί τε καὶ περιβόητοι ἐγένοντο, οὗτοι ἦσαν· ἑξῆς δὲ κατὰ χώραν καὶ τοὺς ἐπιγενομένους ἐκθήσομαι.

CAPUT XX.

De egregio in Christianam religionem filiorum Constantini magni studio, et de opinionibus eorum : et ut aliquantulum Constantius transversim actus fuerit, et de dissidio seu contentione super consubstantiali et similisubstantiali : et de figmento Arianorum.

B

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Περὶ τῆς εἰς τὴν εὐσεβῆ θρησκείαν τῶν παίδων τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου σπουδῆς, καὶ περὶ τῆς δόξης αὐτῶν, καὶ ὡς μικρὸν παρεσύρη Κωνστάντιος· καὶ περὶ τῆς διαφορᾶς τοῦ ὁμοουσίου καὶ ὁμοιουσίου καὶ τοῦ πλάσματος τῶν Ἀρειανῶν.

728 Nunc autem rursus historiam institutam prosequamur. Non solum igitur quos diximus Dei amantes viri, vita et sapientiæ studio pollentes, religionem novis exercitiis adaugentes cohonestarunt : sed etiam imperatores ipsi æmulatione paternas res ecclesiasticas et divinum cultum in deliciis habuere. Clerum enim Dei ejusque liberos et propinquos insignibus honoribus et immunitatibus decorarunt, bonisque et honestis patriis legibus alios et ipsi pro suo in Deum amore, ad religionem adduxerunt. Qui sane omnes idolorum cultum simulacrorumque curam sustulerunt : et ubique locorum claustra Græcorum templis imposita sunt, quædam etiam in materiæ rationem a nostris revocata, et funditus statim diruta. Nec parvo illis studio fuit, sacra ecclesiarum delubra temporis diuturnitate pene collapsa restituere, quædam etiam ex ipsis fundamentis construere. Quorum unum est et pulchritudine et magnitudine aliis multis præstantius, quod apud Emesam Constantius condidit. Ad hæc lege sanxerunt (1), ne quis Judæus mancipium Christianum, cujuscunque tandem sectæ, ære et libra emptum haberet. Si qui aliter fecisse compertus esset, servum eum publicum fore. Quod si eum circumcidisse deprehensus esset, capitis supplicium eum subiturum, bonis ejus publicandis. Cum enim constitutum in animis suis haberent, Christianum cultum propagare, hoc etiam maxime providerunt, ut ne temere a Judæis aliqui in religionem suam pertraherentur, sed potius veræ Ecclesiæ omnes, de quibus aliqua spes esset, conservarentur, et Christiani fierent. Christiana enim pietas ex Græcis et gentilibus magis incrementa sua capiebat. Verum enimvero primum Constantini filii paternam opinionem integram certamque servarunt : et uterque acer Nicænæ fidei laudator fuit. Constans quidem ad finem usque in ea perstitit. **729** Constantius

C

D

Ἡμεῖς δὲ αὖθις τῆς προκειμένης ἱστορίας ἐχόμεθα. Οὐ μόνον οὖν οἱ προειρημένοι θεοφιλεῖς ἄνδρες βίῳ καὶ ἄλλως σοφίας λόγῳ πολλῷ διαφέροντες τὴν θρησκείαν ἐγείραιρον, τοῖς ξένοις ἐπιτηδεύμασιν αὔξοντες· ἀλλ' ὅτι καὶ οἱ τηνικάδε κρατοῦντες, κατὰ ζῆλον πατρῷον ἐν πολλῇ τῇ ῥᾳστώνῃ περὶ τὰς ἐκκλησίας καὶ τὸ σέβας εἶχον. Τούς τε γὰρ ἐν κλήροις Θεοῦ, καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων, καὶ ὅσοι ἀγχιστεύοντες ἐκείνοις ἦσαν, τιμαῖς ἐξαισίαις καὶ ἀτελείαις ἐσήμυνον, τοῖς καλοῖς τε καὶ ἀγαθοῖς πατρικοῖς νόμοις ἑτέρους καὶ αὐτοὶ θεοφιλῶς προστιθέντες. Οἳ δὴ πάντες ἀνῄρουν τήν τε τῶν εἰδώλων λατρείαν, καὶ τὸ τῶν ξοάνων ἐπιμελές. Κλεῖδες γὰρ ἁπανταχοῦ τοῖς Ἑλλήνων ναοῖς ἐπετίθεντο. Ἦσαν δὲ οἳ καὶ ὅλης λόγον ἐπεῖχον τοῖς ἡμετέροις, εὐθὺς ἐκ βάθρων λυόμενα. Οὐ διὰ μικρά, δ' ἣν ἐκείνοις σπουδῆς καὶ τοὺς χρόνῳ κεκμηκότας τῶν θείων σηκῶν παρασκευάζειν ἠδέ, τοὺς δ' ἐκ κρηπίδων αὐτῶν ἀνιστᾷν· ὧν εἷς ἐστι κάλλει καὶ μεγέθει τῶν πολλῶν ὑπερφέρων καὶ κατὰ τὴν Ἔμεσσαν Κωνσταντίῳ ἀνεγερθείς. Ἐπὶ τούτοις ἐνομοθέτουν, μή τινα Ἰουδαϊκῇ Θρησκείᾳ συζῶντα δοῦλον ὠνεῖσθαι ἐξ οἵας δή ποτ' οὐσίας ὄντα. Εἰ δ' οὖν φωραθέντα, αὐτὸν ἐκείνου δημόσιον δοῦλον καθίστασθαι. Εἰ δὲ λάθοι περιττὴν ζημίαν ἐκείνῳ εἶναι τὴν τῆς κεφαλῆς ἐκτομήν, καὶ τὰ τὰ ὄντα τῷ δήμῳ ἀνεῖσθαι· ἠρημένοι γὰρ τὸ σέβας ἐπιδιδόναι, καὶ τούτου δὴ μάλιστα προύνόουν, ὥστε μὴ ὡς ἔτυχέ τινας ὑπὸ Ἰουδαίων ἐφέλκεσθαι, τῇ δ' ἀληθεῖ Ἐκκλησίᾳ ταμιεύεσθαι, καὶ ὅσοι τινὲς ἐν ἐλπίσιν ἦσαν χριστιανίζειν. Ἡ γὰρ τῶν Χριστιανῶν θρησκεία ἐξ Ἑλλήνων μᾶλλον τὴν ἐπίδοσιν εἶχεν. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ τὰ πρῶτα ἀθιγῆ τὴν πατρῴαν δόξαν οἱ παῖδες Κωνσταντίνου ἀσφαλῶς ἐφρούρουν· καὶ ἄμφω γὰρ διάπυροι ἐπαινέται τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως ὄντες ἐτύγχανον. Καὶ Κώνστας μὲν ἄχρι τέλους ἐν ταύτῃ παρέμεινεν· ὁ δέ γε Κωνστάντιος μέχρι μέν τινος ἐκείνοις εἵπετο, εἰσέπεσε δὲ τῇ τοῦ ὁμουσίου σαλευομένης λέξεως, μικρόν τι τῆς

(1) Constantini l. unica est. C. *Ne Christian. mancip.*, l. *Deo nobis*, §. *His ita dispositis*. C. De episc. et cler.

δοσθαι πρὸς τῆς διακόνου χρήμασιν ἐκεῖθεν ὑποφθαρείσης· φθάσαν τὸ Θεῖον, τὴν ἐπιβουλὴν κατεμήνυεν. Ὁ δ' ἀλλαχοῦ μετεχώρει. Ἐκείνη δ' ὡς ψευδῆ τῶν δεσποτῶν κατειποῦσα, πληγὰς ἐλάμβανε· πολὺ γὰρ ἦν τὸ δεινὸν τοῖς φωραθεῖσι κρύπτειν τὸν Ἀθανάσιον, ὡς ταῖς βασιλικαῖς προσταγαῖς ἀντιπράττουσι, καὶ τὸ πολιτεύεσθαι καλῶς ἀφανίζουσι. Καὶ πολλοὶ διὰ τοῦτον δεινῶν ἐπειράθησαν. Παραπλήσιον δέ τι καὶ ἄλλο τούτῳ ἐπισυνέβη· τῇ γὰρ αὐτῇ αἰτίᾳ ἐπὶ Αἴγυπτον δῆθεν φεύγων, τὸν Νεῖλον ἀνέπλεεν. Ἐπεὶ δὲ, τὸν δρασμὸν καταμηνυσάντων τινῶν, ἐδιώκετο, ἄνωθεν τὸ γινόμενον ἐμυεῖτο· καὶ τοὺς πλωτῆρας ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν μᾶλλον ἀναστρέφειν ἐκέλευεν. Παραμείψας δὲ τοὺς διώκοντας τῷ κατάγεσθαι, τῷ τῆς πόλεως ὁμίλῳ συμμιγὴς διελάνθανε καὶ ἐσώζετο. Ἐκ τοίνυν τῶν τοιούτων οὐ πρὸς τῶν ἑτεροδόξων μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν Ἑλληνιστῶν, ὡς γοητείαις χρώμενος διεβάλλετο· καὶ γάρ ποτ' ἐπὶ τὴν πόλιν προϊόντος αὐτοῦ, κορώνη τὸν ἀέρα διανηχομένη ἀνέκραξε. Πλῆθος δὲ συνεστὼς Ἑλλήνων, ἀποσκώπτοντες οἷάπερ γόητα, διηρώτων τί ἂν ἡ κορώνη λαλοίη. Τὸν δ' ἠρέμα ἀστεῖον καὶ μάλα ἡδὺ γελάσαντα, Κρᾶς, φησὶ, λέγει· ὃ τῇ Ῥωμαίων φωνῇ σημαίνει τὸ αὔριον. Αἰνίσσεται δ' ὡς ἡ αὔριον ὑμῖν οὐ καλῶς ἀπαντήσει· κέλευσμα γὰρ ἐκ βασιλέως ἧκον, τὴν ἑορτὴν ὑμῶν ἐφέξει· καὶ ἀηδῆ τὰ τῆς λαμπρότητος ἔσται ὑμῖν. Τὸ δ' ἀστεῖον Ἀθανασίου πέρας εἶχεν εὐθύς· βασιλέως γὰρ καταφοιτήσαντα γράμματα παρηγγύα τοῖς ἄρχουσι, τοῦ λοιποῦ κωλύειν τοὺς Ἕλληνας ναοῖς παραβάλλειν, καὶ ὡς ἔθος τῇ σφῶν θρησκείᾳ τὰς ἑορτὰς ἐκτελεῖν. Καὶ ἡ ἐπὶ θύραις αὐτῶν περὶ πλείστου οὖσα τοῖς Ἕλλησι καὶ σεβάσμιος μάλιστα ἑορτὴ τηνικαῦτα ἐλύετο· καὶ ἔκτοτε οὐδαμῶς ἐπράχθη. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀποχρήσει δεῖξαι, ὡς θεῖος μάλιστα ἦν ὁ ἀνὴρ, καὶ προφητικοῦ ἠξιωμένος χαρίσματος· φυγόντος δ' ὡς εἴρηται, ὁ ὑπ' αὐτὸν κλῆρος τὰς ἐκκλησίας κατεῖχεν· ἕως οὗ τοῖς Γεώργιον προσδοκῶσιν ὁ ὕπαρχος ἥκων μετὰ στίφους παρέδωκεν. Ἐς ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸς ἐλθὼν, κατέσχεν αὐτάς. Μὴ κατὰ σχῆμα δὲ καὶ ἦθος ἱερέως πολιτευόμενος, φοβερός τις ἐπετήδευεν εἶναι. Τοῖς δ' Ἀθανάσιον ἐπαινοῦσι καὶ μάλα θηριώδης ἦν, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας σύρων, οἷά τις ὠμὸς τύραννος δεσμοῖς περιέβαλεν· ὑφ' ὧν εἰς κοινὸν μῖσος ἐμπεσὼν τῷ δήμῳ μικροῦ ἂν διώλλυτο, εἰ μὴ τὸν κίνδυνον διαδράς, ἐς βασιλέα ἀνέτρεχεν. Οἱ δὲ τὰ Ἀθανασίου φρονοῦντες τὰς ἐκκλησίας κατέσχον, κἂν οὐκ ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ· ὁ γὰρ τῆς Αἰγύπτου στρατηγὸς ἀφελόμενος, αὖθις τοῖς Γεωργίου ἀπέδοτο. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὸς ἧκε, φοβερώτερος μὲν γεγενημένος, μισούμενος δὲ πλέον, ἅτε δὴ τὸν βασιλέα κεκινηκὼς εἰς θυμὸν κατ' αὐτῶν. Δύσπιστος δὲ καὶ τύφου μεστὸς διεβάλλετο· καὶ παρὰ τῶν Αἰγυπτίων μάλιστα μοναχῶν, οἷς εἵποντο μᾶλλον τὰ πλήθη, καὶ ἃ λέγειν ἀλήθειαν ᾤοντο· ὅτιπερ ἀρετὴν ἀσκοῦντες, φιλοσόφως διήνυον. Καὶ τὰ μὲν Ἀθανασίου συλλήβδην εἰπεῖν ἐπὶ Κωνσταντίου δια-

A præter ancillam conscio: quæ quod fidelis esse videretur, ad usus necessarios ei inserviebat. Postquam autem in hoc magno studio adversarii incubuere, ut virum vivum caperent, et ancilla ea, pecunia ab illis corrupta, mercede eum proditura erat: præveniens Deus insidias ei indicavit. Ita ipse alio concessit: at illa ut quæ contra heros suos falsa dixisset, plagas reportavit. Gravis siquidem eis constituta fuerat pœna, qui Athanasium celare comperti fuissent, ut qui contra imperatoria jussa niterentur, et rectam reipublicæ administrationem tollerent. Multi sane eo nomine res duras sunt experti. Persimile quiddam alio quoque ei tempore evenit. Eamdem namque ob causam in Ægyptum profugiens, adverso navigabat Nilo. Cum autem B fuga ejus indicata, quidam eum persequerentur, cœlitus id cognovit, et nautas atque vectores Alexandriam redire jussit: et in descensu persecutoribus suis præteritis, populi deinde turbæ in urbe frequentissima mistus, latuit incolumisque permansit. Quapropter non solum Ariani, sed et Græci atque gentiles eum, ut magum et præstigiatorem, tales ob res criminati sunt. Aliquando namque urbem eo ingrediente, cornix in aere volans crocitabat: et Græcorum quæ illic **763** stabat turba, scommate eum veluti impostorem persequens, quidnam cornix diceret, interrogavit. Et ille perquam urbane et suaviter ridens, Cras, inquit. Quod Latino sermone diem crastinum significat. Porten C dit autem, crastinum diem vobis non bene cessurum. Mandatum enim ab imperatore veniens festum diem vestrum inhibebit, et magnificentia vestra injucunda vobis erit. Porro id Athanasii dictum exitum suum confestim habuit. Ab imperatore enim litteræ venere, quibus magistratus jubebantur, de cætero Græcos prohibere, ne ad templa accederent, et more superstitionis suæ dies festos peragerent. Et celebritas ea quæ jam aderat, et ab illis plurimi fiebat, venerationeque maxima colebatur, tum soluta est, neque postea peracta. Declarare hæc satis possunt, divinum eum virum, et prophetici doni non expertem fuisse. Ipso autem, ut dictum est, profugo, clerus ejus ecclesias tenuit: donec adveniens dux cum armatis, Georgium ex- D spectantibus eas tradidit, et ipse postea Georgius adveniens occupavit. Is quod non apparatu aut more episcopi administrationem suam institueret, terribilem se exhibuit. In Athanasii autem laudatores ferus admodum fuit, ac viros simul et mulieres arripiens, tanquam sævus tyrannus, in vincula conjecit. Quamobrem publicum populi odium in se concitavit. Periisset certe quidem, nisi periculo vitato ad imperatorem procurrisset. Ibi tum sectatores Athanasii ecclesiis præfuere, quamvis ad breve tempus. Præfectus namque Ægypti, illis ejectis, eas factioni Georgii restituit. Nec longe post et ipse rediit, terribilior quidem quam antea, non minus autem

omnibus invisus, quippe qui imperatorem ad iram contra eos commovisset. Infidelis vero, et fastu plenus a plerisque increpitus est: et ab Ægyptiis primis, cum quod vera dicere existimati sunt, tum quod philosophice plane virtutem et pie exercere perseverarunt, sequebatur. Res Athanasii, sicuti sub Constantio vario eventu fuere, ter et ordine expositæ, sic se habuere.

764 CAPUT XXXV.

Ut Liberius Julii Romæ successor, quod se Constantio opposuerit, in exsilium sit actus, et Felix locum ejus occuparit.

Imperator vero priusquam Romam iret, et solitum ob victoriam triumphum ageret, accito Liberio Romanorum episcopo, Julii successore, persuadere ei conatus est, ut in sententiam quos secum habebat episcoporum iret : quorum unus Eudoxius erat. Quod ubi ille ei resistens se facturum negavit, ad exsilium est damnatus. Berrhœa autem Thraciæ, quo deportaretur, designata fuerat. Sed et alia condemnationis ejus causa fuisse dicta est : videlicet quod renuntiare Athanasii communioni noluerit eumdemque apud imperatorem defenderet, qui Athanasium accusabat, quod et ecclesias injuria affecisset, et causa necis duobus fratribus suis fuisset. Idem comprobanda esse quæ Tyri adversus Athanasium, per invidiam alienæ sententiæ sectatorum acta constitutaque fuerant, dicebat. At Liberius pœnitentiæ libellum Ursacii et Valentis Julio decessori suo oblatum imperatori exhibuit : in quo falsa esse et ementita, quæ apud Mareoten acta erant, significantes, noxæ gratiam petierunt. Rogavit insuper, ne ita indicta causa Athanasium damnaret, neve quæ perperam decreta et manifestæ calumniæ essent, comprobaret. De fratribus autem ne prorsus episcopali manu vindicatam injuriam vellet (1), dixit : quam manum Deus non ad ejusmodi facta, sed ad sanctificationem et omne aliud bonum opus constituerit. Sedenim Constantius nihil omnino illum de sententia sua decedentem videns, biduo ad deliberandum ei permisso, nisi animum mutaret, in Thraciam deportari jussit. Atque ibi Liberius, Mihi vero, inquit, dudum hæc deliberata atque constituta sunt, et paratus adeo sum in exsilium ire. Porro cum jam abduceretur, Constantius ei quingentos aureos misit : quos ille rejecit, et ei qui illos attulerat, imperatori renuntiare jussit : Non indigere se eis : daret eos, quos secum in aula haberet adulatoribus, et ad simulandum dissimulandumque compositis hominibus, quorum insatiabilis cupiditatis inopia animis eorum semper insidens, eosque excrucians, nunquam expleri posset. Mihi namque Christus, inquit, Patri similis, largitor semper alimentorum atque conciliator, et promus condus bonorum omnium erit. **765** Hæ Liberio causæ, ut in Thracia exularet, exstitere. Felix autem Romanæ ecclesiæ diaconus, adminiA

B

C

D

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Ὡς Λιβέριος ὁ μετὰ Ἰούλιον Ῥώμης ἀντιστὰς Κωνσταντίῳ, ὑπερόριος γέγονε, Φ. δὲ τὸν θρόνον κατέσχε.

Ὁ δὲ βασιλεὺς, πρὶν εἰς Ῥώμην ἥκειν, καὶ εἰωθότα ἐπινίκιον θρίαμβον ἐκτελέσαι, μετασταμενος Λιβέριον τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον, ὃς Ἰο διεδέξατο, πείθειν ἐπεχείρει, εἰς ταυτὸ γνώμης τοῖς περὶ αὐτὸν ἱερεῦσιν· ὧν εἷς ἐτύ καὶ Εὐδόξιος. Ὡς δ' ἀντέλεγε μὴ πράξειν ἐνιστάμενος, ὑπερορίαν αὐτοῦ κατεδίκαζε. Βέ δὲ τῆς Θράκης ἦν αὐτῷ τὸ φυγαδευτήριον. Ἐλ δὲ καὶ ἄλλη πρόφασις εἶναι τῆς καταδίκης ὅτιπερ ἥκιστα τὴν πρὸς Ἀθανάσιον κοινωνία νεῖτο. Ὑπὲρ αὐτοῦ δὲ μᾶλλον καὶ βασιλεῖ γεν, ἐπαιτιωμένῳ τὸν Ἀθανάσιον, ὡς τὰς ἐκκ ἠδίκησε, καὶ αἴτιος τοῦ μόρου κατέστη τοῖς ἀδελφοῖς· καὶ ὡς στερκτέα τὰ ἐν Τύρῳ νομίζο Ἀθανασίου βασκανίᾳ τῶν ἑτεροδόξων γεγενη Ἐπιδείκνυ δὲ πρὸς τούτοις καὶ τὸ ἔγγραφο μετανοίας βιβλίον Οὐρσακίου τε καὶ Οὐάλεν Λιβέριος βασιλεῖ· ὃ τῷ πρὸ αὐτοῦ ἐπισκόπῳ Ἰ ἐγχειρίσαντες, συγγνώμην ᾔτουν, ψευδῆ τὰ Μαρεώτην γεγενημένα σημαίνοντες. Καὶ ἠξία ἐρῆμην οὕτω καταδικάζειν, μηδὲ τοῖς τότε π ψηφισθεῖσιν ἕπεσθαι, σαφοῦς συκοφαντίας ἀ Περί γε μὴν τῶν ἀδελφῶν, μὴ πάντως ἐξ ἐμ χειρὸς τὴν δίκην ἐκείνοις γενέσθαι προσή γεν, ἣν οὐκ εἰς τοιαῦτα τὸ Θεῖον ἐνέταξεν ἁγιασμὸν, καὶ εἰς ἄλλην ἅπασαν ἀγαθὴν κ Κωνστάντιος δὲ, μηδ' ὁπωσοῦν ὑφιέντα τῶν κειμένων ὁρῶν, διορίαν ἡμερῶν δύο εἰς δι αὐτῷ ἐπαφεῖς, εἰ μὴ τῆς γνώμης ἀποσταίη, λευεν εἰς τὴν Θράκην ἀπάγεσθαι. Λιβέριος δὲ, ἐμοὶ, ἔφη, πάλαι δέδοκται ταῦτα καὶ ἐσκεπται· ἑτοίμῳ μοί ἐστι πορεύεσθαι. Ἐπεὶ δ' ἀπαγ πεντακοσίους χρυσίνους ἐστελλεν, ἐκεῖνον μὴ προσδέξασθαι· εἰπεῖν δὲ τῷ κομίσαντι βα ἀπαγγεῖλαι μὴ χρείαν ἔχειν αὐτῶν· δοῦναι δὲ τ τοῖς περὶ τὰ βασίλεια κόλαξι καὶ ὑποκριταῖς· τῆς ἀπληστείας ἔνδειαν ἀεί ποτε παρακαθημ ἐνοχλοῦσα κολάζει μήποτ' ἐμπίπλασθαι. Ἐμὸ Χριστὸς, ὁ τῷ Πατρὶ ὅμοιος, ἀεὶ χορηγός ἐσ τροφῆς, ταμίας τε καὶ πρύτανις πάντων χρη Αὗται μὲν αἰτίαι Λιβερίῳ τῆς ἐν Θράκῃ φυ Φῆλιξ δὲ διάκονος τῆς ἐκεῖσε ἐκκλησίας, τὴν θρόνου κληροῦται ἐπιτροπήν· ὃς τὴν μὲν ἐν Νι πίστιν ἠσπάζετο, καὶ θρησκείας χάριν ἀνέγκλ ἦν. Ἐν δὲ αὐτῷ προσήγετο ἔγκλημα, ὅτι πρὶν τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν λαχεῖν, κοινωνῆσαι

(1) Ne per episcoporum manus inimicitias exerceris aut vindicaris, imperator. Ecclesiasticorum namque hominum manus sanctificationem oper debent. Theodor. lib. II, cap. 16.

ἑτεροδόξοις ἠνέσχετο. Ὡς δ' εἰσῆει Κωνστάντιος Ῥώμην, προσιόντες οἱ τοῦ δήμου, καὶ τῶν εὖ γεγονότων γυναῖκες ἐπίσημοι, ἐνέκειντο ὑπὲρ Λιβερίου δεόμενοι αὐθις ἐκεῖνον ἀπολαβεῖν· τὸν δὲ κοινωσάμενον τοῖς περὶ αὐτὸν ἱερεῦσιν, ὑπισχνεῖσθαι ἀποδώσειν πάλιν, εἴ γε ἕλοιτο εἰς ταυτὸ ἰέναι γνώμης τοῖς περὶ αὐτὸν ἐπισκόποις.

A strationem ejus sortitus est. Qui Nicænam quidem fidei professionem retinebat, et in religione reprehensione carebat : unum tamen illud vitio ei vertebatur, quod priusquam episcopus ordinatus esset, cum diversæ opinionis studiosis communicare sustinuerit. Ubi vero Constantius Romam venit, populi et nobilitatis illustriores feminæ, pro Liberio deprecantes, ut illum restitueret, ei institere. Et imperator cum episcopis suis re communicata redditurum se eis hominem pollicitus est, si in eamdem cum episcopis suis concederet sententiam.

ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'.

Περὶ τῆς βλασφημίας Ἀετίου τοῦ Σύρου, καὶ Εὐδοξίου τοῦ Ἀντιοχείας· καὶ περὶ τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου· καὶ οἷα Γεώργιος ὁ Λαοδικείας καὶ Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς κατὰ Ἀετίου καὶ Εὐδοξίου τοῖς ἐν Ἀγκύρᾳ ἔγραψαν.

B

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ καὶ ὁ προρρηθεὶς Ἀέτιος ὁ Σύρος εἰς τοὐμφανὲς ἃ περὶ Θεοῦ ἐδόξαζεν, ἐπαρρησιάζετο. Τηνικαῦτα δ' ἔτι διάκονος ἦν, ὑπὸ Λεοντίου τοῦ Ἀντιοχείας τοῦ ἐκτομίου τὴν χειροτονίαν λαβών. Ἔπισης δὲ Ἀρείῳ ἐδόξαζε, κτιστὸν καὶ ἐξ οὐκ ὄντων καὶ ἀνόμοιον τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ λέγων. Τῇ δ' εἰς ἄγαν ἔριδι καὶ τῷ σφόδρα περὶ Θεοῦ τολμᾷν διαλέγεσθαι, ποικίλοις τε χρῆσθαι συλλογισμοῖς, ἐδόκει τοῖς ὁμόφροσι διάφορος εἶναι. Διά τοι τοῦτο καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκβληθείς, τεχνηέντως ἑαυτὸς παρῄτειτο, καὶ κοινωνεῖν ἐξετρέπετο, ὡς Ἀρείῳ μετὰ τὴν ἐπιορκίαν συγγεγονότας· ἡνίκα μετάμελος γεγονὼς ἐκεῖνος, ὁμώμοκε Κωνσταντίνῳ τῷ βασιλεῖ, συνῳδὰ τῇ ἐν Νικαίᾳ πίστει φρονεῖν. Καὶ περὶ μὲν τούτου ταύτῃ λέγεται· ἔτι δὲ τοῦ βασιλέως τοῖς ἑσπερίοις διάγοντος, ἀγγέλλεται τεθνάναι Λεόντιον, ὃν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον δεδηλώκειμεν. Εὐδόξιος δὲ Γερμανικίας ἐπίσκοπος ὤν, τοῖς ἐκεῖσε μέρεσι διατρίβων, διὰ τῶν θαλαμηπόλων εὐνούχων ὑπορύττει τὸν θρόνον, καὶ ἑαυτῷ περιποιεῖται τὴν Ἀντιόχειαν. Σκηψάμενος γὰρ παραμυθίας καὶ φυλακῆς ἐν χρείᾳ εἶναι τὸν τόπον, ἐξεῖτο τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Συρίαν ἐλθεῖν. Ἐπεὶ δ' ἐπετρέπετο, σπουδῇ προσβαλών, τὸν θρόνον λαμβάνει, καὶ τῆς Ἀντιόχου ἐπίσκοπος αὐτόματος ἀναδείκνυται, μή τισι τῶν ἐν Συρίᾳ διασήμων ἐπισκόπων, οἷς κατά τι πάτριον ἔθος καὶ ἡ χειροτονία διέφερε, κοινωσάμενος τὸν σκοπόν· οἷον Μάρκον λέγω τὸν Ἀριθούσης, καὶ τὸν Λαοδικείας Γεώργιον· μήτε μὴν τῶν λοιπῶν συνθεμένων. Ἐλέγετο δὲ καὶ γνώμῃ τοῦ κρατοῦντος ταῦτα γενέσθαι καὶ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις κρατούντων· οἳ σύναμα Εὐδοξίῳ τὴν Ἀετίου δόξαν ἐσπούδαζον, ἀνόμοιον δοξάζοντι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν. Ἐπὶ δ' οὕτω καὶ Ἀντιοχείας ἐκράτησε, καὶ μείζονος ἐπελάβετο ἐξουσίας, περιφανὴς ἤδη τῆς Ἀετίου δόξης πρεσβεύσας, καὶ συγχρωτεῖν ἐκεῖνον μάλιστα ἐπειρᾶτο. Καὶ διὰ σπουδῆς ἦν ἐκείνῳ συνέδριον ἐπισκόπων ἀθροῖσαι, καὶ τὴν τῆς διακονίας ἀξίαν αὖθις ἐγχειρίσαι αὐτῷ. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν πρᾶξαι ἥκιστα ἠδυνήθη· πολὺ γὰρ Ἀετίῳ τὸ μίσος ἦν τῆς Εὐδοξίου τιμῆς. Σύνοδον οὖν τέως ἀθροίσας εἰς Ἀντιόχειαν ὁμοφρόνων αὐτῷ ἐπισκόπων, ἐν οἷς ἦσαν Ἀκάκιός τε ὁ Παλαιστίνης

CAPUT XXXVI.

De blasphemia Aetii Syri, et item Eudoxii Antiocheni. Item de synodo Ancyræ coacta. Et quæ Georgius Laodicensis episcopus et Constantius imperator contra Aetium et Eudoxium ad eam synodum scripserint.

Per idem tempus, quem supra diximus, Aetius Syrus manifesto et libere suam de Deo opinionem divulgabat. Diaconus tum adhuc erat, sicuti a Leontio Antiochiæ episcopo castrato illo creatus fuerat. Opinabatur autem itidem ut Arius, conditum, et ex non exsistentibus, atque dissimilem Patri Filium esse. At quod ingenti contentione acriusque de Deo disserere auderet, variisque uteretur ratiocinationibus, factionis suæ popularibus diversus esse atque ab eis dissidere visus est. Quam ob causam ecclesia eorum pulsus, arte quadam per dissimulationem eos vitabat, communionemque eorum detestabatur, veluti qui se Ario post perjurium conjunxissent, cum ille, C pœnitentia ductus, Constantino imperatori consentanea se cum Nicæna fide sentire adjuravit. Sed de his satis. Cum imperator adhuc in Occidente esset, nuntii venere, Leontium Antiochenum episcopum diem suum obiisse. Et Eudoxius Germaniciæ antistes, qui in imperatoris comitatu erat, per cubicularios eunuchos vacantem eam sedem ambit et vindicat. Asimulans enim locum eum consolatione et custodia indigere, ut sibi in Syriam ire liceret, ab imperatore petiit. Quod ubi ei est permissum, ingenti celeritate eo venit : ac throno recepto, repente perinde atque ex se ipso ortus episcopus Antiochiæ exstitit, **766** re cum celebrioribus Syriæ episcopis, utpote cum Marco D Arethusio, Georgio Laodicensi, qui eamdem sententiam sequebantur, atque aliis ad quos more quodam patrio electio pertinebat, non communicata. Dictum etiam est, de voluntate imperatoris, et eorum qui in aula rerum potiebantur, id factum esse : qui una cum Eudoxio Aetii sententiam sequebantur, dissimilem Patri Filium esse docentis. Postquam vero Antiochiam ita obtinuit, amplioremque adeptus est potestatem, propalam jam Aetii opinionem propugnabat, et adjuvare illum maxime conabatur. Et contendebat ille quidem episcoporum cogere concilium, atque illi diaconatus honorem restituere : sed id efficere minime potuit, quod apud omnes Eudoxii dignitas et studium post Aetii odium esset. Congre-

gavit tamen tum consentientium ei episcoporum conventum Antiochiæ : in quibus erant, Acacius Cæsareæ Palæstinæ Eusebii successor, et Uranius Tyri episcopus : qui una cum simili-substantiali et consubstantiale rejiciebat, sub obtentu Occidentalium episcoporum auctoritatis, qui hoc sic Sirmii statuerint. Admirandus namque ille Hosius, atque una cum nonnullis qui ibi convenerant, cum propter contentionem qua adversus Ursacium, Valentem et Germinium usi fuerant, vim multam, ut diximus, passi fuissent, ut neque consubstantialis neque simili-substantialis Filius diceretur, concesserant, tanquam ea verba tam expresse in divinis Scriptis non apparerent; prætereaque supra humanæ mentis captum esset, de essentia Dei subtiliter nimium et anxie inquirere. Et quod eis tum visum esset, cœptis suis Hosii litteras multum allaturas esse momenti, epistolam tum Hosii aliorumque Occidentalium nomine, Sirmio ad Orientales dederant, ingentes Ursacio, Valenti et Germinio agentes gratias : et quod Occidentales recte tandem sentirent, ejus beneficii causam illis ascribentes. Solenim Eudoxio ita res novante, multi Antiochiæ qui rectum dogma defendebant, et ei adversabantur, ab illo pulsi, Georgium Laodicensem adiere, eique quæ Antiochiæ agerentur exposuere. Atque ab eo litteris acceptis armati Ancyram Galatiæ sunt profecti. Basilius enim, qui ibi post Marcellum episcopatum gerebat : plures ex vicinis episcopis ad se dedicandæ quam recens construxerat ecclesiæ gratia convocaverat. **767** Ibi illi per querelam re omni exposita, litteras reddidere, hisce verbis conscriptas : « Reverendissimis dominis, Macedonio, Basilio, Cecropio, Eugenio, Georgius in Domino salutem. Aetii naufragium pene omnem occupavit Antiochiam. Quos enim vos ignominia notastis, exsecrandi Arii discipulos, eos omnes Eudoxius receptos in clericorum ordinem cooptat, et Aetium hæreticum maximo honore prosequitur. Tantam igitur civitatem occupate, ne in illius naufragium orbis totus pertrahatur. Et concilio eorum coacto, quicunque adesse possunt, ab reliquis episcopis subscriptione decretorum vestrorum accepta, postulate, ut cum Aetium Eudoxius ex Antiochena ecclesia ejiciat, tum sectatores ejus ex sacro clericorum albo tollat. Aut certe si perrexerit cum Aetio dissimilem dicere, atque eos qui hoc dicere audent, illis qui id non faciunt, honore præferre, sicuti modo dixi, Antiochia vobis perierit. » Hæc Georgius. At qui Ancyræ congregati erant, cum compertum haberent, eo quod sibi ipsi Antiochenæ sedis dignitatem arrogasset, Eudoxium res novas inceptare, imperatori statim rem eam significarunt, eumdemque obsecrarunt, ut ope sua interposita videret, ne ea quæ Sardicæ, Sirmii, et in aliis conventibus constituta essent, convellerentur : in quibus omnibus Filium Patri substantia similem esse decretum sit. Legationem etiam ad imperatorem misere,

A Καισαρείας, Εὐσεβίου διάδοχος, Οὐράνιός τε ὁ Τ
ρου, ὃς μετὰ τοῦ ὁμοιουσίου καὶ τὸ ὁμοούσιον ἐ
τρίπετο προφάσει τῶν κατὰ δύσιν ἐπισκόπων, οἳ
Σιρμίῳ ταυτὰ ἐψηφίσαντο. Ὁ γὰρ θεσπέσιος Ὅσ
σύναμά τισι τῶν ἐκεῖ συνειλεγμένων, διὰ τὴν π
Οὐάλεντα καὶ Οὐρσάκιον καὶ Γερμάνιον φιλονεικί
βιασθέντες πλεῖστα, ὡς εἴρηται, ἐνέδωκαν μή
ὁμοούσιον, μήτε ὁμοιούσιον λέγειν τὸν Υἱόν· ἃ
δὴ τῶν ὀνομάτων μὴ ταῖς θείαις οὕτω ῥητῶς ἐμφ
ρομένων Γραφαῖς· ἄλλως τε δὲ καὶ τὸν ἀνθρώπινο
νοῦν ὑπερβαίνον εἶναι οὐσίαν Θεοῦ πολυπραγμονεῖν
Ὧ; δόξασιν οὖν τι κατορθῶσαι τὰ Ὁσίου γράμ
ματα, ἐπιστολὴν πρὸς αὐτοὺς ἔπεμπον, πολλὴ
χάριν τούτοις ὁμολογοῦντες, καὶ τοῦ ὀρθῶς φρονε
τοὺς ἐν ἑσπέρᾳ τὴν αἰτίαν ἐκείνοις προσγράφοντι
B Οὕτω δὲ τῷ Εὐδοξίῳ νεωτερίζοντι πολλοὶ τῶν
Ἀντιοχείᾳ τοῦ ὀρθοῦ ὑπεριστάμενοι δόγματος π
ἐκείνου ἐλαύνονται· οἱ δὴ καὶ Γεωργίῳ τῷ Λα
χείας προσιόντες, κατέλεγον τὰ γινόμενα. Οὗ γρ
μασιν ὠπλισθέντες, εἰς Ἄγκυραν τῆς Γαλατ
ἔρχονται. Βασίλειος γὰρ ὁ τῆς ἐκεῖσε Ἐκκλη
μετὰ Μάρκελλον τὴν ἐπιτροπὴν ἐσχηκώς, πολλ
τῶν περιοίκων ἐπισκόπων ἐκάλει ἐπὶ καθιερώ
τῆς ἐκκλησίας ἣν ἐκ νέου ἐδείματο· καὶ τὰ γε
μενα ἐκτραγῳδοῦντες, τὴν ἐπιστολὴν ἐνεχείρι
τάδε κατὰ ῥῆμα διεξιοῦσαν· « Κυρίοις τειμιωτάτ
Μακεδονίῳ, Βασιλείῳ Κεκροπίῳ, Εὐγενίῳ, Γεώρ
ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Τὸ Ἀετίου ναυάγιον σχεδὸν
πᾶσαν κατεῖληφε τὴν Ἀντιόχειαν. Τοὺς γὰρ π
ὑμῖν ἀτιμαζομένους μαθητὰς τοῦ δυσσεβ
C Ἀρείου πάντας καταλαβὼν Εὐδόξιος, εἰς χειροτ
προβάλλεται, ἐν τοῖς μάλιστα τετιμημένους ὑπ
τὸν αἱρετικὸν Ἀέτιον. Καταλάβετε οὖν τὴν μ
καύτην πόλιν, μὴ τῷ ναυαγίῳ αὐτοῦ καὶ ἡ
μένη παρασυρῇ· καὶ εἰς ταυτὸν γενόμενοι
καὶ γενέσθαι ἐγχωρεῖ, παρὰ τῶν ἄλλων ἐπι
ὑπογραφὰς ἀπαιτήσατε· ἵνα καὶ Ἀέτιον τὸν
τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Εὐδόξιος, καὶ τοὺς
τοῦ μαθητὰς ὄντας, προχειρισθέντας εἰς κενὸ
ἐκκόψῃ· ἢ ἐὰν ἐπιμείνῃ μετὰ Ἀετίου ἀνόμοιον
λῶν, καὶ τοὺς τοῦτο τολμῶντας λέγειν τῶν μὴ
γόντων προτιμῶν, οἴχεται ὑμῖν, ὡς φθάσας τ
ἔφην, ἡ Ἀντιοχέων. » Τοιαῦτα μὲν ὁ Γεώργιος·
δ' ἐν Ἀγκύρᾳ, ἐπεὶ ἐκδηλον, ἐξ ὧν ἐν Ἀντιοχ
D ἐψηφίζετο ἑαυτὸν, ἐποίει νεωτερίζων Εὐδόξι
γνωρίζουσιν εὐθὺς βασιλεῖ, καὶ ἐδέοντο βοηθ
προνοούμενον, ὡς ἂν τά τε ἐν Σαρδικῇ καὶ Σιρ
καὶ ταῖς λοιπαῖς ἐψηφισμένα συνόδοις κρατῇ·
ἅπασιν ἐδόκει ὅμοιος εἶναι κατ' οὐσίαν ὁ Υἱὸς
Πατρί. Καὶ πρέσβεις ἐστέλλοντο βασιλεῖ, αὐτός
ὁ Ἀγκύρας Βασίλειος, ὁ Σεβαστείας Εὐστάθιος,
Ἑλεύσιος ὁ Κυζίκου, καί τις πρεσβύτερος, ἐκ δυ
μητρόλων βασιλικῶν Λεόντιος. Ὧ; δὲ ἦκον, Ἀσφάλι
πρεσβύτερον καταλάβανον, ἐν τοῖς μάλιστα τ
Ἀετίου σπουδαστῶν ὄντα, καὶ ὅσον ἦν πρὸς βουλ
διανύσαντα, μέλλοντά τε ἤδη σὺν βασιλικοῖς γρά
μασιν ἀπιέναι. Ὡς δ' ἔγνω βασιλεὺς τὰ δι' ὧν οἱ
Ἀγκύρας πρέσβεις ἦλθον, τὴν μὲν ἐπιστολὴν δι
λάμβανεν, ἣν Ἀσφάλιος ἔχων ἀπιέναι ἔμελλε· γρ

φωνῇ δὲ τοὺς ἀμφὶ Εὐδόξιον κατεδίκαζε· καὶ γράμματα πέμπων, ἔλεγε τοιάδε· « Εὐδόξιος οὐ παρ' ἡμῶν ἦκε· μηδεὶς οὕτως οἰέσθω. Πόρρω τοῦ προστίθεσθαι τοῖς τοιούτοις ἐσμέν. Εἰ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο σοφίζονται, εὔδηλοι δήπουθέν εἰσιν εἰς τὸ Κρεῖττον κομψευόμενοι. Τίνων γὰρ ἂν ἐκόντες ἀπόσχοιντο οἱ δυναστειῶν ἕνεκεν τὰς πόλεις ἐπιόντες, ἀπ' ἄλλης εἰς ἄλλην μεταπηδῶντες, ὥσπερ τινὲς μετανάσται πάντα μυχὸν πολυπραγμονοῦντες ἐπιθυμίᾳ τοῦ πλείονος; Εἶναι δὲ λόγος περὶ αὐτοὺς ἀγύρτας τινὰς καὶ σοφιστάς, οὓς οὐδὲ ὀνομάζειν θέμις· ἐργαστήριον πονηρὸν τὸ δυσσεβέστατον. Πάντως που καὶ αὐτοὶ συνίετε τὸ σύστημα. Πάντως ἐκ τῶν λόγων τὸν αἴτιον γνωρίζετε, καὶ τοὺς περὶ αἵρεσιν ταύτην ἐσχολακότας· οἷς ἓν μόνον τοῦτο ἔργον ἐστὶ, τὸ διαφθείρειν τὰ πλήθη. Ἀλλ' οἱ κομψοὶ καὶ πρὸς πάντα εὔτολμοι ἦδη τι τοιοῦτον πρός τινας ἐνιαυτεύσαντο· ὅτι χαίροιμεν τῇ χειροτονίᾳ, ἣν ἑαυτοὺς ἐχειροτόνησαν. Ταῦτα παρ' ἐκείνων μὲν ᾄδεται τῶν τὰ τοιαῦτα θρυλλεῖν εἰδότων. Ἔστι δ' οὐδ' ὅπως· πόττεν οὐδ' ἐγγύς. Καί μοι τῶν πρώτων ἀναμνήσθητε λόγων ὅτε περὶ πίστεως ἐσκοποῦμεν· ἐν οἷς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἀπεδείκνυτο Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ κατ' οὐσίαν ὅμοιος τῷ Πατρί. Ἀλλ' οἱ γενναῖοι καὶ περὶ τοῦ κρείττονος λέγοντες εὐχερῶς· τὰ παριστάμενα ἐς τοσοῦτον προῆλθον ἀθεΐας, ὥστε καὶ ἄλλα τινὰ παρὰ τὰ ὄντα νομίζειν, καὶ τοὺς ἄλλους πειρᾶσθαι διδάσκειν. Οἷς ὅτι μὲν εἰς κεφαλὴν τρέψεται, πάνυ πεπιστεύκαμεν· ἀρκέσει δὲ τέως εἴργεσθαι συνόδων αὐτοὺς καὶ συλλόγου κοινοῦ. Καὶ γὰρ δὴ εἰπεῖν προσχθείην ἐν τῷ παρόντι ὅσα μικρὸν ὕστερον ἐκεῖνοι πείσονται, ἂν μὴ τῆς λύσσης ταύτης ἀπόσχοιντο. Οἱ δὲ (καὶ τί γὰρ οὐκ ἐπεισάγουσι τῷ κακῷ;) τοὺς πονηροτάτους ὥσπερ ἐξ ἐντολῆς ἀγείροντες, τούτους δὴ τοὺς τῶν αἱρέσεων ἀρχηγούς, εἰς τὸν κλῆρον καταλέγουσι σχῆμα σεμνὸν οὕτω κιβδηλεύοντες, ὥσπερ ἐξὸν αὐτοὺς ἄγειν καὶ φέρειν ἅπαντας. Καί τοι τίς ἂν εἰς ζῶντας τελῶν, τούτων ἀνάσχοιτο, οἳ τὰς μὲν πόλεις τοῦ δυσσεβεῖν ἐμπιπλῶσι, τὴν δὲ ὑπεροψίαν μιάσμασιν ἀποκρύπτουσιν; Ἓν τοῦτο μόνον ἔργον ἀγαπῶντες, τὸ τοῖς καλοῖς; ἀπεχθάνεσθαι διηνεκῶς; Ἐρρέτω πανοῦργόν τι σύστημα θειοτέροις θώκοις ἐνιδρύσαι. Νῦν ὥρα τοὺς τῆς ἀληθείας τροφίμους εἰς φῶς ἥκειν, καὶ μέσους ὅσοι τῶν ἠθῶν ἐκφυγόντες, φόβῳ κατείχοντο πάλαι. Τὰ γὰρ δὴ σοφὰ τούτων ἐξήλεγκται· καὶ μηχανῆς οὐδεὶς ἔσται τρόπος κενὸς, ὃς ἐξαιρήσεται τούτους τοῦ δυσσεβεῖν. Ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργον τῇ πίστει τῶν πρώην συζῆν, καὶ ταύτην ἐπαύξειν, ὡς εἴρηται· περαιτέρω δὲ μὴ πολυπραγμονεῖν. Παραινέσαιμι δ' ἄν, καὶ τοὺς ἐκ βαράθρου ὁπόταν μεταθεμένους θέσθαι ταύτῃ τῇ ψήφῳ· ἣν οἱ τὰ θεῖα σοφοὶ ἐπὶ τοῦ κρείττονος ἐψηφίσαντο, δεόντως ἐπίσκοποι. Ἐκ τοιούτων τρόπων παραβραχὺ ἐν κινδύνῳ ἦν τὴν τῶν ἀνομοίων κρατῆσαι δόξαν, εἰ μὴ βασιλεὺς τῶν ἐπισκόπων σπουδῇ καθίστατο ἐμποδών.

habentes, ut omnibus bonis perpetuo sint infesti? thronis desinat. Nunc tempus est, ut veritatis

A ipsum Basilium Ancyranum, Eustathium Sebastiensem, Eleusium Cyzicenum, et Leontium ex imperialibus cubiculariis presbyterum. Hi ubi ad Constantium venere, presbyterum quemdam Antiochenum Asphalium, qui, Aetii studiosus maxime, quascunque voluisset res ex sententia confecerat, compererunt jamjam cum litteris imperatoriis abiturum esse. Imperator autem Ancyranorum oratorum postulatis cognitis, epistolam quam Asphalius profecturus secum laturus fuerat, retractavit, alioque scripto Eudoxium condemnavit. Cujus scripti hæc fuere verba : « Victor Constantius Maximus Augustus, sanctæ Ecclesiæ Antiochenæ. Eudoxius non a nobis ad vos missus venit : ne quis hoc putet. Longe alia nobis mens est, quam

B ut ejusmodi hominibus faveamus. Quod si cum alia, tum hoc sic astute mentiuntur, satis manifestum est eos in Deum arrogantes et versutos esse. **768** A quibus enim rebus illi se libenter abstineant qui potentiam aucupantes, urbes ingressi, ex una in aliam transiliunt : et perinde atque transfugæ quidam solum subinde mutantes, angulos omnes rerum ampliorum cupiditate curiose perscrutantur, circulatores meri et fraudatores, quos ne nominare quidem fas sit? Officinæ pravæ et impiæ prorsus factionem eos esse, vos quoque intelligitis. Et satis ex verbis suis auctorem ipsum, sectatoresque hæresis hujus cognoscitis. Quorum hoc unum est studium, ut populum

C depravent. At versuti isti, et ad omnem audaciam prompti, temere jam apud quosdam vulgare non dubitarunt, nos electione quam sibi ipsis subornarunt, lætari. Quæ quidem ita ab eis dicuntur, qui talia in vulgus efferre consueverunt, prorsus vero facta non sunt. Atque ipsi mihi in animum revocate doctrinam illam primam, cum de fidei sententia deliberantes inquisivimus, in qua Salvator noster et Filius Dei substantia Patri similis declaratus est. Verum boni isti viri, qui facile quæcunque eis in mentem venere, de Deo dicunt, eo processere impietatis, ut etiam alia quædam quam res ferat arbitrentur, aliosque ea docere contendant. Atque ea in capita ipsorum redundatura esse valde persuasum habemus. Sed nunc

D satis erit, a synodis eos et conventibus arcere. Nam fere eo productus scribendo fueram, ut in præsentia dicerem, quæ illi brevi passuri sunt, nisi a rabie ista discesserint. Isti vero (quid enim est, quod non aggrediantur ut malum augeant?) improbissimos quosque perinde atque mandatum haberent, aggregantes : hos, inquam, hæresium antesignanos in cleri album referunt, ordinem venerandum tam turpiter dehonestantes, non aliter atque eis concessum sit agere et ferre omnia. Enimvero quis mortalium omnium istos perferat? qui urbes quidem impietate implent, exsilium autem piaculis obtegunt, unum illud studio Facessat importuna factio, et sanctis insidere alumni in lucem prodeant, quique medii tales

hominum mores fugientes dudum metu sese continuere. Istorum namque sapienter instituta consilia in medium producta jam apparent : nec ulla nova machinationis ratio excogitari potest, quæ illos ab impietate queat eximere. Bonorum virorum fuerit, majorum fide vivere, eamque unam, ut dictum est, adaugere, neque ulterius quidquam anxie nimis et curiose investigare. **769** Quin et illos admonuerim, ut aliquando tandem ex barathro prorumpentes, animis mutatis, ad sententiam istam accedant, quam divina præditi sapientia de Deo rite atque ordine episcopi tulere. Tantum scilicet parvo momento periculum fuit, ut dissimilium obtineret, nisi imperator ipse episcoporum opera et diligentia intercessisset.

CAPUT XXXVII.

De rebus in Sirmio actis : et ut Liberius Romam reversus, cum Felice successore suo episcopatum administrarit, donec paulo post e vivis Felix excessit.

Brevi deinde cum Roma in Sirmium Constantius rediisset, Occidentalibus episcopis precantibus, Liberius ex Berrœa reductus est. Atque ibi in præsentia eorum quos diximus, aliorumque plurimorum Orientalium episcoporum, imperator suadere Liberio, ut Filium non esse Patri consubstantialem opinaretur, tentavit. Egit id quoque Basilius, et qui cum eo erant : eamque rem illi imperatori, apud quem in magno erant pretio, suggessere. Et afferentes, quæ vel de Paulo Samosateno, vel de Photino apud Sirmium constituta fuerant omnia, et præterea formulam fidei Antiochiæ in Encæniis sive ecclesiæ consecratione, ob ὁμοούσιον, consubstantialis, causam editam allegantes, veluti contenderent quidam hæresim propriam per prætextum et occasionem consubstantialis instituere, in sententiam suam adducere studuere Liberium, et Athanasium, et Alexandrum, et Severianum, et Crescentem, Africanos episcopos. Non minus id quoque conabantur Ursacius et Valens Mursorum, et Germinius Sirmiensis episcopus, et qui præterea ex Oriente ibi aderant. Liberius autem aliam quoque seorsim fidei conscripsit professionem, quæ omnes ab ecclesiæ communione arcebat, qui Filium Patri non secundum substantiam et per omnia similem dicerent. Id propterea fecit, quod Eudoxius, et qui factionis ejus fuere, non ita pridem Antiochiæ propter Aetii hæresim congregati, cum Hosii epistolam in manibus haberent, plurimum verborum fecerant, quibus Liberium per calumniam traduxerant : perinde atque τὸ ὁμοούσιον, consubstantiale, repudiasset, et Patri Filium omnino dissimilem dixisset. Occidentales legati rebus ita bene gestis, assumpto secum Liberio, Romam reverterunt, litteras ab episcopis Sirmii congregatis ad Felicem Romanæ tum Ecclesiæ præfectum, **770** et ad clerum populumque Ecclesiæ ejusdem afferentes : quibus, ut pastorem suum libenter susciperent, admonebantur. Ambobus porro et Felici et Liberio permissum est communiter sacra curare, et ut ambo pariter sedem apostolicam administrarent, communiter consensu sacra curarent, atque tum casum acerbum qui in ordinatione Felicis accidisset, tum exsilium Liberii oblivione

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Περὶ τῶν ἐν Σιρμίῳ γενομένων· καὶ ὡς Λιβέριος πάλιν εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανῆλθε, καὶ σὺν Φήλικι τῷ μετ' αὐτὸν διεῖπε τὸν θρόνον, ἕως οὗ μετὰ βραχὺ ἐτελεύτα Φῆλιξ.

Οὐκ εἰς μακρὰν δ' ἐκ Ῥώμης εἰς Σίρμιον Κωνσταντίου γεγονότος, τῶν ἑσπερίων ἱερέων ἐκπρεσβευσαμένων, Λιβέριος ἐκ Βερροίας ἀνάγεται· καὶ δὴ τῶν εἰρημένων ἐκ τῆς Ἑῴας ἐπισκόπων καὶ ἄλλων συμπαρόντων πλείστων, βίαν ἐπῆγεν αὐτῷ βασιλεὺς, μὴ εἶναι ὁμοούσιον δοξάζειν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Ἐνέκειντο δὲ καὶ οἱ ἀμφὶ Βασίλειον, καὶ τὸν κρατοῦντα ἐπὶ τοῦτο ἠρέθιζον, διὰ πλείστης παρ' αὐτῷ τιμῆς ἀγόμενοι· οἱ δὴ πάντα συνηθροικότες ὅσα τε ἐπὶ Παύλῳ τῷ ἐκ Σαμοσάτων, καὶ Φωτεινῷ τῷ ἐκ Σιρμίου· ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκτεθεῖσαν πίστιν ἐν τοῖς ἐγκαινίοις τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ προφάσει τοῦ ὁμοουσίου· ἅτ' ἐπιχειρούντων τινῶν ἰδίᾳ συνιστᾷν τὴν αἵρεσιν, παρεσκευάζουσι συνανεῖσαι Λιβέριον, Ἀθανάσιόν τε καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ Σεβηριανὸν καὶ Κρήσκεντα, καὶ ἐν Ἀφρικῇ τὸ ἱεράσθαι λαχόντας. Ἐπίσης δὲ τοῖς ἐπράττον Οὐρσάκιός τε καὶ Οὐάλης ὧν, καὶ Γερμήνιος ὁ Σιρμίου, καὶ ὅσοι δὴ ἐπιδημοῦντες ἦσαν. Λιβέριος δὲ καὶ ἄλλην μὲν ἐποίει ὁμολογίαν· ἣ δὴ ἀπεκήρυττεν, ὅσοι μὲν οὐσίαν καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἶναι ἔλεγον. Τοῦτο δ' ἐποίει, ἐπεὶ Εὐδόξιός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πρὸ βραχέος ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντες ὑπὲρ τῆς Ἀετίου αἱρέσεως, ἡνίκα τὴν τοῦ Ὁσίου ἐπιστολὴν ἔσχον εἰς χεῖρας, λόγον οὐκ ἐλάχιστον ἐποιοῦντο, διαβάλλοντες, ὡς εἴη καὶ Λιβέριος τὸ ὁμοούσιον ἀποδοκιμάσας, καὶ τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἀνόμοιον ὡς ἐπίπαν δοξάζων. Καὶ οἱ μὲν ἐκ Ῥώμης πρέσβεις τοιαῦτα κατωρθωκότες, τὸν Λιβέριον μεθ' ἑαυτῶν λαβόντες, ἐπανῆλθον εἰς Ῥώμην· γράμματα τῶν ἐν Σιρμίῳ ἐπαγόμενοι ἀσμένως τὸν οἰκεῖον ποιμένα προσδέξασθαι, ἃ πρός τε Φήλικα τὸν τηνικάδε ἡγούμενον τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, καὶ πρὸς τὸν ἐκεῖσε κλῆρόν τε καὶ λαὸν ἐπεστέλλοντο. Παρεχώρουν τε καὶ ἀμφω Φήλικα καὶ Λιβέριον, κοινῇ τε ἱεράσθαι, καὶ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον ἐπιτροπεύειν, ὁμοφρονεῖν τε καὶ ἀμνηστίαν ἔχειν τῶν ἐπισυμβάντων τῷ μέσῳ ἀνιαρῶν. Ἀγαθὸν γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα ὄντα Λιβέριον, καὶ στερρῶς τῷ βασιλεῖ ἀντικαταστάντα ὑπὲρ τῶν ὀρθῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων, διὰ πολλῆς ἦγε στοργῆς καὶ φιλοφροσύνης ὁ τῆς Ῥώμης λαὸς, ὡς τῇ ἐκβολῇ αὐτοῦ καὶ μέχρι φόνων τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ στάσιν χωρῆσαι. Ἀλλὰ μετὰ βραχὺ Φῆλιξ μὲν ἀπέβιω·

μόνος δὲ Λιβέριος τὰ τῆς ἱερωσύνης διεῖπε κρείττόν τι προβλεψαμένου Θεοῦ, καὶ ὡς χρεὼν τὰ τῆς Ἐκκλησίας προμηθουμένου, ἵνα μὴ ὁ πρῶτος τῶν ἀποστόλων θρόνος τὸ ἄδοξόν τε καὶ ἀπρεπὲς ἐπισύροιτο, δυοῖν ἡγεμόσιν οἰακιζόμενος· ὁ νόμος Ἐκκλησίας πάντη ἀλλότριον, καὶ διχονοίας ὡς τὰ πολλὰ καθίστατα πρόξενον.

A delerent. Quod namque in aliis rebus admodum bonus vir esset Liberius, quodque pro recta Ecclesiæ doctrina imperatori constanter restitisset, multa pietate et benignitate populus Romanus in eum fuit, usque adeo certe, ut in ejus ejectione per seditionem ejus causa motam res ad cædem processerit. Sed paulo post Felix mortuus est, et solus Liberius episcopatum administravit. Quod sic Deus recte providit, Ecclesiæ, ita ut decebat, rebus consulens, ne primaria apostolorum sedes fœdam illam et incommodam a duobus gubernata ducibus contraheret notam : quæ res ab Ecclesiæ constitutionibus perquam est aliena, discordiamque ut plurimum conciliare solet.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Ὡς τὴν μελετωμένην ἐν Νικομηδείᾳ διὰ Εὐδόξιον καὶ Ἀέτιον σύνοδον σεισμὸς ἐπιγενόμενος διαλύει· καὶ δεῖν ἐδόκει ἐν ταυτῷ εἰς τὴν ἕω καὶ ἑσπέραν διαιρεθῆναι τὴν σύνοδον.

B

Ταῦτα μὲν ἐν Σιρμίῳ ἐγένετο, καὶ ἔδοξεν ἥ τε ἕως καὶ ἑσπέρα ὁμοφρονεῖν· τὸ δ' ἄλλως εἶχεν. Ὁ γὰρ ἐκ βασιλέως φόβος ταῦτ' ἔπραττε. Περὶ μέντοι τῆς Ἀετίου καὶ Εὐδοξίου νεωτεροποιίας ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐδόκει τῷ βασιλεῖ σύνοδον κατὰ Νίκαιαν πάλιν ὁρίζειν. Τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀγκύρας Βασίλειον ἀπολεγόντων διὰ τὸ πρώτως ἐκεῖσε γενέσθαι τὴν τῆς πίστεως ἔρευναν, ἐν Νικομηδείᾳ μᾶλλον δεῖν ἐκρίνετο γενέσθαι. Καὶ δὴ ἀνὰ τὸ πᾶν ἔθνος οἱ ἐπίσκοποι καὶ νοεῖν καὶ λέγειν ὄντες δεινοὶ ἐκεῖ συνελέγοντο. Ἐν τούτῳ δὲ σεισμὸς μέγας ἐνσκήψας τήν τε πόλιν καὶ τὸν νεωστὶ ἐγερθέντα οἶκον ἐκ βάθρων κατέσεισε καὶ κατήρεψε· καὶ πολλοὺς ὅπῃ ἔτυχεν ἕκαστον, ἢ ἔσωσεν ἢ διέφθειρε· Κεκροπίου τοῦ Νικομηδείας καὶ ἄλλου δή τινος ἐπισκόπου ἀκαριαίᾳ ῥοπῇ διαφυγόντος τὸν κίνδυνον. Ὁ ἀπανταχοῦ τῇ φήμῃ δοθεὶς, τὴν τῶν ἐπισκόπων ἄφιξιν ἀνεχαίτισε· καὶ γὰρ καὶ Νίκαιαν, καὶ τὴν Κωνσταντίνου, καὶ Πείρινθον, καὶ ἄλλας Θρᾳκῴας πόλεις διαφθαρῆναι ἡ φήμη κατήγγελλεν. Ἐλέγετο δὲ, Ἀρσάκιόν τινα ὁμολογητὴν ἐπὶ Λικινίου γενόμενον, ὃς ἀπὸ θηρικόμου στρατιώτης ὢν, τηνικάδε ἐν τῇ ἄκρᾳ Νικομηδείας ἐφιλοσόφει, ὄψιν θείαν τούτῳ ἀπαγγεῖλαι τὰ γεγησόμενα· τὸν δὲ κατιόντα καὶ τοῖς ἐν κλήροις καὶ λαοῖς κατειπόντα, μὴ πεῖσαι. Γελοῖον δέ τινα δόξαι, ἀπροσδόκητα κακὰ προμηνύοντα. Ἀνιόντα δ' αὖθις, πρηνῆ κατὰ γῆς κεῖσθαι δεόμενον τοῦ Θεοῦ. Ἔνθα κατὰ σχῆμα εὐχῆς μετὰ τὴν ἐπιφορὰν τοῦ κακοῦ, ἐν ἀσείστῳ πύργῳ νεκρὸς ὁ μάρτυς εὑρέθη, πολλῶν ἀναδραμόντων ἐκεῖσε τῷ τὸν σεισμὸν κατασκῆψαι. Ἐλέγετο δὲ Θεὸν δυσωπεῖν, θανεῖν ἑλόμενος, μᾶλλον, ἢ συμφορὰν ταύτην καταθεάσασθαι πόλεως ἐν ᾗ τὸν Χριστὸν ἔγνω, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς φιλοσοφίας κατήρξατο. Πολλὰ δὲ αὐτῷ ὑπὲρ ἀνθρωπίνην πεποίητο δύναμιν. Ἱκανὸς δὲ καὶ δαίμονας ἐλαύνειν ἦν, καὶ ἄλλως ὀχλουμένους καθαίρειν καὶ σώφρονας καθιστᾷν. Καὶ δράκοντα δὲ, ὃς ἕτερον γένος ἦν ἑρπετῶν, καὶ φυσήματι μόνῳ τοὺς ὁδίτας διέφθειρεν, ἐπὶ λεωφόρου γὰρ ᾤκει, εὐξάμενος αὐτόματον ἐξελθεῖν τοῦ φωλεοῦ· καὶ ἐκόντα τὴν κεφαλὴν δὶς

C

D

CAPUT XXXVIII.

Ut institutam Nicomediæ propter Eudoxium et Aetium synodum motus terræ coortus solverit : et ut tum synodum in Orientem et Occidentem scindi atque dividi placuerit.

Hæc in Sirmio acta. Et pulchre convenire tum Orientalibus cum Occidentalibus est visum. Res vero aliter se habebat. Imperatoris enim metus id faciebat : cui propter Aetii et Eudoxii in urbe Antiochena excitatas res novas rursum Nicææ synodum cogere placuit. Cum autem Basilius Ancyranus contra niteretur, quod primum ibi de fide disquisitum esset, magis convenire, ut id Nicomediæ fieret, est visum. Et ex nationibus jam omnibus, qui vel a prudentia, vel ab eloquentia aliquid valerent, episcopi eo contendebant. Cum terræmotus ingens exortus urbem, et simul templum nuper admodum constructum, ex fundamentis ipsis concussit atque dejecit, multosque pro eo atque hoc vel illo quemque loco deprehendit, vel servavit, vel interemit. Cecropius quidem Nicomediensis, et alius quidam episcopus (1) parvo momento periculum evasere. Quæ res fama ubique vulgata episcoporum adventum prohibuit. Namque illa Nicæam quoque, et Constantinopolim **771** et Perinthum, aliasque Thraciæ civitates tali casu eversas esse promulgaverat. Dictum tum est, Arsacio cuidam, qui sub Licinio confessionem fidei obierat, milesque antea et leonum ferarumque aliarum domitor et custos in imperiali comitatu fuerat, tum autem Nicomediæ in arce pietati studens philosophabatur, cladem eam divina visione revelatam, eamque ab eo, ex arce digresso, clero populoque prædictam esse. Sed tantum abest ut fides ei habita sit, ut derisus etiam fuerit, qui casum tam inexspectatum prædiceret. Illum autem rursum in locum suum conscendisse, supinumque in solo jacentem Deum deprecatum fuisse. Ubi etiam in ipso cladis ejus impetu, turri ipse immota et stabili permanente, orantis habitu martyr mortuus est repertus a multis, qui eo concurrerant, ut terræmotum ex loco superiore spectarent. Orasse autem eum, precatumque Deum esse ferunt, ut vitam prius finiret, quam eam urbis calamitatem videret, in qua Christum cognovisset, et ecclesiastica philosophia initiatus esset.

(1) Bosporanum hunc antistitem fuisse, Sozom. ait.

Multa is etiam supra vim et captum hominum fecit : dæmones namque ejecit, aliis quoque casibus afflictos homines restituit, et ad saniorem mentem multos reduxit. Et draconem sive alterius reptilium generis venenosam feram viæ publicæ incubantem, et afflatu solo viatores necantem, oratione, ex latibulo ut sponte sua prodiret, et per seipsam caput semel atque iterum terræ illideret, et sic tandem rumperetur, protraxit. Multi sane mortales Nicomediæ (1) ruinis ædificiorum interierunt, multi sibi fuga in solitudinem et agros consuluerunt. Etenim incendii flamma e furnis et balneis officinisque artificum qui ad ignem opus faciunt coorta, et ruderibus decidentium culminum circumelusa, materiaque proxima et sarmentis, ut fieri solet, ei admistis, tabulatisque resinam exsudantibus, et ad concipiendum propagandumque ignem commodis aucta, tanta alimenti copia in partes omnes proserpens, et ad seipsam revertens, veluti unum (ut ita dicam) ardentem rogum urbem ipsam effecerat. Quo incendio, quod ex ædibus transitus non pateret, multi sunt consumpti. Et quoniam Nicomediensis casus episcoporum conventum interturbavit, primum quidem imperatori, ut Nicææ rursum congregarentur, placuit. Basilius autem de eo loco diu multumque deliberavit. Et sic in urbe Nicæna, populo ibi omni terræmotu conturbato, deliberatio hærebat. **772** Porro Marco Arethusio, Georgio Alexandrino, et Basilio Ancyrano, qui tum Sirmii cum imperatore in negotio quisque suo agebant, Tarsus Ciliciæ commoda visa. Ut vero et hæc aliis minus convenire existimata est, tandem ut Seleuciæ in Isauria synodus ageretur, constitutum. Atque hoc sic decreto, quia ibi aderant Valens, Ursacius et Eudoxius, qui potissimum Anomœorum opinioni præibant, effecerunt illi, ut episcopi eo loco congregati formulæ fidei ex tempore compositæ subscriberent. In qua formula substantiæ nomen insertum non erat. Adhæc in animis ipsi secum perpendere, episcopos Seleuciæ coactos partim Nicænam fidem, partim Antiochiæ in templi dedicatione professionem editam complexuros, et per æmulationem ardentius defensuros ; utramque vero formulam substantiæ nomen habere, et Filium Patri per omnia similem diserte promulgare. Ac si in locum unum episcopi convenirent, omnino eos Aetii opinionem, quam ipsi laudantes studio omni stabilire conabantur, repudiaturos esse, illis minime dubium fuit. Quid ergo faciunt? Dolum instituunt, ut Occidentales quidem Arimini, Orientales vero Seleuciæ congregarentur, ut eo facilius quod agebant perficeretur. Proclivius namque putabant, paucis quam multis, quod vellent, persuadere. Et Patribus ita segregatis, siquidem possent, utramque etiam synodum, dissidio in utraque instituto, sin minus, alteram saltem in senten

τῇ γῇ προσαρράξαι, καὶ οὕτω διαρραγῆναι. Πολλοὶ μὲν οὖν διεφθάρησαν τοῖς ἐρειπίοις· οἱ δὲ εἰς ἐρημίας διέδρασαν. Καὶ φλὸξ γάρ τις ἐκ τινος παρακειμένης ὕλης, ἀπό τε πυγέων καὶ τῶν βαλανείων, καί τινων περὶ τὰς ἐμπύρους τέχνας πονουμένων, ἐρειπομένων τῶν ὀρόφων περικλεισθεῖσα, ἀναμιγέντων ὡς εἰκὸς φρυγάνων, καὶ ὅσα ἐλαιώδη ἐστὶ, καὶ πρὸς τὸ καίεσθαι ῥᾳδίαν τὴν ἐπίδοσιν ἔχει, ἐξαφθεῖσα τῷ τῆς τροφῆς ἀφθόνῳ, ἔρπουσά τε ἀπανταχοῦ, καὶ συναπτομένη αὖθις πρὸς ἑαυτὴν, μίαν πυρὰν, ὡς εἰπεῖν, τὴν πόλιν ἅπασαν ἐποίει· καὶ πολλοὶ τῷ πυρὶ δαπάνῃ ἐγένοντο, ἐκλιπόντων τῶν οἰκων γεγενημένων. Οὕτω δὲ τοῦ κατὰ Νικομήδειαν πάθους ἐμποδὼν τοῖς ἐπισκόποις γεγενημένου, πρῶτον μὲν βασιλεῖ ἐδόκει κατὰ Νίκαιαν πάλιν γενέσθαι τὴν σύνοδον. Καὶ πολλῇ τοῖς ἀμφὶ Βασίλειον περὶ τούτου σκέψις ἐγίνετο. Ἀνεβάλλοντο δ' ἐν Νικαίᾳ, ὑπὸ σεισμῶν τεταραγμένου ὅθεν τοῦ ἔθνους. Καὶ ἐδόκει τοῖς περὶ Ἀρεθούσιον καὶ τὸν Ἀλεξανδρείας Γεώργιον, Βασίλειόν τε τὸν Ἀγκύρας τηνικαῦτα σὺν τῷ βασιλεῖ ἐν Σιρμίῳ διάγουσι περὶ Ταρσὸν τῆς Κιλικίας. Ὡς δὲ καὶ τοῦτο μὴ προσῆκον ἐδόκει, ὡρίζοντο περὶ Σελεύκειαν τῆς Ἰσαυρίας γενέσθαι τὴν σύνοδον. Τούτων οὕτω δοξάντων, ἐπεὶ παρῆσαν ἐκεῖ καὶ οἱ ἀμφὶ Οὐάλεντα καὶ Οὐρσάκιον καὶ Εὐδόξιον, οἵ τῆς τῶν Ἀνομοίων δόξης προϊστάντο μάλιστα, παρασκευάζουσι τοὺς ἐκεῖσε εὑρισκομένους τῶν ἐπισκόπων, εἰς γραφήν τινα πίστεως ἐκ τοῦ σχεδὸν γεγενημένην ἐκθυπογράψαι, ἧ τὸ τῆς οὐσίας οὐκ ἐνέκειτο ὄνομα. Πρὸς δὲ τούτοις ἐν νῷ θέμενοι, ὡς οἱ ἀθροιζόμενοι ἐν Σελευκείᾳ ἐπίσκοποι, οἱ μὲν τὴν ἐν Νικαίᾳ στιν, οἱ δὲ τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ γεγενημένην ἐπὶ τοῦ νεὼ καθιερώσει, καὶ στέργουσι καὶ ζῶ Καὶ ἄμφω δὲ τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα ἔχουσι κατὰ πάντα ὅμοιον διαρρήδην κηρύττουσι τὸν τῷ Πατρί. Εἴ γε τοίνυν εἰς ἓν γένοιντο, πᾶσ τὴν Ἀετίου δόξαν ἀπώσονται· ἣν ἐκεῖνοι ἐπαινοῦντες διὰ σπουδῆς συνιστᾷν ἐπειρῶντο. Τί πράττουσιν; Οἰκονομοῦσι δόλῳ, τοὺς μὲν ἐκ τῆς ἑσπέρας εἰς Ἀρίμινον συνδραμεῖν, τοὺς δὲ ἐξ Ἕω εἰς τὴν τῆς Ἰσαυρίας Σελεύκειαν· ὡς ἂν εἴη εὐκόλως τὸ μελετώμενον δρᾶν· ῥᾷον γὰρ ᾤοντο τοὺς ὀλίγους πείθειν ἢ πάντας. Καὶ εἰ μὲν δυνηθεῖεν καὶ ἑτέραν σύνοδον σύμψηφον σχεῖν, μεριεῖσθέντες ἐν ἀμφοτέραις· εἰ δ' οὖν, θατέραν, ἵνα μὴ ταῖς ἁπάντων ψήφοις ἡ αὐτῶν αἵρεσις ἀποκηρυχθείη. Ἔκρατον δὲ ταῦτα διὰ τοῦ εὐνούχου Εὐσεβίου τηνικαῦτα τῆς βασιλικῆς οἰκίας προεστηκότος· οὗτος γὰρ σύμπνους ὢν τὰ μάλιστα καὶ ὁμόφρων τῷ Εὐδοξίῳ. Καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ἐν τέλει κεχαρισμένοι τὸ πρὸς βουλῆς ἅπαν ἦγον. Οἷς πεισθεὶς ὁ Κωνστάντιος, ὡς ἀλυσιτελές τε τῷ δημοσίῳ διὰ τὴν πολλὴν δαπάνην, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἱππεῦσι, διὰ τὸ τῆς ὁδοιπορίας μακρὸν, εἰς ἓν ἅπαντας συνελθεῖν, διεῖλεν εἰς δύο τὴν σύνοδον, καὶ προσέταττεν ἐν Ἀριμίνῳ καὶ Σελευκείᾳ γενέσθαι τὴν σύναξιν. Καὶ γράφων

(1) Cf. Sozom. lib. IV, cap. 16.

ἔλεγε, πρῶτον μὲν τὰ περὶ τῆς πίστεως ἀμφισβητούμενα διαλύειν· ἐς ὕστερον δὲ σκέψασθαι καὶ περὶ ὧν ἄλλων κατὰ θεσμοὺς Ἐκκλησίας δεῖ· ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἀδίκως καθαιρεθῆναι δοκούντων, καὶ ὑπεροψίαις καταχριθέντων, ὧν εἷς ἐτύγχανεν ὢν καὶ Κύριλλος ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος· ἔτι δ' ἐρευνῆσαι καὶ τοὺς νῦν ὑπὸ ἔγκλημα ποιουμένους ἐπισκόπους. Πολλῶν γὰρ κατηγορίαι ἐλέγοντο, καὶ δὴ καὶ Γεωργίου παρ' Αἰγυπτίων, ὡς εἴη ἁρπαγαῖς χαίρων τῶν ἀλλοτρίων, καί τινων ὕβρεων. Ὕστερον δὲ δέκα ἑκατέρωθεν ἐπιλεγέντας, τὰ πεπραγμένα βασιλεῖ καθιστᾷν ὅῆλα.

A tiam suam se pertracturos esse confidebant, illo proviso, ut ne calculis omnium hæresis eorum damnaretur. Hæc agebant per eunuchum Eusebium, imperatoriæ tum aulæ præfectum, Eudoxio quam maxime assentientem, et alios quosdam, qui magistratus et honores gerentes, et gratia pollentes, ex sententia omnia perficiebant. A quibus persuasus Constantius, perinde atque incommodum simul et reipublicæ propter graves impensas, et ipsis episcopis propter itineris magnitudinem esset, si in eodem loco convenirent, synodum divisit, eamque Arimini et Seleuciæ celebrare jussit. Atque in litteris suis constituit, ut primum controversia de fidei professione decideretur, deinde de aliis ecclesiasticis sanctionibus deliberatio fieret. Tum autem de eis qui per injuriam exauctorati et in exsilium acti visi essent, **773** in quibus etiam Cyrillus Hierosolymorum episcopus fuit, consultaretur: postea de eis quoque episcopis, qui rei agerentur, inquireretur. Permulti enim accusabantur, et ab Ægyptiis maxime Georgius: quod scilicet alienorum bonorum rapinis gauderet, et contumeliosis quibusdam hominibus delectaretur. Postremo, ut per decem delectos legatos se de actis suis certiorem facerent.

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀριμήνῳ συνόδου, ἐν ᾗ οἱ ἐν ἑσπέρᾳ ἀσύμφωνοι τοῖς ἑῴοις ἐγένοντο.

Καὶ οἱ μὲν ἐπίσκοποι συνελέγοντο καθὰ δὴ καὶ ἐβέσπιζε βασιλεύς· προὐλάμβανε δὲ καὶ συνίστατο ἡ ἐν Ἀριμίνῳ· τὸ δὲ πλήρωμα τούτων ἦσαν τετρακόσιοι καὶ μικρόν τι πρός. Δεῖν δ' ἐδόκει τοῖς βαρέως πρὸς Ἀθανάσιον ἔχουσι μηδέν τι περὶ τούτου κινεῖν· οὕτω γὰρ ἄμεινον ἐβουλεύοντο. Ἐπεὶ δὲ καὶ ζήτησις εἰσήγετο περὶ πίστεως ὃν χρὴ πιστεύειν τρόπον, Οὐάλης ἐνταῦθα καὶ Οὐρσάκιος, οἳ κατ' ἀρχὰς μὲν ὑπασπισταὶ τῆς Ἀρείου δόξης ἐγένοντο, ἐν μέσῳ δὲ τῷ ὁμοουσίῳ συνέθεντο, βιβλίον τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης Ἰουλίῳ ἐπιδεδωκότες, ὥσπερ ἐμνήσθημεν, ἀεὶ τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς κρατοῦσιν ἐπικλινόμενοι, οὗτοι δεῖν ἔλεγον ἄλλων ἄλλα εἰπόντων, οἷα φιλεῖ, ἀργὰς νομίζειν τὰς περὶ πίστεως προτέρας γραφάς· μόνην δ' ἐκείνην κρατεῖν, ἣν οὐ πρὸ πολλοῦ ἐν Σιρμίῳ Ῥωμαίων γλώττῃ συνέθεντο, ἣν δῆτα καὶ βασιλεὺς διὰ τιμῆς ἄγει· χρεὼν δ' εἶναι καὶ ὑμᾶς νῦν προσίεσθαι καὶ παραιτέρω μηδὲν πολυπραγμονεῖν· ἵν' ἐντεῦθεν καὶ διχόνοια πᾶσα περιαιρεθείη, μὴ τῶν ὀνομάτων ἀμφιβόλων ὄντων, ἀκριβεῖ βασάνῳ παραδιδομένων. Καὶ γάρ πως βέλτιστον εἶναι ἐτίθεντο, μετὰ τῆς ἀγροικίας ὀρθὴν φρονεῖν δόξαν περὶ Θεοῦ, ἢ ξενίζουσι λόγοις ἐξ Ἑλληνικῆς τερθρείας, ἀνεπινοήτους ἐπεισάγειν λέξεις. Ἐλέγοντο δὲ διὰ τούτων, μᾶλλον καὶ προφανῶς μᾶλλον τὴν τοῦ ὁμοουσίου λέξιν, ἅτε δὴ μὴ ταῖς γραφαῖς ἐμφερομένην Γραφαῖς. Ταῦτα λέγοντες, ἐδόκουν προῆγον καὶ ἀναγινώσκεσθαι ᾔτουν· ἐν ᾗ ἔγραπτο μὲν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν κατὰ τὰς Γραφὰς ὁμοιοῦντο, μνήμην δὲ οὐσίας ἐπὶ Θεοῦ παντάπασιν ἀπηγόρευον. Αὕτη δὲ ἦν ἐκείνη, ἣν τότε μὲν ἐτάραττον, νῦν δὲ εἰς φῶς προῆγον. Ἦλ συνελαμβάνοντο μάλιστα Γερμίνιος καὶ Αὐξέντιος, καὶ Γάϊος καὶ Δημόφιλος· καὶ τοίνυν ἀναγνωσθείσης, οἱ μὲν ἔστοι μηδὲ νεωτέρας δεῖσθαι πίστεως τὰ νῦν ἐδόκουν· ἀρκεῖσθαι δὲ τῇ ἐν Νικαίᾳ γενενη-

B

C

D

CAPUT XXXIX.

De Ariminensi synodo, in qua Occidentales ab Orientalibus dissenserunt.

Episcopi, sicuti imperator jusserat, convenere: et primum quidem Arimini Occidentales quadringenti et aliquot præterea numero. Et qui graviter in Athanasium animati erant, minime omnium de eo quidquam movendum esse duxere, quod hoc sic commodius esse putarent. Cæterum postquam de fide, quomodo eam profiteri conveniret, quæstio proposita est, ibi Valens et Ursacius, qui primum Arii opinionem defenderant, medio autem tempore, libello supplici Julio Romano antistiti dato, τῷ ὁμοουσίῳ, consubstantiali, assenserant, quemadmodum diximus, temporibus sese et rebus obtinentibus semper accommodantes aliis alia sicuti fieri solet censentibus, dixere, priores fidei formulas abolendas esse, unamque eam obtinere oportere, quæ non ita pridem Sirmii lingua Romana composita, ab ipso etiam imperatore plurimi fieret. Debere quippe synodum quoque de sententia illius professionem eam approbare, neque ulterius quidquam curiosius indagare: ut eo modo omnis discordiæ occasio, verbis nihil ambigui habentibus, quæ subtili et accurata exploratione perpensa essent, in formula insertis, præcideretur, longe præstantius esse asserentes, cum rusticitate quadam rectam de Deo tenere opinionem, quam ex Græcorum nugamentis novis petitis verbis, quæ non intelligerentur inducere vocabula. Quibus illi dictis obscure innuebant, seu potius propalam τοῦ ὁμοουσίου, consubstantialis, verbum per calumniam reprehenderunt, veluti in sacris Litteris non expressum. Sub hæc verba charta prolata, legi eam postularunt, in qua similem Patri Filium secundum Scripturas dicebant: **774** mentionem vero substantiæ in Deo omnino fieri interdicebant, et pro eo similem per omnia Filium Patri reponi volebant. Hæc porro formula illa erat, quam antea

peratore ira, Gallus deinde Ephesi (2) degebat, in scholis studiis operam navans : ubi etiam paternæ erant possessiones. Julianus vero Constantinopoli in basilica docentes præceptores audivit : tenuique in publico usus est vestitu, Mardonii eunuchi ductu. Grammaticen eum docuit Nicocles Lacon : rhetoricen autem Ecebolius, qui tum Christianam complexus fuerat religionem. Providerat hoc sic Constantius, veritus ne ad superstitionem, si Græco uteretur magistro, declinaret. Et cum disciplinis discendis præclaro esset ingenio, et cum multis familiarius viveret, celebrem est famam, ad res quoque administrandas idoneum eum esse, consecutus. Quin et ad imperium ipsum gerendum optimus est judicatus. Qua de re cum sermones invalescerent, Constantius est perturbatus. Itaque ex urbe maxima (3) Nicomediam translatus est : ubi ne ad Libanium Syrum sophistam iret, ei est interdictum. Eo enim tempore a pædagogis urbe Constantinopolitana expulsus ille, Nicomediæ ludum aperuerat, ubi adversus pædagogos stomachum ostendens, orationem contra eos præclaram conscripsit. Julianus cum, propter religionem, Libanii consuetudinem fugere jussus fuisset, quod tamen summo ei animi benevolentia conjunctus esset, clam libros ejus comparavit, eosque diligenter imitari studuit. Interea Maximus philosophus, non Byzantius ille, sed qui Ephesum patriam habuit, et postea a Valentiniano magicarum imposturarum convictus, cæsus est, Juliani fama permotus Nicomediam venit : cujus cum in philosophia auditor, tum etiam in superstitione imitator atque amator acerrimus fuit. Hic illum dicitur non mediocriter ad imperandi libidinem excitasse, cum sicuti fama vulgatum est, ariolorum sacris initiatum instituisset, et ad Christianismi odium produxisset. Quod quia Constantium latere non potuit, in gravium rerum suspicionem incidit. Et spe simul ea, in quam faustis augurils erectus erat, adductus, capite tonso monachus factus est. Ita ille, quem antea revera receperat, eum tum falso præ se tulit Christianismum. Et occulte philosophiæ operam dedit : aperte autem in lectorum Nicomediæ ordinem lectus, sacras legit Litteras. Qua re eam quam de illo imperator conceperat, suspicionem abolevit. Deinde vero eo est provectus, ut si quæ ars esset rerum futurarum divinatrix, scrutaretur, necessarioque eam sibi discendam esse putaret. Propterea si quem ejus rei studiosum cognovit, statim eum sibi amicum fecit. Et paulatim cum plerisque suorum sodalium consilium suum communicavit. Et tum demum urbes gloria florentes fore, quasi divinans prædixit, cum ipse ad rerum summam perveniret. Ob quam causam etiam Nicomedia relicta, Asiam petiit : et cum ejusmodi hominum

(2) Gallum in Ionia, Ephesi, ubi possessiones paternas habuit; Julianum autem Constantinopoli, sub magistris et præceptoribus utrumque doctum atque educatum esse scribunt. Julianum in lectorum ordinem cooptatum esse, et in publicis Ecclesiæ conventibus sacros libros populo legisse, Theodoretus dicit lib. III, cap. 2.

(3) Ἐκ τῆς μεγαλοπόλεως. Socr. lib. III, cap. 1.

genere cum ibi familiarius viveret, magis atque magis rerum talium studium in eo est confirmatum. Porro ubi frater ejus Gallus Cæsar factus, et res eum novas moliri nuntiatum est, et hic affectati imperii suspectus fuit, et propterea sub custodia habitus est. Cæterum cum pro eo Eusebia Constantii uxor precata esset, Athenas ad philosophos est missus. Et hunc quidem profectionis ejus obtendit prætextum, velut Græcis ibi disciplinis operam navaturus esset. Res autem ipsa erat, ut de rebus, quas sibi persequendas statuerat, cum impostoribus ageret magis. Atque Athenis agens, una cum Basilio et Gregorio scholas frequentavit: qui ex indiciis quibusdam ab.itam hominis improbitatem mentis oculis deprehenderunt. Et Constantius, ut paucis rem explicem, illum inde accitum Cæsarem creavit, et in matrimonium ei sorore Constantia (1) tradita, in Occidentalem Galliam misit. Stipendiarii enim milites, quos adversus tyrannos Magnentium et Britannionem in Occidente Constantius ductos alebat, nulli ei erant usui, 9 quin potius barbaro corrupti instituto, Gallias vastabant, et cum detrimento ipsius, imperio Romano subditas urbes diripiebant. At quod juvenis adhuc esset, nihil ei, quod sine ducum qui in ejus comitatu erant, consilio ageret, permisit. Ubi vero illi non recte rem militarem administrarent, ipse ut potuit per se bellum gessit, militibus ardorem quemdam indidit, animosioresque ad prælia committenda et pericula adeunda cohortationibus præmiisque ob barbaros cæsos propositis reddidit. Quæ sane res initium præbuit, ut barbari subinde victori inferiores essent, ipse autem et gratia et egregia fama polleret. Atque ubi Constantio ducum languorem et ignaviam indicavit, alios ab eo pro illis accepit: quorum consilio et opera, cum hostibus prælio sæpe commisso, victoriam fortiter reportavit, eosque ad legationem mittendam coegit (2). Cæterum illis Constantii prætendentibus litteras, quibus eos rursum ad fœdus et societatem belli cum Romanis ineundam invitabat, ipse tempus ex industria extraxit, et oratorem eorum ubi aliquandiu distulit, et spem eidem fecit, fœdus acceptum a Constantio iri; præter expectationem omnium, copiis suis Barbaros adortus, maxima victos clade afflixit, regemque eorum vinctum ad Constantium misit. Ea victoria (3) ex sententia potitus, a militibus Romanorum imperator est renuntiatus. Atque ubi tum imperatoriæ coronæ copia non fuit, ex satellitibus quidam, torquem quam in colle gestabat, capiti illius imposuit. Obtinet fama, antea quoque, cum oppidum quoddam ingrederetur, coronam inter duas columnas suspensam, sicuti mos est urbes exornare, quam aptissime in caput prætereuntis decidisse. Quæ res permultis pro omine

A σάμενος, εἰς Ἀθήνας παρεπέμφθη φιλοσοφεῖν. Καὶ τὸ μὲν προφανὲς ἡ τῶν Ἑλληνικῶν μαθημάτων ἦν παιδεία, τὸ δ' ἀληθὲς, ὡς ἂν περὶ τῶν κατὰ σκοπὸν τοῖς ἐκεῖσε συγγένηται γόησιν. Ὅπου δὴ διάγων, Βασιλείῳ καὶ Γρηγορίῳ σύναμα τοῖς διδασκαλείοις ἐφοίτα· οἱ σημείοις δή τισι τὴν οἰκουροῦσαν τὰ περὶ κακίαν ὄμμασι διανοίας ἐφώρασαν. Κἀκεῖθεν, ἵνα συντελῶν εἴπω, Κωνστάντιος μεταστειλάμενος, Καίσαρα ἐποίει· καὶ τὴν ἀδελφὴν Κωνσταντίαν συζεύξας ἐκείνῳ, ἐπὶ τὰς ἑσπερίους Γαλλίας ἐστειλε. Τὸ γὰρ μισθοφορικὸν ὃ κατὰ τῶν ἑσπερίων τυράννων Μαγνεντίου καὶ Βριττανίωνος ἐπήγετο ὁ Κωνστάντιος, εἰς οὐδὲν αὐτῷ γενόμενον χρήσιμον, βαρβάρῳ γνώμῃ ἀντιστρέψαν, τὰς Γαλλίας ἐδῄου· καὶ κατ' ἐκείνου μᾶλλον ἐγίνετο τὰς Ῥωμαϊκὰς διαφθείρον B πόλεις. Νέῳ δὲ ἔτι ὄντι, μηδὲν πράττειν ἐπέτρεπε γνώμης δίχα τῶν ἑπομένων αὐτῷ στρατηγῶν. Ἀναμάλως δ' ἐκείνων τὰ πρὸς μάχην διακειμένων, αὐτὸς ὡς ἐνῆν τὸν πόλεμον διηυθέτει. Καί τινα ζῆλον ἐνίει τοῖς στρατιώταις, θερμοτέρους περὶ τὸν ἀγῶνα ποιῶν, παρακινδυνεύειν προτρέπων· οἷς μισθὸν ἀνήκοντα ἔταξε τῷ βάρβαρον ἀναιρήσοντι. Ὁ δὲ ἀρχὴν παρέσχεν ἐλάττω μὲν γίνεσθαι τὰ βαρβάρων, ἐκεῖνον δὲ κεχαρισμένον εἶναι καὶ διὰ φήμης πολλῆς διελθεῖν. Καὶ δὴ τὴν τῶν στρατηγῶν ῥᾳστώνην Κωνσταντίῳ δηλώσας, ἑτέρους ἔσχε τοὺς στρατηγούς· μεθ' ὧν τοῖς ἐναντίοις προσβαλὼν, ἀναιρεῖ ἐνίκα· τῇ δ' ἀνάγκῃ εἰς πρεσβείαν κατεστάλη C ἐκείνων, καὶ τὰ γράμματα Κωνσταντίου πρεσβευομένων, ὡς καλοίη σφᾶς αὖθις ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων συμμαχίαν, ἐπιτηδὲς ἐκεῖνον ἀναβαλέσθαι. Μελλήσας γὰρ τὸν πρέσβιν, καὶ ἐλπίδα δοὺς ὡς ἐπιμένοι χοιτο, ἀδοκήτῳ, πολὺς ἐπελθὼν, εἰσάπαν τὸν βάρβαρον ἐκράτησε· καὶ τὸν ἐκείνων βασιλέα ἐς Κωνστάντιον ἔπεμπεν. Οὕτω δὲ τῷ πολεμίῳ ἐνευτυχήσας, πρὸς τῶν στρατιωτῶν βασιλικὰ μαίων ἀναγορεύεται. Στεφάνου δὲ μὴ παρόντος σιλικοῦ, τῶν τις δορυφόρων, ὃν περὶ τὸν τράχηλον ἐφόρει στρεπτὸν ἐξελὼν, τῇ ἐκείνου κεφαλῇ ἐπέθηκε. Λόγος γε μὴν ἔχει καὶ πρότερον, εἰς τὰ πολίχνην εἰσιόντος, στέφανόν τινα μέσον δύο κλάδων ἀνηρτημένον, οἷς τὰς πόλεις ἔθος κοσμεῖν, ἐπισσόντα τῇ ἐκείνου κεφαλῇ ἐφαρμόσαι· καὶ πολλῶν ἐντεῦθεν σύμβολον εἶναι, ὡς καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ἀνα- D δήσηται κράτος. Διεθρυλλήθη δὲ καὶ τις ἕτερος λόγος, ὡς ἐπιβουλῆς χάριν ὁ πρὸς τοὺς βαρβάρους πόλεμος ἐδόθη αὐτῷ, ἵν' αὐτοῖς συμπλεκόμενος δίηται. Οὐ πιθανὸς δ' ἐμοί γε λίαν ὁ λόγος. Τί γὰρ καὶ Καίσαρα τοῦτον ἐποίει τὸ κατ' ἀρχὰς, καὶ τὴν ἀδελφὴν εἰς γάμον ἐδίδου; Τί δὲ αὐτῷ καὶ τὸ πείθεσθαι καὶ ὑπαλλάττειν τοὺς ἐρράστωνευμένους τῶν στρατηγῶν· καὶ τοὺς πρὸς μάχην ἑστελλε δεξιοὺς, ἵνα μᾶλλον κατορθώσῃ τὸν πόλεμον, εἰ μὴ φίλῳ ἐχρῆτο; Συμβάλλειν τοίνυν ἔστιν, ὡς εὔνους ἦν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν ὁ κρατῶν, ὅθεν ἀνεῖπε καὶ Καίσαρα. Ὡς δ'

(1) Socr. *Helenam* habet.

(2) Socrat. et Eutrop. legatos in vincula conjectos esse addunt.

(3) Apud Argentoratum ingentes hostium copias delevit. Stabant acervi cadaverum montium instar, fluebat cruor fluminum modo, captus rex nobilis Chonodomarus, etc. (Eutrop.)

ἐκεῖνος Σεβαστὸς ἀνεκηρύχθη, μὴ ὄντος αὐτοῦ, ἢ διδιὼς, οἷς αὐτοὺς ἠδίκησε νέους ὄντας, ἢ καὶ τῆς ἴσης τιμῆς χάριν ἀχθόμενος, διὰ τῶν εἰρημένων βαρβάρων ἴσως ὕστερον ἐπιβουλεύειν προήγετο. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ὡς ἑκάστῳ δόξης ἐστὶ, κρινέτω.

A et indicio accepta est, imperii quoque summam ad eum perventuram esse. Illud quoque sermonibus vulgatum fuit, ab insidiante vitæ ejus Constantio bellum id adversus barbaros ei mandatum esse, ut cum illis manu conserta interiret. Sed fama ea apud me parum admodum habet fidei. Cur enim Cæsaris illi primum dignitatem tribuisset, sororemque ei nuptui dedisset? Cur optatis ejus, ut socordibus alii surrogarentur duces, morem gessisset: et qui ad prælia committenda strenui essent, bellumque recte gererent, misisset, nisi amico et benevolo in eum fuisset animo? Itaque colligere satis licet, bene ei ab initio imperatorem voluisse, et ob id Cæsarem eum declarasse. **10** At ubi ille, ipso non permittente, Augustus est renuntiatus, vel metuentem eum sibi, propter injurias, quas illi tenero adhuc fratrique ejus intulerat, vel parem illius cum suo honorem moleste ferentem, per eos qui dicti sunt Barbaros, postea forte insidias ei struxisse. Sed hoc judicio cujusque relinquimus.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ὅπως διὰ Θρᾴκης ὁ ἀποστάτης ἰὼν, τὴν Κωνσταντίνου κατέσχεν ἐκποδὼν τοῦ Κωνσταντίου γεγενημένου.

Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον ὁ Ἰουλιανὸς τῆς βασιλείας ἐδράξατο· εἰ δὲ κατὰ φιλοσόφους ἡ ἐξῆς ἀγωγὴ, ἐν κοινῷ σκοπεῖν ἐῶ. Οἶα γὰρ φιλεῖ, μὴ ἀπολογίαν διὰ πρεσβείας δοὺς Κωνσταντίῳ, ὃν καὶ σωτῆρα καὶ εὐεργέτην ἠπίστατο, εὐθὺς μὲν ἀπεχειροτόνει τοὺς ἄρχοντας ὅσους ἐκεῖνος κατέστησεν· ἀμείβων δ' ἑτέρους ἀντικαθίστη, καὶ πᾶν τὸ πρὸς βουλῆς αὐτῷ ἔπραττεν· ἐπεγγελῶν δὲ καὶ Κωνσταντίῳ, κατὰ χώρας τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διεδείκνυ, δι' ὧν τοὺς βαρβάρους κατὰ Μαγνεντίου καλῶν, Ῥωμαίοις ἐπήγαγε· καὶ τέχνῃ τὰ πλήθη μετερχόμενος, ἀπέσπα μὲν ἐκείνου, εἰς ἑαυτὸν δὲ μετεβίβαζεν. Ἐξάπινά τε καὶ τὸ δοκεῖν εἶναι Χριστιανὸς διαφεὶς, τοῖς τῶν δαιμονίων ἐφοίτα σηκοῖς· καὶ θύων, καὶ τοῖς ἀγάλμασι προσφερόμενος, ἀρχιερέα ἑαυτὸν ἐκάλει· καὶ τὰς Ἑλληνικὰς ἑορτὰς ἐπιτελεῖν ἐπέτρεπε, καὶ τοὺς ὑπὸ χεῖρα πάντας ἐπίσης θρησκεύειν ἔπειθε, καὶ πρὸς ἐμφύλιον ἀνερρίπιζετο πόλεμον. Καί γε ἂν ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ αἵμασι διεκρίθη τὸ τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας ἀπέριττον, εἰ μὴ Θεὸς ὁ πάντα σὺν ἀγνώστῳ λόγῳ ποιῶν συμφερόντως, θάτερον εἰς ἑαυτὸν μετεστήσατο, δίχα μέντοι ζημίας τοῦ ἀντιπάλου. Τοῦ γὰρ Κωνσταντίου ἐν Συρίᾳ τὴν Περσικὴν ὁρμὴν ἀναστέλλοντος, ἐκείνῳ δεῖν ἐδόκει τὰ περὶ τὸν Ἰλλυριὸν εἴσω θέσθαι χειρῶν, καὶ μάχης ἄνευ κρατεῖν. Καὶ δὴ σκηψάμενος πρὸς Κωνστάντιον ἐλαύνειν, ἐπὶ παραιτήσει δῆθεν τοῦ μὴ ἐκὼν τὰ τῆς βασιλείας σύμβολα δέξασθαι, ἧκε τοῦ πρόσω διὰ Θρᾴκης χωρῶν· ὁπηνίκα δὲ τῶν τῇδε ὅρων ἐπέβη· μετὰ τρύγην δ' οὖν καὶ ἡ Ἰλλυρὶς δύνουσα ἦν· αἱ μὲν ἄμπελοι βμφακας ἐπηγέννων· καί τινα βρόσον ἐξ ἀέρος κατασχυθεῖσαν λόγος αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἑπομένοις, σταυροῦ σχῆμα ἑκάστην σταγόνα τοῖς πέπλοις αὐτῶν ἐντυποῦν. Ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλα τοῖς τοιούτοις ἔλεγον τῶν συμβόλων· τό γε μὴν ἄωρον καὶ ὀλιγοχρόνιον τῆς ἀρχῆς διὰ τῶν ὁμφάκων ὑπεσημαίνετο. Ὁ δὲ σταυρὸς ὡς τῶν Χριστιανῶν δόγμα

CAPUT II.

Ut prævaricator et apostata per Thraciam proficiscens, Constantio defuncto, Constantinopolim pervenerit.

Ad hunc certe quidem modum Julianus imperium arripuit (1). An vero philosophici instituti sint, quæ mox deinde gessit, et idipsum in medio cuique dispiciendum relinquo. Nam (quod alioqui fieri solet) nulla ad Constantium adhuc superstitem, a quo beneficia multa se accepisse servatumque adeo esse sciebat, legatione, quæ illum excusaret et defenderet, missa, statim eos magistratu abire exauctoratos, quos ille evexerat, coegit, et alios in eorum locum suffecit, omniaque ad voluntatem tantum suam egit. Et Constantium ridens, plerisque in locis epistolas ejus recitavit, quibus ille Barbaros contra Magnentium evocans, in Romanorum ditionem adduxit. Multitudinem quoque arte circumventam, et ab illo alienatam, in partes suas pertraxit. Ac derepente simulationi quoque illi, qua Christianum se esse finxit, nuntio remisso, dæmonum templa frequentavit: et sacrificans, simulacrisque sese dedens, Pontificem seipsum vocavit, festos Græcorum dies peragere permisit, et qui sub potestate ejus erant cives ad eumdem cultum suasionibus perducere intendit. Et profecto civile ille concitasset bellum, et quantum in ipso situm erat, sanguine fuso, de exuberanti philosophia ejus judicium factum fuisset, nisi Deus, qui omnia, ignota et occulta ratione, in melius dirigit, alterum ad se cum nullo adversarii ipsius detrimento transtulisset. Cum enim Constantius in Syria excursiones atque expeditiones Persicas compesceret, illi interea visum est, Illyricum, sine prælio imperio suo subjicere. **11** Atque assimulans se ad Constantium tendere, veluti culpam, perinde atque invitus imperii insignia recepisset, deprecaturus, ulterius inde Thraciam versus processit: et ubi in ejus regionis montes pervenit, cum post vindemiam Vergiliæ (2) occiderent, vites gemmis et uvis recentibus germinarunt, et ros ex

(1) Julianus hostes ex Gallia ultra Rhenum fugavit. Ad undecim millia Rom. qui jure belli capti serviebant, ab Almanis recepit, Agrippina recuperata. Idem cum Almanis eisdem bellum gessit, et per Hariobaudem tribunum castra Herculis, Quadriburgium, Stricensium, Nivesium, Bonam, Antenacum, et Bingium, civitates cepit. Sarmatas item et Quados vicit. Oros., Ammian.

(2) Pleiades. Sozom. lib. v, cap. 1.

acre in ipsum comitesque ejus ita diffusus est, ut gutta quælibet in sagis illorum crucis formam repræsentaret. Et alii quidem aliter prodigia atque indicia hæc acceperunt. Verum per uvas immaturas intempestivum ejus minimeque diuturnum imperium est designatum. Crux autem Christianorum doctrinam cœlestem esse, omnesque ea consignari oportere portendit. Utrumque sane posterioribus temporibus verum esse confirmatum est. Julianus ubi in Thraciæ limitibus fuit, Constantius exstinctus esse ad Mopsi fontes dictus est: et ipse Constantinopolim ingressus, imperator est salutatus. Ibi Constantii funus magnifice curavit: atque id dempto a capite suo diademate producens secutus est, mortuum eum honore afficiens, cujus vitam infestis signis petierat. Græci sane sermonibus tum jactarunt, Julianum vaticinandi quadam arte eam rerum mutationem prævidisse, et ob id in Thraciam properasse. Quod hercle certum haberi posset, si suum ipse quoque obitum jamjam ei imminentem, qui quasi in somnis imperium tantum degustavit, vidisset. Esset namque a stultitia non alienum, si ipse et Constantii mortem, et suam in Persarum finibus cædem prospectam habens, sua sponte ad interitum prosiluisset. Hoc quidem non aliud est, quam ipsi inconsultæ temeritatem et imperatoriæ artis imperitiam affingere: imperium autem Romanorum in tantum conjicere periculum, ut id fere totum, aut maxima certe ex parte, Persis sit subditum. Hæc quidem hactenus.

A οὐράνιόν ἐστι, καὶ χρῆναι πάντας κατασημανθῆναι αὐτῷ· ἃ δὴ καὶ τῷ χρόνῳ ἴσχυν τὸ βέβαιον. Ὡς δὲ περὶ τὰ τῶν Θρᾳκῶν ἐγένετο ὅρια, Κωνστάντιος μὲν ἠγγέλλετο τελευτᾷν περὶ Μόψου κρήνας· ἐκεῖνος δὲ τὴν Κωνσταντίνου καταλαβὼν, αὐτοκράτωρ ἀνηγόρευτο βασιλεύς· καὶ τὸν νεκρὸν Κωνστάντιον μεγαλοπρεπῶς ἐκήδευε· καὶ προεπόμπευεν ἐκείνῃ τῆς κεφαλῆς ἀφελόμενος τὸ διάδημα, τιμῶν τὸν νεκρὸν, οὗ τὴν ζωὴν ἐπεστράτευεν ἀφελεῖν. Ἦ μήν Ἕλληνες λογοποιοῦντες ἦσαν, ὡς ἔοικε τῇ τῶν πραγμάτων μεταβολῇ μαντικῇ τινι τέχνῃ ὁ Ἰουλιανὸς, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἐπὶ Θρᾴκης ὁρμῆσαι. Τοῦτο δ' ἦν ἂν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ, εἰ καὶ ἑαυτῷ ἔβλεπε δοκοῦντα ἤκουσαν τὴν τελευτὴν, ὡς ἐν ὀνείρῳ τῆς ἀρχῆς γευσάμενον. Καὶ γὰρ εὐηθείας οὐ πόρρω τὸ, πρόγνωσιν ἐσχηκότα τὴν τελευτὴν Κωνσταντίου, καὶ τὴν αὑτοῦ ἐν Περσῶν ὁρίοις σφαγὴν, ἑκόντα πρὸς τὸν θάνατον ἅλλεσθαι. Αὐτῷ μὲν γὰρ ἀβουλίαν ἔστι καὶ ἀμαθῆ στρατηγίας δόξαν προσάψαι, τῇ δὲ Ῥωμαίων ἡγεμόνι εἰς τόσον περιστῆσαι τὸν κίνδυνον, ὡς πᾶσαν σχεδὸν ἢ τὸ πλεῖστον μέρος ὑπὸ Πέρσας πρᾶξιν γένεσθαι. Τοῦτο μὲν ὧδε κείσθω.

B

C

12 CAPUT III.

Ut Christiano abjurato, Julianus in idolorum fanis versaretur: et ut inter sacrificandum in horrenda spectra incideret.

Julianus porro imperio potitus, tam impudenter et aperte dicitur religionem abjurasse, ut ipsum etiam pernegaverit Christum, et sacrificiis quibusdam dæmonumque detestandis invocationibus et victimarum sanguine sacrum abluerit lavacrum, atque seipsum a mysteriis Ecclesiæ exauctoratum exduxerit: et deinceps non modo privatim, sed publice etiam, quæcunque Græcis permittuntur sacra et sacrificia eis uteretur. Enimvero solemnem ei hostiam mactanti, in extis ejus crucis signum corona circumdatum apparuisse dicitur. Quod eis qui illi opera dabant, non parvum incussit timorem, Christi potentiam doctrinamque nostram perpetuo duraturam, suspectam habentibus: quod corona victoriæ signum esset, et circularis forma, omni ex parte initium capiens, atque in seipsam desinens, finem nullum portenderet. At sacerdos qui sacro præfuit, ne ea re perturbaretur, illum admonuit: victimam enim novum quiddam ostendere, Christianum scilicet dogma jam comprimi, et ad seipsum reverti, circulo, ne sicuti prius, finibus nullis constitutis, quocunque vellet loco longe lateque propagaretur, in angustum redactum. Alio item tempore, cum celebre quoddam adytum divinationis gratia subiret, et subito sese horrenda quædam spectra ingererent, ejus rei propter quam ingressus fuerat, oblitus (ætate enim provectiore ad *idoloram* sacra se contulerat), quod in rebus dubiis

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὅπως τὰ Χριστιανῶν ἐξομοσάμενος Ἰουλιανὸς εἰδωλείοις ἐσχόλαζε· καὶ θυσίας ἐπὶ ἐνίοις φάσμασι περιέπιπτεν.

Λέγεται δ' ὡς ἀρνασάμενον τὴν ἐμὴν ἐμὴν οὕτω καὶ περιφανῶς μήτοι γε τὸ σέβας ἐξαιρούμενον ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἀπαρνήσασθαι τὸν Χριστὸν καὶ θυσίαις καὶ ἐπικλήσεσι δαιμόνων ἀποσκήπτοις ἱερείων τε αἵμασι, τὸ θεῖον λουτρὸν ἀποπλύνασθαι καὶ τοῖς μυστηρίοις τῆς Ἐκκλησίας ἀποκηρυχθῆναι καὶ τὸ ἐντεῦθεν οὐ καθ' ἑαυτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ, ὅσα Ἕλλησιν εἰς θυσίαν ἀνεῖται, μετέχεσθαι. Λόγος γοῦν αὐτῷ ποτε τὴν συνήθη θυσίαν προσφέροντι, τὸ τοῦ σταυροῦ σχῆμα τοῖς σπλάγχνοις τοῦ ἱερείου φανῆναι, στεφάνου αὐτὸν περιθέοντος· ὃ τοῖς περὶ ἐκεῖνον ἠσχολημένοις δέος οὐκ μέτριον ἐνῆκε, τὴν τοῦ Χριστοῦ ἰσχὺν, καὶ τὸ διηνεκὲς τοῦ δόγματος ὑπειδομένοις· τὸν γὰρ στέφανον νίκης εἶναι σημεῖον· καὶ ὁ κύκλος τὸ πάντοθεν ἄρχεσθαι καὶ λήγειν εἰς ἑαυτὸν τὸ μηδαμῶς πέρας ἔχειν ἡπίστατο. Ὁ δὲ τελευτῆς ἀρχηγὸς μὴ ταράττεσθαι παρῄγγυα· ξένον γάρ τι δηλοῦν τὸ σφάγιον· συμπλέκεσθαι γὰρ ἤδη τὸ δόγμα καὶ πρὸς ἑαυτὸ χωρεῖν, τῷ κύκλῳ στενοχωρούμενον· καὶ μὴ ὥσπερ πρώην ἀπεριορίστως πλατύνεσθαι, καὶ ἐφ' οὓς ἂν αἱρῇται χωρεῖν· ἄλλοτε δ' αὖθις ἐπί τι τῶν ἐπισήμων αὐτῶν μαντείας χάριν ἰὼν, ἐξάπινα φασμάτων τινῶν φρικωδῶν προσταλόντων, τῶν ἐφ' ἃ κατῆλθε πρὸς λήθην ἐλθών (ἀφὲ γὰρ τῆς ἡλικίας εἰς ταῦθ' ἥκειν εἰωθὼς ὢν ἐν ἀπόροις τῷ σταυροῦ σημείῳ χρῆσθαι πρὸς ἀρωγήν, ὡς καὶ αὖθις κινδύνοις περιληφθεὶς τῷ συνήθει ἀμυντηρίῳ ἐχρήσατο. Τῷ γὰρ δείσαι τῷ

Χριστοῦ συμβόλῳ ἑαυτὸν κατεσφράγιζε. Καὶ αὐτίκα φροῦδα πάντα, καὶ τὸ πρὸς σπουδῆς ἄπρακτον ἦν. Ἐν ἀπορίᾳ δὲ γενόμενος ὁ τῆς τελετῆς ἔξαρχος, γνούς τε τῆς τῶν δαιμόνων ἀφανείας τὸ αἴτιον, Μισήσαντες, εἶπεν, οἷάπερ ἄγος, τὸ σύμβολον, ἀπέδρασαν· καὶ αὖθις γενναῖον εἶναι, μηδέν τι παραδεῖξαι Χριστιανικὸν ἢ ἐννοῆσαι, εἰσηγησάμενος, πάλιν ἦγεν ἐπὶ τὴν τελετήν. Ταῦτα δὴ Χριστιανοῖς ἀκουόμενα, οὐ μετρίως καθίκετο· περιδεεῖς γὰρ ἦσαν, σπουδάζοντα περὶ ταῦτα τὸν βασιλέα θεώμενοι, καὶ εἰς δέος καθίσταντο διωγμῶν. Καὶ ἡ προσδοκία μείζων τῆς πείρας ἐτύγχανεν· ἀῤῥεῖς γὰρ τῷ μέσῳ χρόνῳ τῶν τοιούτων γεγενημένους δεινῶν, ἡ ἀνάμνησις καὶ μόνη τῶν πάλαι κακῶν συνέστελλε· καὶ πάντες ἦσαν ἐκτετηκότες, τὸ περὶ τὸ δόγμα τοῦ κρατοῦντος ὑφορώμενοι μῖσος· καὶ μάλιστα ὅτι Χριστιανὸς τὸ πρότερον ἦν, καὶ ὑπὸ εὐλαβῶν πατέρων περὶ τὸ δόγμα γεγέννητο, καὶ κατὰ θεσμοὺς τῆς Ἐκκλησίας προήχθη, τά τε θεῖα λόγια ἐπαιδεύθη, καὶ ὑπὸ ἐπισκόποις καὶ ἱερεῦσιν ἐτράφη, καὶ τὴν εἰς τοὐναντίον μεταβολὴν ἀνυπόστατον ἐλογίζοντο.

A et periculosis crucis signaculo tanquam præsenti auxilio uti consuevisset, veluti discrimine circumventus, ad consuetum præsidium confugit: per timorem enim se Christi signo consignavit, et confestim omnia evanuere. Ita res quæ tentata fuerat, infecta tum permansit. Sacri vero ejus antistes, quod quid ageret, nesciret, causam autem cur dæmones disparuissent, non ignoraret: Aufugerunt illi, inquit, quod signum hoc perinde atque exsecrandum piaculum odere. Et admonitum illum, ut forti esset animo, neque quidquam Christianæ rei exhiberet aut cogitaret, rursum ad sacrum id duxit. Christiani ubi hæc audiere, non mediocriter sunt perculsi: metuerunt enim sibi, et imperatorem sacris ejuscemodi addictum videntes, in per-
B secutionis timorem inciderunt. **13** Et exspectatio periculorum periculis ipsis major fuit. Cum enim aliquandiu jam ærumnas et calamitates dedidicissent, vel sola veterum malorum recordatio eos terrens, metu contrahebat. Omnes certe animis consternati erant, quod tantum imperatoris ejus in religionem odium cernerent, qui antea Christianus fuisset, parentibus piis et dogmatis ipsius studiosis progenitus, juxta Ecclesiæ mores et constitutiones productus, sacris Litteris edoctus, et ab episcopis et sacerdotibus educatus. Quapropter tantam illius immutationem intolerabilem fore putabant.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Ὡς τοὺς εἰδωλικοὺς ἀνοίξας νεὼς, τὰς ἐκ παλαιοῦ προσόδους καὶ τὰ προνόμια αὐτοῖς ἐχαρίζετο, τῶν Χριστιανῶν ἀφελόμενος· καὶ οἷα ἐν Γάζῃ καὶ Καισαρείᾳ διὰ τοὺς τῶν εἰδώλων
C *ναοὺς ἔπραξεν.*

Καὶ τοίνυν ἐπεὶ μόνος τῶν ὅλων ἐγκρατὴς ἐγεγόνει, αὐτίκα τοὺς ὅσοι ἔτι ἐν τῇ Ἑῴᾳ εἰδώλων ἦσαν, νεὼς ἀνέῳξε· καὶ ὅσοι δὲ ἀτημελήτως εἶχον, ἐπισκευάζεσθαι παρηγγύα. Εἰ δέ τινες τέλεον κατελύθησαν, ἐκ νέου ποιεῖν ἐκέλευε· καὶ τοὺς βωμοὺς ἐξεκάθαιρε· καὶ τὰς πάλαι προσόδους αὐτοῖς ἀφαιρούμενος ἀφωσίου αὖθις ἐκείνοις· ὅσα τε ἔθη πάτρια πόλεων, καὶ τὰς πάλαι θυσίας τε καὶ βακχείας αὐτοῖς ἀνενέου. Καὶ αὐτῷ δὲ ἥκιστα αἰσχύνη ἦν δημοσίᾳ θύοντι· σπένδων δὲ ἀεὶ, τοὺς περὶ ταῦτα ἐσπουδακότας τῶν μεγίστων ἠξίου τιμῶν· τοῖς τε ἱεροφάνταις καὶ μύσταις καὶ κανηφόροις τὰ ἐξ ἔθους ἐδίδου· κῦρός τε αὐτοῖς ἐπετίθει, ὃ καὶ οἱ πρὸ
D Κωνσταντίνου βεβασιλευκότες ἐνεῖμον· ἀτέλειάν τε φόρων τοῖς περὶ ταῦτα σχολάζουσιν ἐψηφίζετο· τά τε σιτηρέσια τῶν περὶ τοὺς ναοὺς ἱεροπόλων ἀπέδωκε· καθαρούς τε εἶναι ἐθέσπιζε, καὶ τῶν πλησίον ἀποδιίστασθαι. Τὸν δὲ πῆχυν τοῦ Νείλου τῷ Σαράπιδι ἀνετίθει αὖθις· καὶ τὰ ἐκ παλαιοῦ πάτρια, ἃ Κωνσταντῖνος εὐσεβεῖν προτρέπων τῇ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ προσῆγεν. Ἃς μὲν οὖν τῶν πόλεων ἑλληνίζειν ἐμάνθανεν, ἃς ἠβούλοντο δωρεὰς χύδην ἐδίδου· ἃς δὲ περὶ τὴν Χριστοῦ πίστιν θερμοτέρας ἐνόει, ἐκείναις ἆρα διὰ μίσους ἦν· καὶ

CAPUT IV.

Ut idolorum templis apertis, vetusta privilegia et proventus Christianis ademptos illis dicavit: et quæ Gazæ et Cæsareæ propter idolorum templa fecerit.

Porro cum solus rerum potiretur, statim quæcunque in Oriente idolorum templa reliqua fuere, aperuit: et quæ negligentius curata fuissent, instaurari jussit. Si quæ autem prorsus diruta essent, denuo ea exstrui præcepit, aras repurgavit, et veteres reditus nobis auferens, illis rursum sacravit. Antiquos urbium ritus, prisca sacrificia, et vesanas ineptias renovavit. Neque eum puduit publice diis sacrificare. Et identidem libans, qui cum eo ejusmodi sacris vacabant, eos maximis est prosecutus honoribus. Rerum sacrarum præfectis, sacerdotibus, et canephoris (1), quæ consuetudo prisca tulerat, dedit, et auctoritate sua eos confirmavit: id quod ante Constantinum imperatores quoque alii fecerant. Rebus ejusmodi vacantibus, immunitatem tributorum sanctione dedit, annonam templorum sacrorumque ministris donavit: et ut puri sive sacrosancti essent, lege lata cavit, et ab aliis hominibus eos secrevit. Nili cubitum Serapidi deo restituit, et vetusta præterea patriaque jura, quæ Constantinus, cives suos ad veram pietatem cohortans, Ecclesiæ Christi tribuerat. Urbibus, quas sacra Græcorum sequi cognovisset, quas voluere donationes affatim dedit:

(1) Philochorus dicit, Erichthonio regnante, Athenis primum constitutum esse, ut virgines dignitate præstantes canistra Junoni deæ ferrent. In quibus ea erant, quæ ad sacrificia, Panathenaicis aliisque conventibus peragenda, pertinebant. (Suid.) Dicuntur hæ κανηφόροι, hoc est, Canistriferæ. Cicer.: *Habe canephoras, decorum si mulacra restitue.*

quas autem in Christi religione ardentiores esse sciret, infestus eis fuit, neque ad eas divertere voluit. Et persæpe cum legationes ad eum propter casum aliquem qui incidisset, provinciales mitterent, preces eorum rejecit. Quod sane civitati Nisibenæ accidit. **14** Cum enim expeditionem adversus eos Persæ susceperunt, et ipsi ea de causa oratores suos ad eum miserunt, non modo auxilium eis ferre noluit, sed etiam minatus est, se urbem eam oculis suis non visurum, neque eo venturum, ut quæ sacra et detestanda esset, neque templa deorum aperire, aut Græcorum religionem suscipere vellet. Et Constantienses in Palæstina eodem nomine arguens, civitatem eorum Gazæis subjecit : Constantiam namque, sicuti supra diximus, cum Gazæorum navale esset, et Majuma vocaretur, Constantinus, propter egregium ejus in fide Christiana ardorem, jure civitatis exornaverat, et filio Constantio dicatam, legibus suis uti per constitutionem jusserat : minus convenire arbitratus, ut ea Gazæ, civitati Græcis ritibus admodum addictæ, subjecta esset. At ubi Julianus imperium est consecutus, Gazæi adversus Constantienses jure egerunt. Quorum ipse judex, sicuti antea fuerat, ita Constantiam juri Gazæorum ad viginti stadia ab ipsis distantem, adjudicavit. Constantii quoque appellationem ei ademit, et portum Gazæ vocavit. Et unum utraque loca præfectum, eosdemque magistratus habuere. Ecclesiæ solæ duas esse civitates ostendere : utraque enim sub suo vixit episcopo et clero, et fines ambarum templa cujusque designarunt. Cæterum Gazæorum quidam episcopus postea, cum suus apud Majumitas antistes decessisset, hoc egit, ut utræque in unam ecclesiam redigerentur : non æquum esse dicens, ut duo essent in una civitate episcopi. Cui cum Majumitæ resisterent, synodus provincialis recte rem decidit, et suum Majumæ episcopum ordinavit : convenire arbitrata, ut qui semel a pio imperatore, propter veram religionem, primario civitatis jure honorati essent, non aliud per impii principis judicium sequerentur et facerent. Proinde illæ merito honore, qui semel eis datus esset, ecclesiæ fruerentur, et res ea loco suo immota maneret. Atque hoc quidem sic non longe post est actum.

Eodem anno Cappadocum quoque Cæsaream urbem magnam et locupletem, Julianus e civitatum albo expunxit, et Cæsaris ei cognomen abstulit. **15** Primum enim Mazacam eam vocatam (2), Claudius Cæsar appellatione mutata, nomine suo cohonestavit. Summo autem civitatem eam odio persequebatur tyrannus, quod propter eximium in Christum amorem et desiderium maxime celebris esset, et vetusta simulacrorum delubra evertisset : Jovis scilicet πολιούχου, hoc est, urbis patroni, et Apollinis πατρῴου, id est, patrii. Ubi vero postea Fortunæ templum sunt demoliti, plu-

A οὔτ' ἐπιδημεῖν αὐταῖς ἤθελεν. Καὶ πρεσβείας πολλάκις τῶν ἐπιχωρίων πεσούντων δεινῶν προσπιπτόντων, τὸν ἱκέσιον ἀπῆξίου. Οἷα δὴ καὶ Νισιβηνοῖς ἐπεγένετο· ἡγγελμένων γὰρ ἐπιστρατεύειν τούτοις Περσῶν πρεσβείαν στεῖλαι, μέντοι γε βοηθεῖν ἕτοιμος ἦν, ἀλλ' ἠπείλει μηδ' ὄψεσι τὴν πόλιν ἰδεῖν, μηδ' ἐν αὐτῇ φοιτῆσαί ποτε, οἷα δὴ ἐναγῆ τε οὖσαν, ὡς μὴ τὰ τῶν θεῶν ἱερὰ ἀνοίγουσι, καὶ τὰ νενομισμένα Ἕλλησιν αἱρουμένοις ποιεῖν. Καὶ Κωνσταντιεῦσι δὲ τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ τὰ ἴσα μηφόμενος, ὑπὸ Γάζαν τὴν αὐτῶν πεποίηται πόλιν. Τὴν γὰρ εἰρημένην Κωνσταντίαν, ὡς μικρὸν ἔμπροσθεν εἴρηται, Γαζαίων οὖσαν ἐπίνειον, Μαϊουμᾶς δ' ἐκαλεῖτο πρότερον, μαθὼν Κωνσταντῖνος μάλιστα τὸν Χριστιανισμὸν αἱρουμένην, γέρα πόλεως ἐχαρίζετο, καθ' ἑαυτήν τε εἶναι νομοθέτει, Κωνσταντίῳ τῷ παιδὶ ἀναθέμενος· μὴ καλὸν ἡγησάμενος ὑπὸ Γάζαν εἶναι πόλιν δεινῶς ἑλληνίζουσαν. Ὡς δὲ Ἰουλιανὸς τὴν βασιλείαν ὁφ' ἑαυτὸν ἐποιεῖτο, Γαζαῖοι Κωνσταντιεῦσι διεδικάζοντο· ὧν δικαστὴς ἐκεῖνος γενόμενος, εἰς τὸ πρότερον, πλὴν ὑπὸ Γάζαν ἐκείνην ἐποίει, σταδίους αὐτῆς διεστηκυῖαν ἀμφὶ τοὺς εἴκοσιν. Ἀφεῖλέ τε καὶ τὸ τῆς Κωνσταντίου προσηγορίας ὄνομα, καὶ λιμένα τῆς Γάζης ὠνόμαζε. Καὶ κοινοὶ αὐτοῖς καὶ στρατηγοὶ καὶ οἱ τὰ δημόσια διώκουν, ἦσαν αὐτοῖς· τὰ μὴν τῆς Ἐκκλησίας μόνα δύο πόλεις εἶναι ἐπαρχιοῦσι. Καὶ γὰρ ἑκατέρα πόλις ὑπὸ ἴδιον ἐπίσκοπον τελεῖ καὶ κλῆρον· καὶ ὅρια ἑκάστῃ ἐστὶν ἃ ἀμφοῖν θυσιαστήρια διορίζεται· ποτὲ δέ τινος τῶν Γαζαίων ἐπισκόπων, τῆς Μαϊουμιτῶν ἐκκλησίας θανόντος τοῦ ἐπισκόπου, ἄμφω τὰς ἐκκλησίας μίαν ποιῆσαι διὰ σπουδῆς εἶχε· μηδὲ γὰρ εἶναι δίκαιον ἔλεγεν ἐν μιᾷ πόλει δύο ἐπισκόπους καθίστασθαι. Μαϊουμητῶν δ' ἀνισταμένων, τὸ δέον τοῖς ὁδὸς διηυθέτει. Καὶ ἕτερον τῷ Μαϊουμᾷ ἱερατεύειν ἐπίσκοπον, προσῆκον εἶναι διαγνωσθέντας καθάπαξ ὑπὸ εὐσεβεῖ βασιλεῖ διὰ τὴν ἀληθῆ θρησκείαν πρεσβείου πόλεως τιμηθέντας μὴ ἄλλως πράττειν αἱρεῖσθαι διὰ κρίσιν ἀσεβοῦς βασιλέως· χρῆναι δ' ἐᾶν κατὰ χώραν, τῶν καθάπαξ δεδόντων ἐκκλησίᾳ δικαίως ἀποκαύσειν γερῶν. Τοῦτο μὲν οὖν ὀλίγῳ ὕστερον ἐγένετο.

D Τοῦ δ' αὐτοῦ ἔτους καὶ τὴν Καππαδοκῶν Καισάρειαν μεγάλην τε οὖσαν καὶ ἐν εὐδαίμοσι κλῆρον λαχοῦσαν, τοῦ καταλόγου τῶν πόλεων διέγραψεν Ἰουλιανός· καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀφῃρεῖτο τὴν Καίσαρος· Μάζαν γὰρ τὰ πρῶτα κατονομαζομένην, Κλαύδιος Καῖσαρ τῷ ἐπωνύμῳ ἐτίμα, μεταβαλών. Ὑπερφυῶς γὰρ ἐμίσει τὴν πόλιν ὁ τύραννος, τῷ περὶ τὸν Χριστὸν πόθῳ μάλιστα οὖσαν διαφανῆ· καὶ ὅτιπερ τοὺς πάλαι καθεῖλον εἰδώλων ἐκεῖσε νεώς· τοῦ τε πολιούχου λέγω Διὸς, καὶ τοῦ πατρῴου Ἀπόλλωνος. Ὡς δὲ καὶ τὸν τῆς Τύχης νεὼν κατέσπασαν ὕστερον, σφόδρα ἤχθετο πᾶσῃ τῇ πό-

(2) Sub monte Argeo Mazacam, quæ nunc Cæsarea nominatur. (Plin. lib. VI, cap. 3.)

λει· καὶ Ἕλλησιν ἐνεκάλει ὡς μὴ ἐπαμύνουσιν, ὥστε καί τι δεινὸν παθεῖν ὑπὲρ τύχης, εἴπερ τέως ἔδει παθεῖν· καὶ τριακοσίας λίτρας χρυσοῦ τοὺς ἀνὰ τοὺς ὅρους αὐτῆς ἤτει βίᾳ· τοὺς δ' ἐν κλήρῳ πάντας ὑπὸ λειτουργίαν στρατιωτικὴν τελεῖν προστάξας· ὃ δαπανηρὸν καὶ ἐπονείδιστον ἐνομίζετο· σύμπαν δὲ τὸ Χριστώνυμον πλῆθος ὑπόφορον καταστήσας, ὅσα καὶ Κώμῃ τῇ πόλει ἐχρήσατο· ὅρκους δὲ προστιθείς, ἠπείλει, ὡς εἰ μὴ θᾶττον τὰ ἱερὰ ἀνεγείρωσι, πᾶν εἴ τι δεινὸν δρᾷν τῇ πόλει· καὶ τέλος ἀφαιρεῖσθαί τε κεφαλὰς τῶν Γαλιλαίων· οὕτω γὰρ ὑβρίζων ἐκάλει Χριστιανούς· καὶ ἔφθασεν ἂν ἐκπεράναι τὰς ἀπειλὰς, εἰ μὴ τὸ χρεὼν προφθάσαν τοῦ ζῆν ὑπερεξήγαγεν. Ὅτι γε καὶ καταρχὰς οὐκ οἴκτῳ τὸ φιλάνθρωπον ἐδείκνυ περὶ Χριστιανούς, καίπερ βαρύτερος μάλιστα τῶν πάλαι διωξάντων τὴν Ἐκκλησίαν ὤν· ἀλλ' εἰδὼς ἐκ τῶν γενομένων μηδεμίαν δύνησιν εἶναι τῷ Ἑλληνισμῷ ἐκ τῶν πρὸς Χριστιανοὺς ἀνηκέστων τιμωριῶν· μᾶλλον μὲν οὖν αὔξησιν τὸ δόγμα λαβεῖν, καὶ ἔνδοξα ἐντεῦθεν τὰ Χριστιανῶν γεγενῆσθαι, οἷς ὀνδρείως ἐκείνων πολλοὶ τελευτᾶν εἵλοντο· ἄλλως τε καὶ τῆς ἐκεῖθεν δόξης τούτοις φθονῶν, οὐ φειδοί τινι καὶ φιλανθρωπίᾳ. Αἰχισμοί; μὲν γὰρ καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ θαλαττίοις βυθοῖς, ἢ ζῶντας βαράθροις βάλλειν, καὶ γῇ κατορύττειν, ἃ τοῖς πρὸ ἐκείνου διὰ σπουδῆς, παντελῶς ἀπεῖπεν. Οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀναγκαίου ταῦτα τὴν γνώμην μεθίστησι. Πειθοῖ δὲ μᾶλλον καὶ παραινέσεσιν ἠγεῖτο δεῖν πρὸς ἀσέβειαν μετάγειν τὰ πλήθη, κάντεῦθεν ῥᾳδίως περιγενέσθαι· ἢ τάχα, ἵνα μᾶλλον παράδοξός τις εἶναι δόξῃ περὶ αὐτοὺς καὶ φιλάνθρωπος, μὴ βίαν εὐθὺς ἐπάγειν ἠρεῖτο.

rimum toti urbi succensuit, et Græcos non adeo multos eam incolentes incusavit: ac si quid durius perferendum sit, tum ferendum pro fortuna fuisse, eis objecit. Trecentas sane auri libras ab eis qui fines urbis ejus coluere, vi exegit. Clerum autem omnem muneribus et ministeriis militaribus in ea regione attribuit: quod cum sumptibus onerosum, tum ignominia contumeliosum existimatum est. Et Christianis omnibus tributo imposito, urbe ea perinde atque vico aliquo est usus. Jure quoque jurando interposito, minatus eis est, nisi quam primum templa deorum restituerent, quicquid posset calamitatis civitati se illaturum, et postremo capita etiam ablaturum esse Galilæis; sic enim per contumeliam Christianos nominavit. Atque ille minas ejusmodi ad rem contulisset, nisi fatalis necessitas morte eum prævenisset. Neque ab initio per misericordiam humaniorem se erga Christianos exhibuit, minusque graviorem veteribus persecutoribus: sed quod nihil momenti Græcorum superstitioni constituendæ, Christianorum intolerabilia etiam supplicia afferre, quin etiam dogma nostrum majora per ea capere incrementa sciret. Ingens enim ex eo Christianis accessit gloria, quod ex eis multi fortiter mortem sibi obeundam duxerint. Præterea vero laudem eam nobis invidit. Et a tormentis quidem et igne, et ferro, et pelagi undis abstinuit; neque vivos vel in barathrum conjecit, vel in terra defodit, quæ alii ante eum persecutores fecerant; quod hæc necessario animi sententiam non mutarent: cohortationibus vera et persuasionibus multitudinem ad impietatem pertrahendam esse censuit. Eo modo facile se superiorem fore, et quod vellet, effecturum esse ratus est: aut fortasse, ut admirandus esse, et præter expectationem perhumanus in eis videretur, non statim vim eis adhibendam esse putavit.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Ὡς ἡδὺς τῷ πλήθει θέλων δοκεῖν, ἀνῆκε τοῖς ἀπανταχοῦ φυγαδευθεῖσιν ἐπισκόποις ἐπὶ Κωνσταντίου τὰς ἐξορίας διὰ μῖσος ἐκείνου· ἄλλως τε καὶ διὰ τὸ θέλειν τὴν Ἐκκλησίαν ταράττεσθαι.

CAPUT V.

Quomodo, ut favorem plebis aucuparetur, omnes passim episcopos a Constantio in exsilium pulsos revocarit, cum propter Constantii odium, tum quod Ecclesiam turbari vellet.

Τοιαῦτα διανοούμενος, πᾶσιν οὓς φυγαδείᾳ κατεδίκασεν ὁ Κωνστάντιος διὰ τὴν θρησκείαν, ἀνῆκεν οἴκαδε ἴεσθαι· καὶ τοῖς ὑπὸ δήμου τὰ οἰκεῖα διαρπαγεῖσι τὰς οὐσίας ἀπεχαρίζετο. Διατάγματα δ' ἔπεμπε, μηδένα τῶν Χριστιανῶν ἀδικεῖν, μηδ' ἐπὶ θυσίας βιάζεσθαι, μηδὲ ὑβρίζειν. Ὅσοι δ' ἑλοίντο ἑκόντες τοῖς βωμοῖς προσιέναι, πρότερον περιῤῥαντηρίοις καὶ καθαρτηρίοις χρῆσθαι ἐλουμένους τοῖς δαίμοσιν. Ὅσα δὲ Κωνσταντῖνος κληρικοῖς ἐποίει σιτηρέσια καὶ ἀτελείας, τὸ θεῖον τιμῶν, περιεῖλεν οὗτος, καὶ τοῖς δημοσίοις ἐνέταξεν· ἃ τε χήραις καὶ παρθένοις δι' ἔνδειαν ἐν κλήροις ἔταζεν ἐκ δημοσίων τρέφεσθαι, πικρῶς εἰσεπράττετο. Κωνσταντῖνος γὰρ, ἡνίκα τὰ κατὰ τὰς ἐκκλησίας ἐνομοθέτει, ἐκ τῶν ἑκάστης πόλεως φόρων τὰ διαρκῆ πρὸς τὴν τῶν ἐπιτηδείων ζωάρκειαν, πᾶσι τοῖς κλήροις ἐδίδου, καὶ νόμῳ τὴν πρᾶξιν ἐκύρου· καὶ νῦν ἐς δεῦρο τηρεῖται καλῶς φυλαττόμενος. Ἦν δὲ

16 Ejusmodi agitans consilia, qui a Constantio in exsilium pulsi propter religionem fuerant, omnibus potestatem redeundi fecit: et quorum bona publicata fuerant, ea illis restituit. Edicta publicata, ne Christiani injuriis afficerentur, neve per vim aut contumeliam ad sacrificia adigerentur. Si qui vero sua sponte ad aras accedere vellent, eos prius deorum placandorum gratia lustrari purgarique debere. Annonam et immunitatem, quam Constantinus pro sua erga Deum observantia clericis concesserat, ipse abrogavit, et in publicos proventus retulit. Quæ vero viduis et virginibus, propter inopiam cleri, alimenta e publico largienda destinata erant, ægre et difficulter exigebantur. Constantinus namque, cum ecclesias constitueret atque ordinaret, ex cujusque urbis proventibus toti clero, quantum ad vitam tolerandam satis esset, rerum necessariarum tribuit,

eamque rem sanctione legis confirmavit, quæ hucusque conservatur. Sub Juliano exactio eorum proventuum dura admodum et gravis fuit, sicuti id exactorum ipsorum testantur monumenta. Cæterum parum fuit tyranno, tam hostili esse erga nos animo, nisi suum adversus Ecclesiam odium ad excidium ejus prorsus converteret. Quæcunque enim ei suppeditabant sacra vasa et donaria, ea abstulit, et in idolorum delubris reposuit. Vim etiam illam eis adhibuit, qui sub Constantino et Constantio templa deorum evertissent, ut vel ea celeriter restaurarent, vel æstimationem structuræ eorum persolverent. Sin hoc minus facerent, ut durius acciperentur, et in vincula conjicerentur, mandavit. Unde illud satis conjicere licet, in eo quidem illum veteribus persecutoribus, quod corpora cum contumelia non excruciaverit, moderatiorem fuisse : rebus autem aliis, modis omnibus illos exsuperasse. Omni namque ex parte Ecclesiam affligere manifeste est visus : et uno tantum modo humanior judicatus, quod episcopos sub Constantio exilio multatos revocavit, et in urbes suas redire permisit. Atque id ille non misericordia fecit, sicut colligere est : **17** sed ut episcopos inter se committens, ad intestinum armaret bellum, et suis ipsa dissidiis ecclesia labefactaretur. Fortasse etiam, ut Constantium apud Romani imperii subditos, in odium et invidiam adduceret : tum Græcos, qui eisdem secum operarentur sacris, favore prosequens ; tum episcopos, qui propter Christum afflicti essent, ab injuria vindicans. Itaque eunuchos quoque imperiali aula exegit. Eusebium autem, qui primum in eo locum tenuerat, morte etiam multavit : cui aliam quoque ob causam infensus fuit ; suspectum enim, veluti fratris sui Galli necis suasorem, habuit. Syrum autem Aetium, auctorem et ducem hæresis Eunomii, et Constantii sententia, qui eum propter familiaritatem Galli suspectum quoque habuerat, damnatum, et in exsilium actum, perquam benignis litteris revocavit, et publica vectura reduxit. Propter Constantium quidem, Eleusium etiam Cyzicenum impensis propriis, quam solo æquaverat sub Constantio Novatianorum ecclesiam, uno atque altero mense restituere jussit. Sed e aliis plurimis rebus æstimare est, propter Constantii odium, cum multa in nos ipsum duriter fec tum quæ ab aliis quoque fiebant, eis delectatum esse.

A ἡ τοιαύτη τῷ Ἰουλιανῷ εἴσπραξις ἀπάνθρωπος π καὶ βαρυτάτη, ὡς καὶ τὰ γενόμενα τῶν πραχτό γραμματεῖα ἐδήλου. Οὐ μέχρι δὲ τούτων ἡ τοῦ τυ νου ἀπέχθεια ἵστατο. Ἀλλὰ τὸ πρὸς τὴν Ἐκκλη μῖσος πρὸς παντελῆ καθαίρεσιν αὐτῆς ἀνηρέ Καὶ γὰρ ὅσα προσῆσαν αὐτῇ σκεύη καὶ ἀναθή ἀφαιρούμενος, τοῖς τῶν εἰδώλων ἀνατίθει ν βίαν τε τοῖς καθελοῦσι ναοὺς ἐπί τε Κωνσταν καὶ Κωνσταντίου ἐπῆγε θᾶττον οἰκοδομεῖν, ἡ ἀποτιμήσεις ἐκείνων ἐκτίνειν· εἰ δ' οὔ, δεσμοῖ γεσθαι, καὶ χαλεπῶς πάσχειν· ὥστ' ἐντεῦθεν ἄγειν ἔστι καὶ τοῦτο· ὄφρεων μὲν γὰρ ἔνεκε σώματα περιυβίζεσθαι κολάζειν, μετριώτερον τι τῶν πάλαι διωκτῶν γενέσθαι· τοῖς δὲ λοιποῖς λῷ τῷ μέτρῳ διαφέρειν ἐκείνων. Καὶ γὰρ ἐν B σι κακῶς αὐτὴν ποιῶν διεφάνη· ἐνὶ μόνῳ δόξη ναι φιλάνθρωπος, ὅτιπερ τοὺς καταδικασθέ ἐπὶ Κωνσταντίου φεύγειν ἐφείας τὴν φυγα ἀνέστειλε, καὶ πρὸς τὰς οἰκείας μετεστέλλετ λεις. Συνάγειν οὖν ἔστιν ἐκ τῶν ἄλλων μηδὲ ς ςειδοῖ γενέσθαι, ἀλλ' ἵνα συγκρούων ἀλλήλοις ἐπισκόπους, ἐμφυλίῳ καθοπλίσῃ μάχῃ, καὶ τῶν οἰκείων πολεμεῖσθαι πείσῃ τὴν Ἐκκλη ἴσως δὲ καὶ Κωνσταντίῳ μῖσος παρασκευάζων πᾶν τὸ ὑπήκοον· τοὺς μὲν Ἕλληνας θερα περὶ τὰ ἴσα σπουδάζοντας, τοὺς δὲ τῶν ἱερέω Χριστὸν κακῶς παθόντας λύων τὴν ἀδικίαν. Ἀφ τοι καὶ τοὺς εὐνούχους τῶν βασιλείων ἐπισ Εὐσέβιον δὲ τὸν ἐν βασιλείοις κρατοῦντα μ ζὴν ὑπεξῆγεν. Ἀπήχθητο δὲ καὶ ἄλλως διὰ τὸ C οπτος γὰρ ἦν, ὡς βουλαῖς ἐκείνου ὁ ἀδελφὸς ἀν ρητο Γάλλος. Τὸν δὲ Σύρον Ἀέτιον, ἑτερόδοξόν τε ἀρχηγὸν τῆς αἱρέσεως Εὐνομίῳ ἐγένετο, ἐμπε τε ὑπὸ Κωνσταντίου καταδικασθέντα· ἦν δὲ ὕποπτος ἐκείνῳ διὰ τὴν πρὸς Γάλλον ὁμοτρο μετ' εὐμενοῦς ἐπανήγαγε γράμματος ἐκπεμπ ὀχήμασι. Διὰ Κωνστάντιον δὲ καὶ τὸν Ἐλευσῖν Ἐλεύσιον προστάττει δαπάναις ἰδίαις ἣν ἐπὶ Κω σταντίου τῶν Ναυατιανῶν ἐκκλησίαν καθεῖλεν, θις οἰκοδομεῖν. Καὶ ἐν ἄλλοις πλείστοις σημεί ἄν τις, ὡς Κωνσταντίου διὰ μῖσος τὰ μὲν ε τῶν δεινῶν ἐποίει, καὶ ἄλλων δὲ ποιούντων δετο.

CAPUT VI.

Ut etiam magnus Athanasius tum apud virginem apud eam occultatus publico se commiserit, et Ecclesiam receperit, Georgio Ariano a populo interempto.

Tum Athanasius etiam, qui multis annis latuerat, Constantii morte cognita, noctu Alexandriæ in ecclesia apparuit, et miraculo derepente omnibus quasi mortuus quispiam ab inferis reversus fuit. Ex quo enim Georgii insidiis, et Constantii jussu Ægypti præfectus eum non cepit, atque ipse fuga sibi consuluit, ad Juliani usque imperium, apud *mulierem quamdam* virginem Alexandriæ occul-

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Ὡς καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος τηνικαυτα ὑπὸ μιᾷ παρθένῳ κρυπτόμενος ἀνέφανη, καὶ Ἐκκλησίαν κατέσχε, Γεωργίου τοῦ Ἀρει ὑπὸ τοῦ δήμου διαιρεθέντος.

Τηνικαῦτα δὲ καὶ Ἀθανάσιος πολλοῖς κρυ μενος ἔτεσι, Κωνστάντιον μαθὼν τελευτήσα νυκτὸς ἐπὶ τὴν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν ἐ Καὶ θαῦμα ἔδοξεν, αἴφνης οἷά τις νεκρὸς τῶν ἀναβάσεις· ἐξ ὅτου γὰρ ταῖς Γεωργίου ἐπ λαῖς, Κωνσταντίου κελεύσαντος, ὁ τῶν Αἰγ ἡγεμὼν ἐκείνου ἀπέτυχε, φυγὼν ἐκεῖνος ἐς ἀφανὴς ἦν μέχρι τῆς παρούσης ἡγεμονίας,

τινι γυναικὶ παρθένῳ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κρυπτόμενος· ἦν τοσούτῳ διαλόμπειν κάλλει ὁ τῆς ἱστορίας παραδίδωσι λόγος, ὡς κατάπληξιν ἄντικρυς εἶναι ὁρωμένην, καὶ μή τινα τῶν σωφρονεῖν ἠρημένων εἰς λόγους ἐλθεῖν πειρᾶσθαι, ἵνα μὴ ποθέν ἐκπηδήσας μῶμος αὐτῷ προστριβείη. Ἐκείνη δὲ καίπερ οὕτως ἀκμάζουσα, ὅμως τοῦ σώφρονος καὶ σεμνότητος οὐκ ἀφίστατο· ἃ δὴ καὶ μόνα κοσμεῖν εἴωθε, μή τι καὶ τῆς φύσεως συναιρομένης τὰ πρὸς εὐπρέπειαν. Καὶ γάρ πως συμβαίνει μηδ' ἀληθὲς ἐκεῖνό γε οἴεσθαι, ὃ τοῖς πρὸ ἡμῶν εἴρηται, ὁποῖα τὰ σώματα, τοιαύτας εἶναι καὶ τὰς ψυχάς. Τοὐναντίον δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς ἐπιτηδεύματα, καὶ τὸ τοῦ σώματος ἦθος συσχηματίζεσθαι· καὶ ὃ ἂν τύχοι πράττων ὁ τοιοῦτος, τοιοῦτον καὶ διαφαίνεσθαι· καὶ καθ' ὃν ἂν ἐπιτηδεύοι καιρόν. Πρὸς ὃ, οἶμαι, τις ἀσφαλῶς ἐξετάζων τούτῳ τῷ λόγῳ, εὐστόχως εἰπεῖν, καὶ μηδένα ἴσχειν τὸν ἀντεροῦντα. Τόν γε μὴν Ἀθανάσιον θείᾳ ὄψει πρὸς τὴν παρθένον ποδηγούμενον λόγος διασωθῆναι· καὶ πάντως τὸ ἀποβὰν σκοπεῖν τις ἐθέλων, θεῖαν τὴν οἰκονομίαν εἶναι λογίσαιτο. Ἵνα γὰρ μήτε πράγματα οἱ περὶ Ἀθανάσιον ἔχοιεν, ἤν τις πειράζειν ἤρετο, ἢ ἥρως βιάζεσθαι, οὕτως οἰκονομηθῆναι διαλαθεῖν κρυπτόμενον παρὰ γυναικί, ἣν οὐδεὶς ᾠήθη τι τοσοῦτον διενεγκεῖν· τῷ μὲν γὰρ ἀπείρῳ κάλλει οὐδ' ὑπόνοιαν ἐδίδου τὸν ἱερέα παρ' αὐτῇ κρύπτεσθαι· ἀνδρείῳ δὲ φρονήματι προσηγάγετο· εἰς τέλος δὲ διὰ φρόνησιν τὸν θησαυρὸν διεσώσατο. Τοσοῦτον δὲ τὸ πιστὸν αὐτῷ διατήρησε διακονησαμένη καλῶς, ὡς καὶ πόδας νίπτειν, τροφήν τε καὶ ὅσα τῆς φύσεως ἀναγκαῖα διὰ τὴν χρείαν, μόνην αὐτὴν εὖ μάλα ὑπηρετεῖσθαι, καὶ βίβλους αὐτῷ ὧν χρείαν εἶχε, κομίζειν, καὶ συχνῷ τῷ χρόνῳ ταῦτα ποιοῦσαν, μή τινα γνῶναι, ὅσοι δὴ τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν κατῴκουν. Καὶ ὁ μὲν οὕτω φανείς, τὰς ἐκκλησίας κατέσχεν, ὑπὸ παντὸς τοῦ πλήθους ἀποδεχθείς· οἱ δὲ τὰ Ἀρείου φρονοῦντες ἐκβληθέντες, ἰδίᾳ τὴν συναγωγὴν ἐποιοῦντο. Λούκιόν τινα ἐξηγεῖσθαι αὐτῶν προστησάμενοι. Ὁ γὰρ Γεώργιος ἔφθασεν ὑπὸ τοῦ δήμου διαφθαρείς. Ἐπεὶ γὰρ ἔγνωσαν τελευτῆσαι μὲν τὸν Κωνστάντιον, ἐπὶ δὲ τῶν ὅλων τὸν Ἰουλιανὸν κατασπῆναι, εὐθὺς ὁρμῇ τῇ πάσῃ τὸ περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ὅσον ἐν Ἕλλησιν ἦν, εἰς στάσιν ἐχώρει· καὶ δὴ βοῇ μιᾷ ἐπ' αὐτὸν ὥρμησαν ὡς διαχειρίσοντες. Τότε μὲν οὖν φονεύειν ἀπέσχοντο, δεσμωτηρίῳ δὲ περιεῖργον· οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον τοῦ δεσμωτηρίου ἐξαγαγόντες, μαχαίρας ἔργον ποιοῦνται. Εἶτ' ἐπὶ καμήλου ὡς τινα φόρτον ξένον ἀναβάντες, ἐπὶ μέσης ἦγον τῆς ἀγορᾶς, δι' ἡμέρας ἐπιμαινόμενοι τῷ νεκρῷ καὶ ἀναιδῶς ἐξυβρίζοντες· δείλης δὲ ὀψίας ὥσπερ ἐμπλησθέντες, τὸ περιλειφθὲν τοῦ σώματος πυρὶ κατετίφρωσαν.

Τοῖς μὲν οὖν ἐξ Ἀρείου πρὸς τῶν σπουδαστῶν Ἀθανασίου δοκεῖ τὰ τοιαῦτα τῷ Γεωργίῳ ἐπιγενέσθαι. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει· πλείον γὰρ ἦν ἐκείνῳ

tatus latuit; quæ tantum forma excelluisse traditur, ut stuporem prorsus ea spectantibus incuteret, et nemo eorum qui castiorem vitam sectari constituissent, in colloquium ejus veniret, ne scilicet eo nomine reprehensione non careret. Atque illa tametsi ita florens et vivida esset, pudicitia tamen et sanctitate vitæ non excidit. Quæ res solæ, quamvis nihil adjumenti a natura ad decorem accedat, ornamento esse solent. **18** Ut prope verum esse non videatur, quod a majoribus dictum est: Qualia sint corpora, tales etiam esse animos. Quin e diverso potius, ad animorum instituta, corporum quoque mores conformantur: et quale quisque exercet studium, talis etiam esse apparet, quocunque id accidat tempore. Atque ad hanc rationem si quis rem certo exigat, recte id sic cum dicturum, neque quempiam qui reluctetur, habiturum esse, existimarim. Athanasius quidem, divina providentia ad virginem hanc deductus, atque apud eam servatus est. Et si quis eventum rei considerare velit, divinam prorsus dispositionem esse reperiet. Ut enim nihil molestiæ et negotii Athanasio et familiaribus ejus exhiberetur, si quis tentare aut juramento cogere quemquam ex illis, ad eum scilicet prodendum, voluisset: recte hoc sic institutum, ut latens apud mulierem occultaretur, quam nemo id perlaturam e se putavit. Propter formæ vero venustatem neque in suspicionem cuiquam incidit, apud eam episcopum occultari. At illa virili plane animo virum eum ad se recepit, et prudentia mira ad finem usque thesaurum tantum servavit. Tanta autem in eum honestis præstandis ministeriis fuit fide, ut se pedibus lavandis, et cibo aliisque naturæ nostræ necessariis utilibusque rebus exhibendis una ipsa rite ei inservierit, et de libris quibus opus habuit, commodaverit. Atque id cum longo tempore fecisset, nemo tamen qui Alexandrinam incoluit urbem, cognovit. Athanasius qui ita subito apparuit, ab universa multitudine receptus, in ecclesias est deductus. Ariani autem ejecti, seorsim conventus egere, Lucio quodam, qui eis episcopus præesset, lecto. Georgius enim a plebe interfectus fuerat. Postquam enim Constantium decessisse, et Julianum ad imperii summam pervenisse cognitum est, statim impetu omni quidquid erat Alexandriæ Græcæ superstitionis sectatorum, ad seditionem prorupere: et clamore uno incursionem in Georgium, tanquam eum interempturi, fecere. Et tum quidem a cæde abstinuerunt, atque carceri eum incluserunt: verum non multo post inde extractum ferro necarunt. Deinde camelo quasi novum quoddam chiliarum genus impositum, per medium forum, cadaveri per furorem et contumeliam impudenter insultantes, duxerunt: circa crepusculum autem veluti ea corporis, igne combusserunt.

19 Arianis quidem hoc sic Georgio ab Athanasii studiosis accidisse videtur: sed res aliter habet. Nam ille odio majori Græcos in se conci-

tuverat, eo quod patria eorum sacra inhibuisset, A templa deorum destruxisset, simulacris conviciando illusisset, et bona eorum publicasset. Adhæc invidiam quoque ejus auxit, quod multum apud imperatorem auctoritate valuisset. Solent enim multitudini, qui aliquam obtinent potestatem, esse exosi. Insuper tum quoque quod (1) de Mithrio (2) actum fuerat, tumultum contra eum motum admodum auxit. Nam locum eum diu neglectum, Constantius ecclesiæ Alexandrinæ donaverat. Georgius autem eum repurgans, ut eidem sacram Deo excitaret, subterraneum antrum reperit : in quo simulacra, et alia quædam symbola et signa Græcarum nugarum et præstigiarum, ut ita dicam, eorumque qui sacris ab ipsis instituti atque initiati fuissent, erant. Quæ sane ridicula et nova cernentibus sunt visa, proindeque merito per ludibrium irrisa. Græci autem pudore propter mysteria et arcana sua revelata affecti, confertim manu coacta, gladiis, lapidibus et clavis impetum in Christianos fecerunt, et multos occiderunt, quosdam vulnerarunt, et nonnullos etiam ex eis ad dogmatis contumeliam in crucem egerunt, atque abierunt. Georgius cœptum opus imperfectum reliquit. Græci porro Juliani imperio, tanquam opportunitate quadam oblata, pro eo atque voluere, usi, ipsum etiam Georgium interemere. Hoc ipsum imperator quoque litteris suis, magis scilicet populum Alexandrinum, quam Christianos incusans, testatur : quod ille profecto non fecisset, C nisi eum veritatis vis cogisset : Christianos certe, qualescunque illos tandem, Georgianæ cædis, quam Græcos, auctores fuisse maluisset. Sed ille minime rem celavit, quamvis gravius etiam nos perstringens. In epistola enim ad Alexandrinos, stomachari se simulans, verbis eos perstringit, coercitionem remittens. Id quod se facere dicit, ob reverentiam urbis patroni dei Serapidis, et conditoris ejus urbis Alexandri, atque item avunculi Juliani, qui Alexandriæ et Ægypti præfectus fuit, vir superstitioni Græcarum nugarum deditissimus, et Christianorum hostis vehementissimus. **20** Tanto enim is erga nos odio flagravit, ut citra imperatoris sententiam, multis auctor fuerit, ut ad sanguinem usque martyrii certamen peragerent. D Mihi etiam molestum non erit, epistolam eam Juliani, operi huic nostro adnectere, atque etiam

μῖσος ἐκ τῶν Ἑλληνιστῶν, κωλύοντι ἐκείνω
πάτρια, κατασπῶντί τε τοὺς ἐκείνων νεὼς, κα
νοις λοιδορουμένῳ, καὶ τὰς οὐσίας δημεύοντι
τὸ μεγάλα δὲ δύνασθαι παρὰ βασιλεῖ πλεῖον ἢ
τὸ μῖσος. Φιλεῖ γὰρ ὁ δῆμος πρὸς τοὺς ἐν δ
ἀπεχθῶς ἔχειν. Ἔπειτα καὶ τὸ τηνικαῦτα
Μιθρίου καλούμενον γεγονὸς, ἐπὶ μέγα ἦρε τ
αὐτοῦ κίνησιν. Ἀτημέλητον γὰρ ὄντα τὸν
Κωνστάντιος τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐκεῖνον ἐδωρεῖτο
ξανδρέων. Γεώργιος δ' ἐκκαθαίρων τὸν τόπ
εὐκτήριον οἶκον ἀνεγείρει Θεῷ, ὑπόγειόν τι
εὑρίσκει· ἐν ᾧ ξόανά τε καὶ ἄλλα σύμβολα
νικῆς τερθρείας, ὡς ἄν τις εἴποι, τῶν παρ'
μουμένων ἢ τελουμένων ἦσαν· ἃ γελοῖά τ
ξένα ἐδόκει τοῖς θεωμένοις· οἷς δὴ καὶ ἐ
πτοντες, διετώθαζον. Οἱ δὲ τοῖς μυστηρίοις
σχυνθέντες, ἀθρόον συλλεγέντες ξίφεσι καὶ
καὶ ῥοπάλοις τοῖς Χριστιανοῖς ἐπιτίθενται
πολλοὺς μὲν ἀναιροῦσιν, οὐκ ὀλίγους δὲ κα
ματίαις ἐργάζονται, πολλοὺς δ' ἐκ τούτων σ
σαντες, ἐφ' ὕβρει δεῦρο ἔθεν τοῦ δόγματος, ἀπῆλθ
Καὶ τὸ μὲν ἔργον ἀτελὲς τῷ Γεωργίῳ κατέλε
οἱ δ' ἐκ τοῦ Ἑλληνικοῦ, τῇ τοῦ Ἰουλιανοῦ
χρησάμενοι τῷ καιρῷ, καθάπερ ἠβούλοντο, κ
τὸν ἀνέλιον Γεώργιον. Τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ἐ
λεῖς ἰδίοις γράμμασι μαρτυρεῖ, τῷ δήμῳ τῷ
λεξανδρέων μᾶλλον ἐγκαλῶν ἢπερ Χριστια
δεῖτ' οὐκ ἂν ἐπαῤῥησιάζετο, εἰ μὴ τῇ βία τῆ
θείας ἠλαύνετο. Καὶ γὰρ ἤρεῖτο Χριστια
τοὺς Γεωργίου φονίας ἢπερ οἵους δήπ
Καὶ τοῦτο οὐκ ἀποκρύπτεται· ἐν γὰρ τῇ τῆς
Ἀλεξανδρείας ἐπιστολῇ προσποιούμε
νειν, μέχρι λόγων καθάπτεται, τὴν τ
ὑπερτιθέμενος. Ἐπέχεσθαι δέ φησι τ
πολιοῦχον Σάραπιν αἰδοῖ, καὶ διὰ τὸν τ
οἰκιστὴν Ἀλέξανδρον, καὶ τὸν θεῖον αὐτοῦ
δς Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας πρὸ καιρ
ἀνὴρ ἐπιμᾶλλον τῆς Ἑλληνικῆς τερθρείας
σχηκὼς, διαπύρως τε ἀπεχθανόμενος τοῖς Χρ
νοῖς. Τόσον δ' ἦν ἐκείνῳ μῖσος τὸ πρὸς ἡμ
καὶ τοῦ κρατοῦντος γνώμης ἄνευ πολλοὺς π
σκευάσαι μέχρις αἵματος τὸν ἀγῶνα διεδραμεῖν.
δ' οὐκ ὀκνήσω, μὴ καὶ αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἐπισ
Ἰουλιανοῦ τῷ παρόντι παραθεῖναι συντάγ
mos eos viros ad se accitos, quidnam id esset quod in cœna de se dixissent, interrogavit. Ibi illi qui in vera pietate educati essent, magna usi libertate, dixere : « Optimis, o imperator, legibus respublica est administrata, quas laudatissimus princeps Constantinus et filii ejus tulerunt : **32** nunc autem piaculum tantum in cibis atque poculis cernentes, merito factum id deploramus. Et cum domi vicem nostram lugemus, tum in tua præsentia, ut vides, mœrentes tristamur. » Illis auditis, tyrannus diverberari eos acriter jussit (1), et post cruciatus multos capite etiam plecti præcepit. Atque illi ita abducti sunt : Deus autem victoribus eis martyrii coronas donavit. Alter horum Juventinus, alter Maximinus vocatus est. Illos Antiochena civitas, ut egregios pietatis propugnatores, merito non solum sacro loculo honoravit, verum etiam magnifice anniversariæ memoriæ consecravit.

σάμενοι, οἱ εὐσεβεῖς τραφέντες, εἶπον, « Ὦ βασιλεῦ, καὶ νόμοις ἀρίστοις ὑπηρετούμενοι, ὡς Κωνσταντῖνος ὁ πανεύφημος βασιλεὺς, καὶ οἱ ἐκείνου παῖδες παρέδοσαν, νῦν μόνος τοσοῦτον ὁρῶντες ἔν τε βρώμασί τε καὶ πόμασιν, ὀλοφυρόμεθα τὴν ἐνέργειαν· καὶ οἶκοι μὲν θρηνοῦντες διατελοῦμεν· καὶ σοῦ δὲ παρόντος, ὡς ὁρᾷς, ἀσχάλλομεν ὀδυρόμενοι. » Ταῦτ' ἀκούσας ὁ τύραννος, πικρὰς ἐκέλευεν ἐπιθεῖναι τούτοις πληγάς. Καὶ μετὰ πολλὰς βασάνους, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀποτμηθῆναι προσέταττεν. Καὶ οἱ μὲν ἤγοντο· Θεὸς δὲ ὡς νικηφόροις τὰ στέφη τοῦ μαρτυρίου ἐβράβευε. Τούτων ὁ μὲν Ἰουβεντῖνος, Μαξιμῖνος δὲ ὁ ἕτερος προσηγόρευτο· οὓς δὴ καὶ ἡ Ἀντιόχου πόλις, ὡς τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστὰς προσηκόντως τιμήσασα, οὐ μόνον θήκῃ, ἀλλὰ καὶ τῇ δ' ἔτους πολυτελεῖ παραδίδωκε μνήμῃ.

CAPUT XIII.

De reliquiis sanctorum prophetarum, Elisæi, et Joannis Præcursoris et Baptistæ.

Cum a Græcæ superstitionis professoribus ubique talia adversus Christianos patrarentur, tum illud quoque omnium maxime indignum atque horrendum Sebastiæ in Palæstina est admissum. Ossa namque Elisæi prophetæ, et Joannis Baptistæ (uterque enim repulerum ibi suum habuit), loculis suis extracta, et irrationalium animantium ossibus (o immanem audaciam) mista, atque igni tradita, in cineres redacta, atque in aerem disjecta sunt. Adhæc, Christiani comprehensi alicubi tanquam victimæ super aras accensas præcipitati : et homines ad alia nefanda flagitia contra nos furiis sunt concitati. Nam Patrophili apud Scythopolim reliquias effoderunt, et earum partem reliquam dissiparunt. Calvariam autem ejus altius sublatam contumelia, nihil ad exsecrandam injuriam reliqui facientes, sunt prosecuti. Plurima vero et alia, et ipse et Judæi et Græci contra nos indigna egere. Quæ cum ille audiret, certoque sciret, non modo eis non offensus, sed etiam maximopere gavisus est : cum quidem talium facinorum infamia in alios redundaret, animi autem ejus sententia illorum factis perficeretur. Verumenimvero ubi per furorem talem consilium suum minus succedere, et Christianorum animos inde augeri magis atque confirmari vidit, fraude alia episcopos eos qui propter causam aliquam sedibus suis ejecti fuerant, cum successoribus eorum, ad certamen, **33** sicuti antea diximus, impulsos commisit : et parti utrique facultatem omnem dedit, ut quæcunque possent ad res suas defendendas atque stabiliendas libere facerent. Ita illi inter se congressi, multum ignominiæ et reprehensionis quod desertori studio fuerat, veræ pietati attulere. Alia insuper dolo

(1) Julianus in eis se majestatem læsam vindicare dixit, atque id ita de eis vulgatum voluit, martyrum nomen et honorem eis invidens. *Theod.*

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Περὶ τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων προφητῶν Ἐλισσαίου καὶ Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ.

Τῶν δ' Ἑλληνιστῶν τοιαῦτα κατὰ Χριστιανῶν παλαμωμένων ἅπανταχοῦ, καὶ τόδε τὸ πάντων ἀνοσιώτατόν τε καὶ φρικωδέστατον λόγος ἐν Παλαιστίνῃ δραματουργηθῆναι κατὰ Σεβάστειαν· τὰ τοῦ προφήτου Ἐλισσαίου ὁστᾶ καὶ τὰ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου (ἐκεῖ γὰρ καὶ ἄμφω τάφου μετέσχον) τῶν θηκῶν ἐξαγαγόντες, ἀλόγων τε ζώων ὀστέοις (φεῦ τῆς τόλμης!) ἐγκαταμίξαντες, καὶ πυρὶ παραδόντες, κατέκαυσαν· καὶ εἰς ἀέρα, κόνιν γεγενημένα, διέσπειραν. Τοὺς δὲ Χριστιανοὺς συλλαβόντες, ἔστιν ὅτε βωμοῖς ἀναπτομένοις ὡς ἱερεῖα ἐνέβαλλον· καὶ εἰς πολλὴν ἄλλην ἀρρητουργίαν ἐξεβακχεύθησαν. Καὶ Πατροφίλου δὲ τοῦ ἐν Σκυθοπόλει τὰ λείψανα ἀνορύξαντες, τὰ μὲν ἄλλα τοῦ σώματος διεσκόρπισαν, τὸ δέ γε κρανίον ἐκείνου ἀπαμήσαντες, ἐνέπαιζον, οὐδέν τι μυσαρᾷ ὕβρει ἀπολείποντες. Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα πλεῖστα αὐτός τε καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες καθ' ἡμῶν ἔδρασαν· ἅπερ αὐτὸς ἀκούων καὶ ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, οὐχ ὅπως ἤχθετο, ἀλλὰ καὶ διαφερόντως ἔχαιρε, τῆς μὲν ἐν τοῖς δρωμένοις δυσκλείας εἰς ἑτέρους ἀνιούσης, τῆς δ' αὐτοῦ γνώμης τοῖς ἐκείνων ἔργοις παρεικομένης. Καὶ δὴ συνιδὼν μηδὲν ἐκ τῆς τοσαύτης μανίας τῷ σκοπῷ περαινόμενον, μᾶλλον μὲν οὖν ἐντεῦθεν τὸ Χριστιανικὸν ἐπιῤῥωνύμενον φρόνημα, μηχανᾶται, τοὺς ἐν αἰτίαις ἐκβεβλημένους τῶν ἐπισκόπων, καὶ τοὺς ἀντ' ἐκείνων τὸν θρόνον κατέχοντας, συῤῥᾶξαι πρὸς πόλεμον, ὥσπερ ἄνωθεν διελαβομεν. Καὶ δὴ πᾶσαν ἐξουσίαν ἑκατέρᾳ παρεδίδου μοίρᾳ, πράττειν ὅσα καὶ δυνατὰ εἴη αὐτοῖς, πρὸς τὴν οἰκείαν σύστασιν καὶ ἀσφάλειαν. Ἐξ ὧν ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους συῤῥηγνύμενοι, πολλὴν ἀτιμοσύνην καὶ μέμψιν, ὅπερ ἦν τῷ ἀποστάτῃ σπούδασμα, προσετρίβοντο τῇ εὐσεβείᾳ. Καὶ ἄλλα δ' ἕτερα τῆς αὐτοῦ κακοτεχνίας;

συνεπῆγε· τούς τε γὰρ ἐν κλήρῳ κατειλεγμένους εἰς τὴν τῶν βουλευτῶν ἀνέστρεφε λειτουργίαν· καὶ τῶν ἐκκλησιῶν τὰ σιτηρέσια τοῖς τῶν δαιμόνων θεραπευταῖς μετεδίδου· καὶ πράττειν ἐνεδίδου, ἐξ ὧν ἀκμάσαι μὲν τὰ τῶν δαιμόνων, τὰ δὲ τῆς εὐσεβείας ὡς ἐνόμιζεν, εἰς ἀφανισμὸν συνελαθείη. Καὶ τὰ μὲν ὧδε ἐγένετο.

A malo induxit. Nam et in cleri ordinem cooptatos senatorum munere et ministerio perverse fungi jussit, et ecclesiarum annonam dæmonum ministris ascripsit, eamque illos exigere permisit. Quibus rebus fore credidit, ut dæmonum cultus augeretur, religio autem veræ pietatis aboleretur. Atque hæc quidem sic acta.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Περὶ Λουκίφερος καὶ Εὐσεβίου· καὶ περὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ γενομένων διὰ Μελέτιον καὶ Παυλῖνον. Καὶ περὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συνόδου, ἥτις δὴ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐθεολόγησεν, ἡγουμένου Ἀθανασίου.

CAPUT XIV.

De Lucifero et Eusebio : ut Antiochiæ in locum Meletii Paulinus sit subrogatus. Item de Alexandrina synodo, quæ consubstantialem Patri et Filio sanctum Spiritum divinitus asseruit, Athanasio præsidente.

Μετά γε μὴν τὴν Ἀθανασίου κάλοδον Λουκίφερ ὁ Καραλάλων τῆς Σαρδονίας ἐπίσκοπος, καὶ Εὐσέβιος ὁ Βρακελλίων τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Λιγύων, ἐκ τῶν ἄνω Θηβῶν, καὶ οὗτοι γράμμασι τοῦ κρατοῦντος λυθέντες, εἰς τὴν ἑῴαν ἐγένοντο. Ὑπερόριοι γὰρ πρὸς Κωνσταντίου ἀΐδιον φυγὴν ἐζημίωντο. Καὶ δὴ κοινῇ συνελθόντες, διορθοῦν τὰ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν σπουδὴν ἐποιοῦντο· ὁ μὲν οὖν Εὐσέβιος ἦκεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ὡς ἂν γε σύναμ' Ἀθανασίῳ σύνοδον ἀθροίσῃ, καὶ τὰ ἐν Νικαίᾳ δόξαντα βεβαιώσῃ· Λουκίφερ δὲ συνθέμενος Εὐσεβίῳ, διάκονον ἀντ' αὐτοῦ τῷ Εὐσεβίῳ τῇ συνόδῳ περίστασθαι ἔδωκε· δι' οὗ στέρξειν ὡμολόγει τὰ τῇ συνόδῳ τυπούμενα. Αὐτὸς δὲ εἰς Ἀντιόχειαν παρεγένετο, καὶ τὴν ἐκεῖσε Ἐκκλησίαν οὐ μέτρια ταραττομένην κατέλαβεν. Ἐσχίζοντο γὰρ τὰ πλήθη καθ' ἑαυτά· οὐ γὰρ μόνον τοῖς ἀπὸ τοῦ Ἀρείου αἱρέσεως διεφέροντο, ὧν τηνικαῦτα ἡγεῖτο Εὐζώϊος· ἀλλὰ καὶ οἱ Μελετίῳ ἀκολουθήσαντες, ὥσπερ δὴ καὶ διείληπται, σπουδῇ τῇ περὶ αὐτὸν, καὶ πρὸς τοὺς σφίσιν ὁμόφρονας διεκρίνοντο. Μήπω δ' ἐκείνου τῆς ἐξορίας ἐπανελθόντος, εἰς τὸν ἐκείνου τόπον Λουκίφερ Παυλῖνον χειροτονήσας ἐπίσκοπον, ἀπεχώρει αὖθις. Ὁ δ' Εὐσέβιος εἰς Ἀλεξάνδρειαν γεγονὼς, γενναίως σὺν Ἀθανασίῳ σύνοδον συνεκρότει. Καὶ δὴ πολλῶν ἐπισκόπων εἰς Ἀλεξάνδρειαν συνελθόντων, ὧν ἡγεῖτο ὁ πολὺς Ἀθανάσιος, οὐ μόνον τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν κρατύνουσιν, ἀλλὰ καὶ λόγους περὶ πλείστων καὶ ἀναγκαίων ζητημάτων γυμνάσαντες, ἐβεβαίωσαν· ὅτε καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα θεολογήσαντες, ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ ὡμολόγησαν· καὶ Τριάδα ὠνόμασαν· καὶ τέλειον ἄνθρωπον ὃν ὁ Θεὸς ἀνελάβετο Λόγος, καὶ ψυχῇ καὶ στόματι ὡμολόγησαν, καὶ οὐ μόνον ἔνσαρκον, ἀλλὰ καὶ ἐψυχωμένον νοερᾷ ψυχῇ ἐδογμάτισαν· καθὰ καὶ τοῖς πάλαι τὰ θεῖα φιλοσοφήσασιν ἀνδράσιν ἔδοκει. Οὐ γὰρ πρόσφατόν τινα πίστιν ἐπινοήσαντες τῇ Ἐκκλησίᾳ παρέδοσαν· ἀλλ' ἅπερ ἄνωθεν ἡ Ἐκκλησία παρέλαβεν, ἄνδρες τὰ θεῖα φιλοσόφως ἀπέδειξαν τὰ Χριστιανῶν φιλοσοφοῦντες, ταῦτ' ἐκεῖνοι γυμνάσαντες ἐπεκύρωσαν. Εἰρηναῖος γὰρ ὁ Λουγδούνων ἐπίσκοπος, ὅτι σπερματεὺς Κλήμης, Ἀπολλινάριός τε ὁ Ἱεραπολίτης,

Post Athanasii autem reditum, etiam Lucifer Calaritanus (1) in Sardinia, et Eusebius Vercellensis, Ligurum (2) qui in Italia sunt, episcopi, imperatoris litteris reditu eorum probato, Thebis superioribus in Orientem pervenere. Nam a Constantio perpetuo multati fuerant exsilio. His porro cum inter se convenisset, res Ecclesiæ constituere, Eusebius Alexandriam concessit, ut cum Athanasio concilium cogeret, et synodi Nicænæ decreta stabiliret : Lucifer autem Eusebio (ita enim utrique placuit) diaconum, qui vicem suam synodo adesset, attribuit : per quem recipiebat, se rata habiturum quæ ibi constituerentur. Ipse vero Antiochiam profectus est, ubi Ecclesiam non parum perturbatam invenit. Erant enim in populo dissidia : quod non solum ab Arianis, quibus Euzoius præfuit, dissentirent, verum etiam eos qui Meletii partes sequebantur, eamdemque quam ipsi obtinerent sententiam, non reciperent. Cum is autem nondum ab exsilio reversus esset, Lucifer, Paulino in locum ejus substituto, inde decessit. Eusebius Alexandriæ, una cum Athanasio, animo magno concilium coegit. Et convenere eo episcopi multi, quibus cum magnus Athanasius præiret, non solum Nicænam fidei professionem roborarunt, sed etiam sermonibus quæstionibusque de rebus necessariis plurimis 34 habitis, eas deciderunt. Quo tempore divinitate etiam Spiritus sancti perpensa ὁμοούσιον, consubstantialem, eum, et ὁμότιμον, hoc est, ejusdem honoris cum Patre et Filio, sunt professi : et trinam unius Deitatem essentiæ Τριάδα, hoc est, Trinitatem, nominarunt. Perfectum quoque hominem, quem Deus suscepit Verbum, et animo et ore uno deprædicarunt : et quidem non incarnatum solum, verum etiam anima intellectuali animatum : quemadmodum et veteribus qui de divino Numine philosophati sunt, viris placitum est. Non enim illi fidem aliquam recens excogitatam Ecclesiæ tradiderunt, sed quam Ecclesia antiquitus a majoribus accepit : et quæ olim sancti viri qui prudenter et pie res Christianorum sacras tractantes prodidere, Irenæus videlicet Lugdunensis episcopus,

(1) Alii leg. *Caralitanus*.
Urbs Libyam contra, Tyrio fundata potenti,
Tenditur in longum Caralis. Claudian.

(2) Editum ex. t Λιβύων, *Libyum*, quod correximus. Ed T.

Clemens contextor, Apollinaris Hierapolitanus, et qui antiquitus Ecclesiæ Antiochenæ præfuit Serapion, ea illi explicata confirmarunt. Isti siquidem omnes quos modo recensuimus, atque itidem alii, in Incubrationibus suis Verbum quod hominem assumpsit animatum, quippe ipsis ὁμοούσιον, consubstantialem, tradiderunt. Synodus præterea propter Cyrillum Philadelphiæ (1), quæ Arabiæ urbs est, episcopum congregata, idem in litteris ad ipsum Cyrillum suis promulgavit. Ipse quoque sapientia clarus Origenes, in omnibus suis scriptis, animatum quod humanitatem assumpsit Verbum prædicat : et potissimum id aperte astruit nono in Genesim tomo, ubi quidem Christum Adam, Ecclesiam vero Evam facit. Locupletes et idonei rei istius testes sunt, Pamphilus scriptor ecclesiasticus, et qui ex eo cognominatus est Eusebius, qui vitam ejus viri conscripsere, adversariisque ejus defensionibus pro eo compositis respondere. Illi non primum Origenem sententiæ ejus auctorem esse, sed illum arcana Ecclesiæ dogmata a majoribus per traditionem accepta exhibentem, eam expressis dicunt.

καὶ ὁ τῆς Ἀντιοχείας ἄνωθεν ἡγησάμενος Σαραπίων· οὗτοι δὴ πάντες καὶ ἕτεροι τοῖς πεπονημένοις τούτων συγγράμμασιν ἐμψυχον τὸν ἀνθρωπήσαντα Λόγον, ἅτε δὴ αὐτοῖς ὁμοούσιον, ἐκδεδώκασι. Καὶ μὴν καὶ ἡ διὰ Κύριλλον τὸν Φιλαδελφέα, πόλις δὲ Ἀραβίας αὕτη, συστᾶσα σύνοδος τὰ ἴσα διδάσκει πρὸς Κύριλλον γράφουσα. Ὁ δέ γε τὴν σοφίαν πολὺς Ὠριγένης πανταχοῦ τοῖς αὐτοῦ γράμμασιν ἐμψυχον τὸν ἀνθρωπήσαντα Λόγον κηρύττει· μάλιστα δὲ τοῦτο σαφῶς παρίστησιν ἐν τῷ εἰς τὴν Γένεσιν ἐνάτῳ τόμῳ· ὅπου δὴ Ἀδὰμ μὲν τὸν Χριστόν, Εὔαν δὲ τὴν Ἐκκλησίαν κατασκευάζει. Μάρτυρες τῶν εἰρημένων ἀξιόπιστοι Πάμφιλος ὁ ἱερὸς συγγραφεύς, καὶ ὁ τὴν ἐκείνου προσωνυμίαν εἰληφὼς, καὶ ἐξ ἐκείνου χρηματίζων Εὐσέβιος· οἱ τὸν βίον παρατιθέμενοι τοῦ ἀνδρὸς, καὶ πρὸς τοὺς ἀπεχθῶς ἐκείνῳ διακειμένους ἀντιφερόμενοι, τὸν ὑπὲρ ἐκείνου ἀπόλογον καὶ ἅμφω ποιούμενοι, οὐ πρῶτον Ὠριγένην εἶπον ἐπὶ τὴν τοιαύτην δόξαν ἐλθεῖν, ἀλλὰ τὰ μυστικὰ τῆς Ἐκκλησίας ἑρμηνεύοντα δόγματα παραδοῦναί.

35 CAPUT XV.

Quæ eadem synodus Alexandriæ de istis verbis, substantia et subsistentia, evidenter et clare decreverit.

Quandoquidem vero quæstio de substantia et subsistentia non mediocriter ecclesias turbavit, et crebræ conjecturationes atque disputationes superioribus temporibus de verbis eis habitæ sunt, significatione et proprietate eorum Alexandrina quoque synodus excussa, constituit : non opus esse in Deo talibus dictionibus. In sacris enim Litteris nullibi substantiæ verbum exstare : dogmatis vero exponendi necessitate, divum apostolum Paulum subsistentiæ nomine abusum esse. Alio autem modo verba hæc usurpanda esse sanxerunt, cum quis Sabellii scilicet opinionem referre contendat : ne nominum inopia veluti unam rem trinominem in Divinitatis contemplatione esse putemus : sed tribus usurpatis nominibus, res quæque in Trinitate tripliciter distincta, peculiari subsistentia sua intelligatur. Primus quidem videtur de substantia et subsistentia mentionem intulisse Hosius ille Cordubensis episcopus, cujus supra aliquoties meminimus. Ab imperatore enim Constantino Alexandriam missus, ut excitatam ab Ario turbam sedaret, quod etiam Sabellii Libyci dogma radicitus evellere conaretur, quæstionem de substantia et subsistentia movit : unde nugamenta multa exorta. Et quæstionem eam Nicæna, quæ postea celebrata est, synodus indignam esse ut ibi tractaretur, indicavit. Postea autem cum quidam nugari rursum de ea cœpere, concilium Alexandrinum ea quæ diximus sapienter mihi de ea constituisse videtur.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Ὅσα καὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ἡ τοιαύτη ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀποφαντικῶς ἐδογμάτισε σύνοδος.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ περὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ζήτησις οὐ μέτρια τὰς ἐκκλησίας ἐτάραττεν, ἔριδές τε συχναὶ καὶ διαλέξεις ἄνωθεν περὶ τούτων ἦσαν· καὶ τὴν περὶ τούτων εἴδησιν ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σύνοδος διεξιοῦσα, τάδε ἀπέφηνε· μὴ ἐπὶ Θεοῦ εἶναι τοιαύτας λέξεις· ἐν γὰρ τοῖς ἱεροῖς Γράμμασι μηδαμῶς τὸν τῆς οὐσίας λόγον ἐμφέρεσθαι· δογμάτων δ' ἀνάγκῃ Παῦλον τὸν θεῖον ἀπόστολον τῷ τῆς ὑποστάσεως ὀνόματι καταχρήσασθαι. Καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τὰς λέξεις ἐκλαμβάνειν ἐδοκίμασαν, ὁπηνίκα δή τις τὴν Σαβελλίου δόξαν ἀπελαύνειν πειρῶτο· ἵνα μὴ τῇ τῶν ὀνομάτων ἀπορίᾳ ὡς ἓν πρᾶγμα τριώνυμον νομίζωμεν τὴν θεολογίαν, ἀλλ' ἕκαστον τῶν ἐν τῇ Τριάδι παραλαμβανομένων ὀνομάτων ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει θεολογοῖτο τριχῇ διαιρούμενον. Πρῶτος δ' οὖν φαίνεται τὸν περὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ἐπινοῆσαι λόγον Ὅσιος ἐκεῖνος ὁ Κουδρούβης ἐπίσκοπος, οὗ καὶ πρόσθεν μνείαν ἐποιησάμην. Πρὸς γὰρ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πεμφθεὶς εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὥστε τὴν ὑπὸ Ἀρείου γενομένην ταραχὴν κατευνάσαι, σπουδὴν θέμενος καὶ τὸ τοῦ Λίβυος Σαβελλίου δόγμα πρόῤῥιζον ἀνασπάσαι, τὸ περὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ἐκίνησε ζήτημα. Καὶ πολλή τις ἐρεσχελία διὰ τοῦτο ἀνήφθη. Ἡ μὲν οὖν ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ἐς ὕστερον γενομένη, τὴν περὶ τούτου ζήτησιν οὐδὲ λόγου ἠξίωσεν· ὡς δὲ μετ' ἐκείνην αὖθις περὶ τούτων ἐρεσχελεῖν ἤθελον, ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐφ σύνοδος τὰ εἰρημένα σοφῶς μοι δόξασι δοκεῖ. Ταῦτα μὲν ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐδογμάτισε σύνοδος· ὅσα δ'

(1) Philadelphia urbs in Asia Mysiæ. Stephano, Lydiæ. Alia, Ægypti, alia Syriæ est.

ἡμεῖς περὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ἴσμεν, οὐδὲ ἐν γένοιτο φθόνος διὰ βραχέων εἰπεῖν. Οἱ παρ' Ἕλλησι τὴν φιλοσοφίαν στοιχειώσαντες ὑποστάσεως μὲν οὐδὲ ἀνείας τὸ παράπαν ἠξίωσαν ὄνομα· πολλοῖς δὲ ὁρισμοῖς τὴν οὐσίαν παρέδοσαν. Εἰρηναῖος δὲ ὁ παρ' ἐκείνοις γραμματικὸς ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ κατὰ στοιχεῖον Ἀττικιστῇ καὶ βάρβαρον τὴν λέξιν καλεῖ· μηδὲ γὰρ τοῖς παλαιοῖς ἐν μνείᾳ εἶναί φησιν· εἰ δέ που τις ἴσως καὶ μέμνηται, μὴ ἐφ' οἷς νῦν παραλαμβάνεται, εἴρηται. Σοφοκλῆς μὲν γὰρ ἐνέδραν σημαίνειν τὴν *ὑπόστασιν* ἐν Φοινίκῃ τίθεται· Μένανδρος δὲ ὑπόστασιν λέγει τὰ καρυκεύματα· καὶ ἄλλος τὴν ἐν πίθῳ τρύγα φησίν. Εἰδέναι μέντοι χρεών, ὡς εἰ καὶ παλαιότεροι τῶν φιλοσόφων τὴν λέξιν ἐν οὐδενὶ εἶχον, οἵ γε μὴν νεώτεροι συχνῶς τῇ τῆς ὑποστάσεως λέξει ἀντὶ τῆς οὐσίας ἐχρήσαντο. Διάφορον δὲ τὸν ὅρον τῆς οὐσίας ἀποδεδώκασιν. Εἰ δὲ ἡ οὐσία ὅρῳ διείληπται, πῶς ἐπὶ Θεοῦ ἡ φωνὴ ἀξιόχρεως κυρίως λεχθείη, μὴ δυναμένου ὅρῳ περιλαμβάνεσθαι; Ὁ δ' ἀσκητὴς Εὐάγριος ἐν τῷ μοναστικῷ αὐτοῦ συντάγματι θεολογεῖν μὲν ὡς ἔτυχε θρασέως καὶ ἀναιδῶς ἀποσυμβουλεύει· ὡς δ' ἁπλοῦν τὸ Θεῖον ὁρίζεσθαι παντάπασιν ἀποτρέπεται. Τῶν συνθέτων γὰρ τοὺς ὅρους εἶναί φησιν. Ὁ δ' αὐτὸς καὶ ταῦτα προστίθησι· « Πᾶσα πρότασις ἢ γένος ἔχει κατηγορούμενον, ἢ εἶδος, ἢ διαφοράν, ἢ ἴδιον, ἢ συμβεβηκός· ἢ τὸ ἐκ τούτων συγκείμενον. Εἰ οὖν ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι τῶν εἰρημένων ἔστι λαβεῖν, σιωπῇ προσκυνείσθω τὸ ἄῤῥητον. » Περὶ μὲν οὖν Εὐαγρίου διαληψόμεθα καὶ ἐς ὕστερον· ταῦτα δ' εἰ καὶ ἔξω τοῦ προκειμένου εἶναι δοκεῖ, ἀλλ' ὡς χρήσιμα καὶ τῇ ἱστορίᾳ συμβάλλοντα, μὴ τοσοῦτον εἶναι ἀπάδοντα οἶομαι.

A Hæc sane Alexandriæ decreta sunt. Quæ vero nobis de substantia et subsistentia cognita sunt, ea paucis citra invidiam exponere hic liceat. Qui a primis initiis philosophiam apud Græcos gentiles docuerunt, ne mentionem quidem ullam prorsus subsistentiæ fecerunt : οὐσίαν, hoc est, substantiam autem sive essentiam varie definierunt. Irenæus grammaticus apud eos, in libro quem *Atticistam* inscripsit, ubi litterarum ordine verba colligit et explanat, dictionem *subsistentiæ* barbaram vocat, neque eam apud veteres reperiri dicit : sin autem reperiatur, diversam ab usitata ista eam obtinere significationem ostendit. Sophocles namque in Phœnice, ὑπόστασιν, *subsistentiam*, pro insidiis collocatis posuit. Menander autem idem verbum pro juris condimento, **36** alius rursum pro vini fece in fundo cadi subsistente usurpavit. Cæterum illud observandum, quamvis veteres philosophi dictione ea usi non sint, recentiores tamen frequenter subsistentiam pro substantia accepisse. Substantiæ autem diversas definitiones tradiderunt. At si substantia definitione comprehenditur, quanam ratione proprie et recte ea vox de Deo dicatur, quem fine ullo concludere non est? Evagrius sane Ascetes, in libro suo monastico, de divinitate disserere temere cum impudenti confidentia dissuadet, et Deum ipsum ut simplicem definire velle prorsus dehortatur. Definitiones enim non simplicium, sed compositorum esse dicit. Idem et illud adjicit : « Propositio seu enuntiatio omnis, aut genus quod indicetur, continet, aut speciem, aut differentiam, aut proprium, aut accidens, aut ex iis compositum. Quodsi nihil harum rerum in sancta Trinitate deprehendere est : cum silentio id adoretur, quod dici atque proferri non potest. » Sed de Evagrio postea memorabimus. Hæc autem quamvis extra institutum nostrum esse videantur, utilia tamen, historiæque convenientia, neque admodum aliena esse arbitror.

B

C

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Ἐκ τοῦ περὶ τῆς φυγῆς ἐπιγεγραμμένου λόγου Ἀθανασίου, οἷα ἐκεῖ διεξέρχεται.

Ἐπὶ δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ Ἀθανάσιος τὸν ἐκπαλαι πεποιημένον περὶ τῆς φυγῆς αὐτῷ λόγον ἀνέγνω· οὗ τὰ μᾶλλον καίρια τῇ ὑποθέσεως τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ ἐνθεῖναι σπουδάσω. Τὸν δὲ ὅλον λόγον ἐς πολὺ προηγμένον, τοῖς φιλοπόνοις ζητεῖν ἐπιτρέπω. Λέγει δὲ οὕτως·

« Ἰδοὺ ταῦτα τῶν ἀσεβῶν τὰ τολμήματα· ταῦτα ὁρῶντες καὶ μὴ ἐκτραπέντες ἐφ' οἷς πρότερον καθ' ἡμῶν ἐτύρευσαν κακοῖς, ἔτι καὶ νῦν κακηγοροῦσιν ἐκφυγεῖν δυνηθέντων αὐτῶν τὰς ἀνδροφόνους χεῖρας· μᾶλλον δὲ ὀδύρονται πικρῶς, ὅτι μὴ καὶ ἐκτὸς τελέως πεποιήκασι· καὶ λοιπὸν προφασίζονται, δειλίαν ὀνειδίζοντες· ἀγνοοῦντες ὅτι καὶ τοῦτο γογγύζοντες, εἰς ἑαυτοὺς ἐπιστρέφουσι μᾶλλον τὴν μέμψιν. Εἰ γὰρ φαῦλον τὸ φεύγειν, πολλῷ χεῖρον τὸ διώκειν. Ὁ μὲν γὰρ ἵνα μὴ ἀποθάνῃ, κρύπτεται· ὁ δὲ διώκει ζητῶν ἀποκτεῖναι. Καὶ τὸ μὲν φεύγειν γέγραπται· ὁ δὲ ζητῶν ἀναιρῆσαι παραβαίνει νόμον· καὶ μᾶλλον αὐτὸς τὴν πρόφασιν τοῦ φέγειν

CAPUT XVI.

Quæ Athanasius in oratione quam de fuga inscripsit, commemoret.

In synodo ista Athanasius librum etiam dudum a se de fuga compositum recitavit, ex quo loca quædam argumento ei maxime apposita, operi huic inseram. Orationem autem integram, quæ prolixior D est, studiosi ipsi inquirent. Ita autem scribit :

« Ecce hæc est impiorum audacia. Hæc cum fecerint, neque pudore in eis quas antea contra nos moliti sunt, insidiis, affecti sint : et nunc nos, quod sanguinarias eorum manus effugere potuerimus, criminantur, ac potius amarulenter, quod nos e medio prorsus non sustulerint, lamentantur. Et tandem causa quæsita, timiditatem nobis exprobrant : neque intelligunt, dum hoc gannniunt, in seipsos se omnem pertrahere reprehensionem. Si enim fugere malum est, multo deterius persequi. Qui enim fuga sibi consulit, ne intereat, occultando latet. At qui alium persequitur, occidere contendit. Et de fugiendo quidem scriptura exstat. Qui

autem necare alium conatur, legem transgreditur, **37** et ipse magis occasionem sui ipsius vituperandi præbet. Si igitur fugam nobis ignominiose objiciunt, seipsos potius arguant, qui nos sunt persecuti. Facessant illi cum insidiis suis, et fugere statim, quibus illi malum struunt, desinent. Sed improbitatem suam non relinquunt, et ut nos comprehendant, nihil non tentant : cum quidem sciant, eorum qui persecutionem ferunt, fugam, magnum esse persecutorum ipsorum crimen. Mitem namque et humanum nemo fugit, sed potius ferum et improbis moribus hominem. Siquidem quicunque erant in angustia constituti, et oppressi ære alieno, Saulum fugiebant, et ad Davidem profugiebant. Propterea et isti eos qui fugientes occultant, magno studio occidere conantur, ut ne habere videantur improbitatis suæ exprobratores. Verum et in hoc excæcati prorsus errant. Quanto namque fuga est manifestior, tanto quæ ex eorum insidiis provenit vel cædes, vel expulsio, fit apertior. Sive enim occidant, cædes eo magis adversus ipsos vociferatur : seu in exsilium agant, adversus seipsos ubique locorum ipsi monumenta iniquitatis suæ constituunt. Itaque si sanam obtinerent mentem, viderent profecto seipsos rebus hisce comprehensos teneri, et ad sua ipsorum consilia impingere. Quandoquidem vero mentem meliorem amisere, nihil mirum, si ad ejusmodi persecutiones producuntur. Et occidere alios quærentes, suam ipsorum non cernunt impietatem. Etenim si conviciis eos proscindunt, qui propter persecussores immissos latitant, atque si calumniose accusant eos qui percussores fugiunt, quid rogo facient cum viderint Jacobum fugere fratrem suum Esau ? Mosem in Madian sese recipientem, propter Pharaonis metum ? Quomodo vero, qui talia garriunt, Davidi patrocinabuntur, Saulum fugienti (qui percussores in domum ejus ad illum interficiendum miserat) et in spelunca latenti, faciemque suam mutanti donec abiret ab Abimelech, et insidias sibi structas devitaret ? Quid præterea isti qui temere omnia effutiunt, de magno Helia dicent, cum eum videant et Deum invocantem, mortuumque excitantem, et propter Achab atque Iezabelis minas latitantem ? Tunc etenim qui ad eadem inquirebantur filii prophetarum, occultabantur in speluncis latitantes apud Abdiam. **38** An hos quidem, ut vetustiores norunt, eorum autem qui in Evangelio sunt, non meminerunt ? Nam et discipuli propter metum Judæorum secesserunt, sese occultantes : et Paulus Damasci ab gentis ibi principe quæsitus, de muro in sporta demissus, percussoris effugit manus. Et cum Scriptura de sanctis talia prodat, quem prætextum aut excusationem præcipitis audaciæ suæ invenire poterunt ? Nam si timiditatem probrose objiciant, adversus ipsos veluti furentes audacia ipsa facit. Sin, quasi præter voluntatem Dei hæc fecerimus, dicant, seipsos criminantur, Scripturas plane ignorantes.

A πορίζει. Εἴπερ οὖν τὴν φυγὴν ὀνειδίζουσιν, ἐντρεπέσθωσαν πλέον ἑαυτοὺς οἱ διώκοντες· παυέσθωσαν ἐπιβουλεύοντες, καὶ παύσονται καὶ οἱ φεύγοντες εὐθύς. Ἀλλὰ τῆς μὲν ἰδίας πονηρίας οὐ παύονται, τοῦ δὲ καταλαβεῖν ἕνεκα πάντα πράττουσιν, εἰδότες ὅτι τῶν διωκομένων ἡ φυγὴ μέγας ἔλεγχός ἐστι κατὰ τῶν διωκόντων· οὐδεὶς γὰρ τὸν πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον φεύγει, ἀλλὰ μᾶλλον τὸν ἄγριον καὶ πονηρὸν ὄντα τὸν τρόπον. Πᾶς γὰρ κατώδυνος καὶ ὑπόχρεως ἀπὸ μὲν τοῦ Σαοὺλ ἔφευγε, πρὸς δὲ τὸν Δαυὶδ κατέφευγε. Διὰ τοῦτο καὶ οὗτοι τοὺς κρυπτομένους αὐτοὺς ἀναιρεῖν σπουδάζουσιν, ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν ἔχειν τῆς ἑαυτῶν πονηρίας τὸν ἔλεγχον. Ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ δοκοῦσι τυφλώττειν πλανώμενοι· ὅσῳ γὰρ ἡ φυγὴ πρόδηλος, τοσούτῳ πλέον ἡ ἐξ ἐπιβουλῆς γινομένη παρ' αὐτῶν ἀναίρεσις καὶ ἔξορια περιφανεστέρα γενήσεται. Ἂν τε γὰρ ἀποκτείνωσιν, ὁ θάνατος μεῖζον ἠχήσει κατ' αὐτῶν· ἂν τε πάλιν ἐξορίσωσιν, πανταχοῦ καθ' ἑαυτῶν αὐτοὶ μνημεῖα τῆς παρανομίας ἐξαποστέλλουσιν. Εἰ μὲν οὖν ἔσωζον τὰς φρένας, ἔβλεπεν ἑαυτοὺς ἐν τούτοις συνεχομένους, καὶ τοῖς ἑαυτῶν προσκόπτοντας λογισμοῖς· ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸ σωφρονεῖν ἀπώλεσαν, διὰ τοῦτο καὶ διώκοντες ἐξάγονται. Καὶ ζητοῦντες ἀνελεῖν, οὐχ ὁρῶσιν ἑαυτῶν τὴν ἀσέβειαν. Εἰ γὰρ λοιδοροῦσι τοὺς κρυπτομένους ἀπὸ τῶν ζητούντων ἀνελεῖν, καὶ διαβάλλουσι τοὺς φεύγοντας ἀπὸ τῶν διωκόντων, τί ποιήσουσιν ὁρῶντες τὸν μὲν Ἰακὼβ φεύγοντα τὸν ἀδελφὸν Ἡσαῦ, τὸν δὲ Μωϋσῆν εἰς Μαδιὰμ ἀναχωροῦντα διὰ τὸν φόβον τοῦ Φαραώ; Τί δὲ καὶ αὐτὰ φλυαροῦντες, ἀπολογήσονται τῷ Δαυὶδ φεύγοντι τὸν Σαοὺλ (ἐπὶ τῆς οἰκίας ἀποστείλαντα αὐτὸν ἀναιρεθῆναι) καὶ κρυπτομένῳ μὲν τοῦτον ἐν τῷ σπηλαίῳ, ἀλλοιοῦντι δὲ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ, ἕως οὗ παρέλθῃ τὸν Ἀβιμέλεχ, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἐκκλίνῃ; Τί δ' ἂν εἶποιεν οἱ πάντα λέγοντες εὐχερῶς, τὸν μέγαν Ἠλίαν ὁρῶντες ἐπικαλούμενον τὸν Θεὸν καὶ νεκρὸν ἐγείροντα; κρυπτόμενον δὲ διὰ τὸν Ἀχαὰβ, καὶ φεύγοντα διὰ τὰς ἀπειλὰς τῆς Ἰεζάβελ; τότε γὰρ ζητούμενοι οἱ υἱοὶ τῶν προφητῶν ἐκρύπτοντο, λανθάνοντες ἐν τοῖς σπηλαίοις παρὰ τῷ Ἀβδίᾳ. Ἢ τούτοις μὲν ὡς παλαιοῖς ἐνέτυχον, τῶν δὲ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον οὐδεμίαν μνήμην ἔχουσι; Καὶ γὰρ οἱ μαθηταὶ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων ἀνεχώρουν κρυπτόμενοι. Καὶ ὁ Παῦλος ἐν Δαμασκῷ παρὰ τοῦ ἐθνάρχου ζητούμενος, ἀπὸ τοῦ τείχους ἐν σαργάνῃ καχάλασται, καὶ ἐξέφυγε τοῦ ζητοῦντος τὰς χεῖρας. Τῆς τοίνυν Γραφῆς τοιαῦτα λεγούσης περὶ τῶν ἁγίων, ποίαν ἄρα πρόφασιν τῆς ἑαυτῶν προπετείας ἐξευρεῖν δυνήσονται; Ἂν τε γὰρ δειλίαν ὀνειδίσωσι, κατ' αὐτῶν ὡς μαινομένων τὸ τόλμημα· κἂν ὡς παρὰ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ ποιοῦντας, αὐτοὺς διαβάλλουσιν, οὐκ εἰδότες εἰσὶ παντελῶς τὰς Γραφάς· ἐν μὲν γὰρ τῷ νόμῳ καὶ πρόσταξις ἦν κτισθῆναι καὶ πόλεις φυγαδευτηρίους, ὑπὲρ τοῦ τοὺς ζητουμένους εἰς θάνατον ὅπως δή ποτε δύνασθαι διασώσασθαι· ἐπὶ δὲ συντελείᾳ τῶν αἰώνων παραγενόμενος αὐτὸς, ὁ τῷ Μωϋσεῖ λαλήσας Λόγος τοῦ Πατρὸς, πάλιν ἐντολὴν ταύτην δίδωσι λέγων· Ὅταν διώ-

κωσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν. Καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ· ὁ ἀναγινώσκων νοείτω· τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη· ὁ ἐκ τοῦ δώματος μὴ καταβήτω ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ· ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ μὴ ἐπιστρεψάτω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. Ταῦτα γὰρ εἰδότες οἱ ἅγιοι, τοσαύτην εἶχον τῆς πολιτείας ἀγωγήν· ἃ γὰρ νῦν προσέταξεν ὁ Κύριος, ταῦτα καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ἐν τοῖς ἁγίοις ἐλάλει. Καὶ ἔστιν οὗτος ὅρος ἀνθρώποις εἰς τελειότητα φέρων, ὃ δ' ἂν ὁ Θεὸς προστάξῃ, τοῦτο ποιεῖν. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Λόγος, δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος, κατηξίωσε ζητούμενος ὡς ἡμεῖς κρυβῆναι· καὶ πάλιν διωκόμενος, φεύγειν, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἐκκλίναι. Ἐπέτρεπε γὰρ αὐτὸν ὡς ἐκ τοῦ πεινῆν καὶ διψῆν, καὶ τοῦτο παθεῖν, οὕτω καὶ ἐκ τούτου δεικνύειν ἑαυτὸν ἀνθρωπήσαντα. Ἐξ ἀρχῆς μὲν ἅμα τῷ γενέσθαι ἄνθρωπος, ὅτε παιδίον ἦν, αὐτὸς διὰ τοῦ ἀγγέλου ἐνετείλατο τῷ Ἰωσήφ, *Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον· μέλλει γὰρ Ἡρῴδης ζητεῖν τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου·* καὶ ἀποθανόντος δὲ Ἡρῴδου, φανεται δι' Ἀρχέλαον τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀναχωρῶν εἰς τὴν Ναζαρέτ. Ὅτε δὲ λοιπὸν καὶ Θεὸν αὐτὸν ἐδείκνυε, καὶ τὴν ξηρὰν χεῖρα πεποίηκεν ὑγιῆ, οἱ μὲν Φαρισαῖοι ἐξελθόντες, συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτοῦ, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν· ὁ δὲ Ἰησοῦς γνοὺς, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν. Καὶ γὰρ καὶ ὅτε τὸν Λάζαρον ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἀπ' ἐκείνης, φησὶ, τῆς ἡμέρας ἐβουλεύσαντο ἵνα ἀποκτείνωσιν αὐτόν. Ὁ οὖν Ἰησοῦς οὐκέτι παῤῥησίᾳ περιεπάτει ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλ' ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν χώραν ἐγγὺς τῆς ἐρήμου. Εἶτα λέγοντος τοῦ Σωτῆρος, *Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι*, οἱ μὲν Ἰουδαῖοι ἔλαβον λίθους, ἵνα βάλλωσιν ἐπ' αὐτόν· ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐκρύβη, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, καὶ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν ἐπορεύετο, καὶ παρῆγεν οὕτως. Ἆρα ταῦτα βλέποντες, μᾶλλον δὲ κατανοοῦντες, ἐπεὶ μὴ βλέπωσι κατὰ τὸ γεγραμμένον, οὐ θέλουσι γενέσθαι πορίκαυστοι; ὅτι ἐναντία ὧν ὁ Κύριος ποιεῖ καὶ διδάσκει, βουλεύονται καὶ φθέγγονται. Καὶ γὰρ ὅτε Ἰωάννης μεμαρτύρηκε, καὶ οἱ μαθηταὶ τὸ σῶμα ἔθαψαν, ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν. Ὁ μὲν Κύριος ἐποίει ταῦτα, καὶ οὕτως ἐδίδαξεν· εἴθε δὲ οὗτοι κἂν οὕτως αἰσχυνθῶσι, καὶ μέχρι τῶν ἀνθρώπων στήσωσιν ἑαυτῶν τὴν προπέτειαν, καὶ μὴ πλέον ἐμμανέντες, ἐγκαλέσωσι καὶ τῷ Σωτῆρι ὀκιλίαν, ἅπαξ κατ' αὐτοῦ βλασφημεῖν μελετήσαντες. Ἀλλ' οὔτε μαινομένων αὐτῶν τις ἀνέξεται· μᾶλλον δὲ καὶ τὰ Εὐαγγέλια μὴ νοοῦντες ἐλεγχθήσονται. Ἔστι γὰρ ἡ πρόφασις τῆς τοιαύτης ἀναχωρήσεως καὶ φυγῆς εὔλογος καὶ ἀληθής· ἦν ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος οἱ εὐαγγελισταὶ κειμένην ἀπεμνημόνευσαν. Δεῖ δὲ ἐκ τούτων ἡμᾶς ἐπὶ πάντων τῶν

A In lege enim præceptum quoque fuit, ut civitates refugii propterea conderentur, ut qui ad mortem inquirerentur, quocunque possent modo servarentur. In consummatione autem sæculorum, cum ad nos venisset ipsum idem quod cum Mose locutum est Verbum Patris, rursum mandatum hoc nobis dedit, dicens : *Quando persecuti vos fuerint ex civitate una, fugite in aliam* [1]. Et paulo post inquit : *Cum igitur videritis abominationem desolationis quæ dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto : qui legit, intelligat : tunc qui in Judæa sunt, fugiant in montana : et qui in tecto est, non descendat, ut e domo sua quidquam tollat. Qui in agro, non revertatur, ut ferat vestimenta sua* [2]. Atque hæc perspecta habentes sancti homines, idipsum secuti sunt vitæ institutum. Nam quæ nunc præcepit Dominus, eadem etiam ante adventum suum in carne cum sanctis est locutus. Atqui hic propositus est hominibus finis ad perfectionem ducens, quod Deus imperarit, id ut exsequantur. Proinde et ipsum Verbum, nostra causa homo factum, non dedignatum est, cum ad cædem quæreretur, sicuti nos, sese occultare, atque etiam cum essent qui id persequerentur, fugere, et insidias devitare. Ita enim conveniebat hoc Christum experiri, ut quemadmodum ex fame et siti, ita ex fuga etiam hominem se assumpsisse indicaret. Statim enim ab initio, cum homo factus infans etiamnum esset, ipse per angelum mandavit Joseph : *Exsurgens accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Ægyptum : Herodes enim quæsiturus est animam pueri* [3]. Porro Herode mortuo, eumdem apparet, propter Archelaum Herodis filium, secessisse in Nazareth. **39** At cum tandem Deum se esse ostendisset, et manum aridam restituens sanasset, Pharisæi quidem aggressi consilium contra eum ceperunt, ut ipsum interimerent : Jesus vero, eo cognito, inde secessit. Rursum cum Lazarum e mortuis resuscitasset : *Ex ea ipsa*, inquit, *die consilium iniere, ut eum occidercnt* [4]. Itaque Jesus non amplius propalam inter Judæos est versatus, sed inde divertit in regionem solitudini propinquam. Præterea, Servatore dicente, *Prius quam Abraham fuit, ego sum* [5], Judæi quidem lapides corripuerunt, ut illum peterent, Jesus autem abscondit se, et exivit ex templo, et per medios eos transiens abiit atque discessit. Sedenim cum hæc videntes, ac potius intelligentes, pro eo atque scriptum est, non videant, qui quæso fieri nolunt igne combusti? dum scilicet contra quam et facit et docet Dominus, ipsi et cogitant et loquuntur? Postquam namque Joannes martyrio est defunctus, et discipuli corpus ejus sepelierunt, audito eo Jesus secessit inde in navicula in desertum locum solus. Atque Dominus quidem ad hunc modum et fecit et docuit. Utinam vero boni isti viri ita verecundia afficerentur, ut saltem adversus homines præfracta sua

[1] Matth. x, 23. [2] Matth. xxiv, 15 seqq. [3] Matth. ii, 13. [4] Joan. xi, 53. [5] Joan. viii, 58.

nterentur audacia, et non eo furore abriperentur, A ut Servatori quoque ipsi timiditatis crimen impingerent, qui semel blasphemare et maledictis eum incessere consulto instituerunt. Sed furorem eorum nemo sustinebit. Quin Evangelia quoque eos ignorare convincemus. Nam hujusmodi fugæ et recessus causa rationi consentanea atque vera est, quam evangelistæ de Servatore etiam memoriæ mandarunt. Proinde eamdem de sanctis omnibus opinionem habere debemus. Et quæ de Servatore humano more scripta sunt, eadem communiter ad genus humanum referre convenit. Quæ enim nostra sunt, ille suscepit, imbecillitatisque nostræ affectiones in seipso exhibuit. Quod Joannes sic scripsit : *Quærebant igitur eum comprehendere, et nemo ei injecit manus, quod nondum venerat hora* B *ejus.* Atque etiam priusquam ea veniisset, ipsemet matri dixit : *Nondum venit hora mea :* fratribus autem, qui dicti sunt, suis : *Tempus meum nondum adest.* At ubi tempus id venerat, ad discipulos, 40 *Dormite jam,* inquit, *et requiescite. Ecce enim appropinquavit hora, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum.* Itaque neque ante tempus comprehendi se permisit, neque tempore jam præsente se occultavit. Quin seipsum potius insidias ei struentibus tradidit. Hoc ipsum et Beati martyres in persecutionibus, quæ tempore quæque suo acciderunt, observarunt. Qui cum persecutione expetiti fugerunt, et se occultare perrexerunt, tum inventi et deprehensi martyrium strenue obierunt. »

Hæc sacer Athanasius in fugæ suæ defensione C scripsit. Et talem Alexandrina synodus habuit finem.

ἁγίων τὴν αὐτὴν λογίζεσθαι. Ἀ γὰρ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἀνθρωπίνως γέγραπται, ταῦτα τῷ κοινῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀναφέρεσθαι προσήκει· τὰ γὰρ ἡμῶν ἐκεῖνος ἀνεδέξατο, καὶ τὰ τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας πάθη ἀνεδείκνυτο. Ἄπερ ὁ Ἰωάννης ἔγραφεν οὕτως· *Ἐζήτουν οὖν αὐτὸν πιάσαι, καὶ οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ·* καὶ γὰρ καὶ πρὸ τοῦ ταύτην ἐλθεῖν, ἔλεγεν αὐτὸς τῇ μὲν μητρὶ, *Οὔπω ἦλθεν ἡ ὥρα μου·* τοῖς δὲ χρηματίσασιν ἀδελφοῖς αὐτοῦ, *Ὁ ἐμὸς καιρὸς οὔπω πάρεστι.* Πάλιν δὲ ἐλθόντος τοῦ καιροῦ, ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς· *Καθεύδετε λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε· ἰδοὺ γὰρ ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν.* Οὔτε πρὸ τοῦ τὸν χρόνον ἐλθεῖν ἤφιεν ἑαυτὸν κρατεῖσθαι, οὔτε τοῦ καιροῦ παρόντος ἐκρύπτετο· ἀλλὰ καὶ ἔκδοτον ἑαυτὸν ἐδίδου τοῖς ἐπιβουλεύουσιν. Οὕτω καὶ οἱ μακάριοι μάρτυρες ἐν τοῖς κατὰ καιροὺς διωγμοῖς ἐφύλαττον· καὶ διωκόμενοι μὲν, ἔφευγον, καὶ λανθάνοντες ἐκαρτέρουν. Εὑρισκόμενοι δὲ ἐμαρτύρουν. »

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος ἐν τῷ *περὶ* C *τῆς φυγῆς* διέξεισιν ἀπολογητικῷ· καὶ τοιοῦτον *ἔσχε πέρας* ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ *σύνοδος.*

CAPUT XVII.

Ut eo tempore Antiochiæ tres episcopi fuerint, Meletius, Paulinus, et Eusoius : et ut Lucifer propter Eusebium offensus, hæreseos suæ auctor extiterit : et ut Eusebius Vercellensis et Hilarius Pictaviensis episcopi in Occidente, Illyricis, Gallis et Italis Romana simul et Græca lingua sanam Nicænæ fidei doctrinam annuntiarint.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Ὡς ἐπὶ τῆς Ἀντιόχου τηνικάδε τρεῖς ἦσαν ἐπίσκοποι, Μελέτιος, Παυλῖνός τε καὶ Εὐζώϊος· καὶ ὡς Λουκίφερ δι' Εὐσέβιον λυπηθεὶς, ἰδίας αἱρέσεως καθίσταται ἀρχηγός. Εὐσέβιος δὲ ὁ Βρεκέλλων, καὶ Ἱλάριος ὁ Ποικτάβων ἐν Ἑσπέρᾳ γενόμενοι, Ἰλλυριοῖς, Γάλλοις τε καὶ Ἰταλοῖς, Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων γλώσσῃ, τὰ ὑγιᾆ τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως κατήγγειλον δόγματα.

Porro Eusebius, quem Vercellarum episcopum esse diximus, Alexandriæ synodo peracta, Antiochiam profectus, plebem ibi inter se dissidere invenit. Nam qui Meletii partes secuti fuerant, Paulinum a Lucifero ordinatum prorsus aversabantur, et suas sibi ecclesias atque conventus cogebant. Quapropter Paulini ordinationem moleste ferens, quod universis placita non esset, et D cum neutra parte communicans, factum id quidem non probavit : Luciferi tamen, qua eum prosequebatur, observantia, publicitus nihil prolocutus, inde discessit, et illud modo dixit, episcoporum conventu eam quoque rem constitutum iri oportere. Et cum non minimum studii in eo posuisset, ut quod per dissidium, scissum erat, unione conjungeret, id tamen efficere minime potuit. Interea enim Meletius quoque ab exsilio reversus est. Qui cum sectatores suos, qui eum in pretio habebant, seorsum conventus agere invenisset, episcopali more eis præiit. Ita factum, ut tres eodem tempore Antiochiæ essent, qui pastorali mu-

Ὁ δ' Εὐσέβιος, ὃν Βρεκέλλων ἐπίσκοπον ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου μετὰ τὴν σύνοδον τὴν Ἀντιόχου κατέλαβε. Καὶ τὰ πλήθη εὑρὼν διαστασιάζοντα· οἱ γὰρ Μελετίῳ ἀκολουθήσαντες τὸν ὑπὸ Λουκίφερος χειροτονηθέντα Παυλῖνον παντάπασιν ἐξετρέποντο, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐκκλησιάζοντες ἦσαν· ἀχθεὶς τῇ χειροτονίᾳ Παυλίνου, ὅτι μὴ τοῖς πᾶσιν ἐτύγχανεν εἰς ἀρέσκειαν, κακῶς μὲν εἶχε τῷ πεπραγμένῳ· τῇ γε μὴν πρὸς Λουκίφερα αἰδοῖ μηδὲν εἰς τὸ φανερὸν εἰπὼν, ἐκεῖθεν ἀπῆρεν, ἐπειπὼν, ἐπισκόπων συνόδῳ καὶ ταῦτα σχεῖν τὴν διόρθωσιν. Οὐκ ἐλαχίστην δὲ τὸ μετὰ ταῦτα θέμενος τὴν σπουδὴν τὸ διερρωγὸς ἑνῶσαι, ἠκιστα ἴσχυσεν· ἔφθη γὰρ ἐν τῷ μέσῳ καὶ Μελέτιος τῆς ἐξορίας ἐπανελθών, ἐκκλησιάζον τε ἰδίᾳ εὑρὼν, ὃ μέρος αὐτὸν διὰ τιμῆς εἶχεν, ἱερατικῶς καθηγεῖτο· καὶ τρεῖς ἐν ταυτῷ τὴν Ἀντιόχου ἦσαν ποιμαίνοντες. Τῶν μὲν οὖν ἐκκλησιῶν Εὐζώϊος ἦν ἐγκρατὴς, τῆς Ἀρειανικῆς αἱρέσεως προϊστάμενος· Παυλῖνος δὲ μίαν τῶν ἔνδον τῆς πόλεως τῶν οὐκ ἐπισήμων εἶχεν, ἣ Εὐζώϊος παρεχώρησεν, ἐκ πολλοῦ τὸν ἄνδρα αἰδούμε-

νος. Ἔξω δὲ τειχῶν πρὸς τῇ πύλῃ τῆς πόλεως τὰς A συνάξεις πεποίητο καὶ Μελέτιος. Οὕτω δὲ τῶν κατὰ τὴν Ἀντιόχου ἐχόντων, Εὐσέβιος ἀνεχώρει αὖθις ἐκεῖθεν. Λουκίφερ δὲ πυθόμενος μὴ τῷ Εὐσεβίῳ ἀρεστὴν δόξαι τὴν χειροτονίαν Παυλίνου, οἷα δὴ περιυβρισμένος, ἐν δεινῷ ποιούμενος ἠγανάκτει· καὶ ἐς ταυτὸ κοινωνίας Εὐσεβίῳ ἰέναι ἥκιστα ἤθελεν. Ὡς μὴ καλῶς γὰρ πεπραγμένα τὰ τῆς συνόδου, ἀποδοκιμάζειν ἤρεῖτο. Πολλὰ δὲ ἃ λύπην εἰκὸς γενναῖν κινούμενα, πολλοὺς τῆς Ἐκκλησίας διέστησεν· ἐξ ἧς αἰτίας, καὶ καινή τις πάλιν αἵρεσις ἀναφαίνεται, Λουκίφερος τὴν κλῆσιν κληρωσαμένη ἐπώνυμον. Λουκίφερος μὲν οὖν οὐκ εὐπρεπῆ τὴν ὀργὴν εἶχε· ταῖς γὰρ ἰδίαις πάγαις ἡλίσκετο· δι' ὧν στέρξειν ὡμολόγει τὰ ὑπὸ τῆς συνόδου γινόμενα, τὸν οἰκεῖον πέμψας διάκονον. Αὐτὸς μὲν οὖν τὰ τῆς Ἐκκλησίας B φρονήσας, καὶ διαλύσας τὸ προσιστάμενον, ἐπὶ τὸν οἰκεῖον θρόνον ἐς Σαρδονίαν ἀφίκετο· οἱ δὲ σὺν αὐτῷ τῆς λύπης μετεσχηκότες, περιλειφθέντες, ἰδίαν συνεστήσαντο αἵρεσιν, ἐς πολὺ τοῦ χρόνου τὴν Ἐκκλησίαν μαχόμενοι. Εἷς ἓω δὲ γενόμενος ὁ Εὐσέβιος, τοὺς ἡσθενηκότας τῇ πίστει οἷά τις ἰατρὸς ἄριστος ἀνεκτᾶτο, ἀπελαύνων μὲν εἴ τι νόθον· ὅσον δὲ τῆς Ἐκκλησίας γνήσιον, διδάσκων καὶ εἰσηγούμενος. Ἐκεῖθεν δ' εἰς ἑσπέραν γενόμενος, Ἰλλυριούς τε διῆλθε, καὶ τῆς Ἰταλίας ἐπέβαινε, τὰ ἴσα διαπραττόμενος. Ἔνθα δὴ καὶ Ἱλάριος πρότερον διαβάς, ὃς Ποικτάβων ἐπίσκοπος ἦν· πόλις δὲ αὕτη Ἀκυϊτανίας· ἅτε δὴ πρῶτος ἐκ τῆς ὑπερορίας ἀνακληθείς, τὰ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως κατεβάλλετο σπέρματα, C Ἰταλοῖς τε καὶ Γάλλοις, ἃ μὲν χρὴ τῶν δογμάτων φεύγειν, ἃ δὲ προσίεσθαι, εἰσηγησάμενος. Ἑλλόγιμος δ' ἦν καὶ κατ' ἄμφω Ἱλάριος τῇ τε Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων γλώττῃ· ὃς καὶ λόγους βίβλων Ῥωμαίοις συνέταξε, τοῖς Ἀρείου μὲν δόγμασιν ἀντιτατταμένους, δυνατῶς δὲ τὴν τοῦ ὁμοουσίου δόξαν κρατύνοντας. Ἃ δὴ μικρὸν ὕστερον μετὰ τὴν ἀνάκλησιν τῶν ἐξορισθέντων ἐγένετο. Οὕτω μὲν οὖν Ἱλάριος ὁ Ποικτάβων, καὶ Εὐσέβιος ὁ Βρεκέλλων ἐν τῇ πρὸς δύσιν ἀρχομένῃ τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως τὸ δόγμα διαῤῥήδην ἐκρότουν.

nere fungerentur antistites. Et ecclesiæ quidem in Euzoii potestate erant, qui Arianis præfuit : Paulinus autem intra urbem, ecclesiam unam minus celebrem obtinuit; quam ei Euzoius, quod hominem jamdudum observasset, concessit. **41** At Meletius extra urbem ad portam, conventus suos agebat. Eo in statu cum res Antiochiæ essent, Eusebius inde rursum abiit. Cæterum Lucifer ubi ordinationem Paulini Eusebio displicere intellexit, perinde atque injuria affectus esset, ægre rem ferens succensuit, neque ad communionem cum Eusebio venire voluit; et quasi in synodo non rite res acta esset, decreta ejus per calumniam rejicere instituit. Et cum multa quæ damnum, ut fieri solet, afferebant pertristi eo tempore moverentur, multos etiam ab Ecclesia ea res alienavit. Qua de causa nova quoque rursus hæresis exstitit, a Lucifero appellationem sortita. Quæ sane parum decentem iræ causam habuit. Suo enim ipsius laqueo captus tenebatur : qui diacono suo misso, se probaturum quæ synodus constituisset, professus fuerat. Et ipse quidem Ecclesiæ sententiam retinens, simultatemque remittens, ad sedem suam in Sardiniam se recepit. Qui vero cum eo dolore se affectos existimabant, in Oriente relicti, sectam sibi suam constituerunt, et longo tempore Ecclesiam oppugnarunt. Eusebius cum in Oriente esset, in fide parum firmos veluti optimus medicus curavit, atque restituit, si quid parum sinceri apud eos esset, rejiciens, quidquid autem Ecclesiæ appositum nativumque esset, docens atque instituens. Atque inde in Occidentem profectus, per Illyricum transiit : atque in Italiam venit, idipsum ubique agens. Ibi et Hilarius Pictavii, urbis Aquitanicæ episcopus, qui prius eo redierat, primus scilicet ab exsilio revocatus, sanioris fidei semina sparserat, Italos et Gallos, quæ vel fugienda vel expetenda dogmata essent, erudiens. Perquam disertus autem Latina simul et Græca lingua fuit, et libros plerosque Romanis conscripsit, qui cum Arii opinionem refellunt, tum τοῦ ὁμοουσίου, consubstantialis, sententiam graviter confirmant. Hæc statim post exsulum restitutionem facta. Ad hunc sane modum Hilarius Pictaviensis et Eusebius Vercellensis, episcopi, in Occidentali imperio Nicænæ fidei dogma clare deprædicarunt.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Περὶ τῶν Μακεδονιαντῶν, ὡς τηνικαῦτα τὴν ἀσέβειαν ἐπαῤῥησιάζοντο, τί τε ἐφρόνουν· καὶ τίνα πρὸς τοὺς αἰτιωμένους ἐποιοῦντο ἀπόλογον.

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ τῇ Κωνσταντίου θαῤῥήσαντες τελευτῇ οἱ ἀμφὶ Μακεδόνιον, ὧν ἦν Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου, Εὐστάθιός τε ὁ Σεβαστείας, καὶ Σωφρόνιος ὁ Πομπηιουπόλεως, εἰς προῦπτον Μακεδονιανοὶ καλεῖσθαι ἔσχον ἀρχήν. Καιροῦ δὲ λαβόμενοι, συνόδους τε συνεχεῖς ἀδεῶς ἐποιοῦντο, τοὺς ἐν Σελευκείᾳ ὁμοφρονήσαντας συγκαλούμενοι, καὶ εἰς ἓδον διεκρίνοντο σύστημα· καὶ τοὺς τοῦ ἑτέρου μέρους αὐτοῖς, τοὺς περὶ Ἀκάκιον δηλαδή, ἀπεκήρυττον· καὶ τὴν παρ' αὐτῶν βεβαιωθεῖσαν ἐν Ἀριμίνῳ πί-

CAPUT XVIII.

De Macedonianis, ut tum magna libertate impietatem suam docuerint. Quid ii senserint, et quibus defensionibus adversus accusatores suos sint usi.

Eadem vero tempestate Macedonii sectatores, Constantii morte freti, in quibus erant Eleusius Cyzicenus, Eustathius Sebastiensis, et Sophronius Pompeiopolitanus, aperte Macedoniani vocari cœperunt. Et temporis opportunitate arrepta, frequentes libere diversis in locis synodos, eis qui Seleuciæ cum eis consenserant convocatis, coegerunt, et sectæ suæ factionem instituerunt. Tum autem qui adversæ partis erant, Acacianos videlicet, excommunicarunt : fidemque Arimini editam

irridentes, formulam Antiochenam promulgarunt, suffragiisque suis comprobarunt; quæ postea Seleuciæ quoque confirmata fuit, sicuti proximo libro diximus. Verum enimvero cum a nonnullis propter ejusmodi dissidium reprehenderentur, eisque objiceretur, qui nunc tandem se per dissidium ab Acacianis sejungerent, cum quibus antea et consensissent et communicassent? tale per Sophronium responsum dedere: « Occidentales episcopi non sanam de Consubstantiali habuere opinionem; Aetius autem in Oriente dissimilem substantia Patri Filium esse docuit: et utraque pars recta excidit sententia. Illi enim per ὁμοουσίου, consubstantialis, verbum, subsistentias Patris et Filii in unitatem unam redigentes, confuderunt: hic vero e diverso a natura Patris proprietatem Filii nimium segregavit. Nos igitur utrorumque lapsum vitantes, mediam absque periculo omni viam delegimus, pieque magis sentimus, æqualem scilicet Patri Filium subsistentia docentes. » Sic illi quidem reprehensi, defendere se conati sunt. Sed deprehenduntur, veritatem cavillatione depravare: quod non Acacium, sed Aetium, ut dissimilitudinis auctorem incusant. Videntur illi etiam aliqua ex parte et Arianos et τοῦ ὁμοουσίου, consubstantialis, assertores vitare: et per utrosque suis ipsorum vocibus convincuntur, aliud quidquam novi afferre constituisse, sicuti et Sabinus inquit, qui Latine acta synodalia conscripsit.

στιν διατωθάζοντες, τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ πίστιν εἰσῆγόν τε καὶ ἐπεψηφίζοντο· ἣ δὴ πρὸς αὐτῶν ὕστερον τὸ κῦρος ἐν Σελευκείᾳ ἔσχεν, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ μνήμην ἐποιησάμην. Ὑπὸ δέ τινων ἐν μέμψει ποιουμένων τὴν αὐτῶν διαφορὰν ἐγκαλούμενοι, τί δή ποτε νῦν τοῖς περὶ Ἀκάκιον διαφέρονται, ὁμόφρονες αὐτοῖς τὸ πρότερον καὶ κοινωνοὶ καθεστῶτες, τοιάνδε διὰ Σωφρονίου τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσαντο· « Οἱ κατὰ δύσιν ἐπίσκοποι ἐνώσουν τὸ ὁμοούσιον· ὁ δ' Ἀέτιος ἐν τῇ ἕῳ τὸ κατ' οὐσίαν ἀνόμοιο εἰσηγεῖτο· καὶ ἄμφω τὰ μέρη τοῦ εὐθέος ἦσαν ἐκπίπτοντες· οἱ μὲν γὰρ συγχεχυμένως εἰς μίαν ἑνότητα τὰς ὑποστάσεις Πατρὸς καὶ Υἱοῦ συνῆπτον διὰ τῆς τοῦ *ὁμοουσίου* λέξεως· ὁ δὲ πάλιν ἐξ ἐναντίας σφόδρα τοῦ Υἱοῦ τὴν τῆς Πατρικῆς φύσεως οἰκειότητα διεχώριζεν. Ἡμᾶς δὲ τὸν ἑλισθον ἑκατέρων φυγόντας, τὴν μέσην καὶ ἀκίνδυνον ἐπιλέξασθαι· καὶ εὐσεβεῖν μᾶλλα νομίζειν, ἅτε δὴ ὅμοιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν καθ' ὑπόστασιν δογματίζοντας. » Ὧδε μὲν οὖν ἀπολογεῖσθαι πρὸς τὴν μέμψιν ἐμηχανῶντο· ἐλέγχονται δὲ τὴν ἀλήθειαν σοφιζόμενοι, οἷς μὴ τοὺς περὶ Ἀκάκιον, ἀλλ' Ἀέτιον ὡς τοῦ ἀνομοίου ἀρχηγὸν ἠτιάσαντο. Δοκοῦσι γὰρ καὶ Ἀρειανοὺς ἐκκλίνειν ἐν μέρει καὶ τοὺς τιμῶντας τὸ ὁμοούσιον· δι' ἀμφοτέρων δέ, ἕτερ' ἄττα καινοτομεῖν ἠρτημένοι ταῖς ἰδίαις φωναῖς· ὥς φησι καὶ Σαβῖνος ὁ Ῥωμαίων γλώττῃ τὰ Συνοδικὰ συνταξάμενος.

43 CAPUT XIX.

De sancto Athanasio, ut ab apostata inquisitus, arte mirifica profugus evaserit.

Imperator, ubi Athanasium Alexandriæ multitudinis conventus in ecclesia propalam agere, et multos Græcorum eloquentiæ vi et suavitate ad Christianam religionem pertrahere cognovit, ejici eum urbe jussit, ac si manere ibi se invito vellet, gravissimas ei denuntiavit pœnas. Ejuscemodi mandati illam prætendebat causam, quod a decessoribus suis imperatoribus exsilio damnatus, sua ipsius auctoritate episcopatum occupasset: et quod ipse eis qui a Constantio in exsilium acti essent, non in ecclesias ingressum, sed in patriam tantum reditum permisisset. Itaque eo imperatoris mandato profugere coactus, in eos qui illum circumsistentes mœrebant, et discessum ejus graviter ferebant, oculis conjectis: « Bono estote animo, filioli, inquit; nubecula est, brevi ea evanescet. » Illis dictis, mandata familiaribus suis dedit, et ecclesia bonis viris commendata egressus, navigio per Nilum in Ægyptum contendit. At qui a præfecto missi fuerant, consequebantur, capere virum sanctum studio omni contendentes. Et jam in propinquo persecutores adesse audiebat. Ibi eis qui cum illo in navi erant, fugam in solitudinem convertendam esse suadentibus, ipse meliorem secutus sententiam, prudenter militum effugit manus. Fuga enim posthabita ad persecutores na-

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου· ὡς πρὸς τοῦ ἀποστάτου ζητούμενος, τέχνῃ θαυμασίᾳ φυγὰς ὥχετο.

Βασιλεὺς δ' Ἀθανάσιον μαθὼν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν παῤῥησίᾳ πλήθη ἐκκλησιάζοντα, καὶ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων μεταπειθόντα τῇ τῶν λόγων σειρῆνι τὸν Χριστιανισμὸν ἀσπάζεσθαι, προστάττει ἐκεῖθεν ἐλαύνεσθαι· εἰ δὲ βιάζοιτο μένειν, μεγίστας ἠπείλει ζημίας. Πρόφασιν δ' ἐποιεῖτο, οἷς φεύγειν παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ καταδίκην σχών, μὴ προτραπείς, τῆς ἐπισκοπῆς ἀντελάβετο· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς παρὰ Κωνσταντίου ἐξορισθεῖσι τὴν εἰς τὰς ἐκκλησίας εἴσοδον συγχωρῆσαι, τὴν δὲ πρὸς τὰς πατρίδας κάθοδον μόνον· ἔνθεν τοι καὶ φεύγειν κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως θέσπισμα βιαζόμενος, τοῖς περὶ αὐτὸν ἀσχάλλουσι, καὶ ἐν δεινῷ ποιουμένοις τὴν φυγαδείαν, ἀτενίσας εἶπε· « Θαῤῥεῖτε, ὦ τέκνα· νεφύδριον γάρ ἐστι, καὶ ταχέως διαλυθήσεται. » Ταῦτ' εἰπὼν, συνταξάμενος τοῖς οἰκείοις, καὶ τοῖς σπουδαιοτέροις παραθέμενος τὴν ἐκκλησίαν, ἐξελθὼν πλοίῳ, διὰ τοῦ Νείλου εἰς τὴν Αἴγυπτον ἤλαυνεν. Οἱ δὲ περὶ τὸν ἄρχοντα κατόπιν ἐδίωκον, ἐν χερσὶν θεῖναι τὸν ὅσιον πᾶσαν ποιούμενοι τὴν σπουδήν. Ἐκ τοῦ σύνεγγυς δ' εἶναι τοὺς διώκοντας πεπυσμένος, τῶν περὶ τὸ πλοῖον εἰς τὴν ἔρημον μᾶλλον φεύγειν λεγόντων, ἐκεῖνος γνώμῃ ἀρίστῃ χρησάμενος, σοφῶς διέφυγε τοὺς διώκοντας. Καὶ γὰρ ἀφέντας τὸ φεύγειν, πρὸς τοὺς διώκοντας ἐξ ἐπιστροφῆς ἐκέλευεν ἀπαντᾶν. Ὡς δὲ τοῦτ' ἐγίνετο, καὶ ἐγγὺς τῶν διωκόντων ἦσαν οἱ φεύγον-

τες, ὅπου ἂν εἴη Ἀθανάσιος, οἱ διώκοντες ἐπυνθάνοντο· τῶν δ' ἐγγὺς εἶναι καταμηνυόντων, καὶ εἰ θᾶττον ἐλαύνοιεν, οὐκ εἰς μακρὰν καταλήψοιντο, ἀπηλλάττοντο. Οἱ μὲν οὖν διώκοντες ἀκίχητα κατελάμβανον, παρατραπέντες τῇ σοφιστείᾳ· ὁ δὲ λαθὼν, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου εἰσῄγετο· κἀκεῖσε κρυπτόμενος, παρήλαυνε τὸν διωγμὸν, ἕως οὗ τελείως ἐπαύσατο. Καὶ τὰ μὲν κατὰ Ἀθανάσιον παρὰ τῶν Ἑλληνιστῶν τοιαῦτα συνέβη.

A vigium convertere, eisque obviam ire jussit. Et cum fugientes ipsi persequentibus propinqui essent, et illi ubinam Athanasius esset interrogassent, ipsi autem non procul abesse, ac si cursum celerius intenderent, statim eum comprehensurus esse respondissent, periculum evasere (1). Ita quidem persecutores calliditate ea illusi, nihil egere. Athanasius vero clam Alexandriam rediit, atque ibi latuit, donec persecutio quam fugiebat, prorsus conquievit. Hæc Athanasio a Græcæ superstitionis sectatoribus accidere.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Ὡς αὖθις σφοδρότερον συνεκρότει τὸν Ἑλληνισμόν· καὶ περὶ Ἐλευσίου τοῦ Κυζίκου, καὶ Τίτου τοῦ Βόστρων· καὶ περὶ Μάρι τοῦ ἐπισκόπου Χαλκηδόνος.

B

44 CAPUT XX.

Ut Julianus denuo idololatriam Græcorum vehementius et acrius comprobarit, et de Eleusio Cyziceno, Tito Bostrensi, et Mari Chalcedonensi, episcopis.

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεῖος Γρηγόριος· Βασίλειος δὲ ὁ μέγας οὐ μόνον τὴν Ἑλληνικὴν παιδείαν ἀναγινώσκειν ἐφίησιν, ἀλλὰ καὶ γενναίῳ λόγῳ μάλιστα τοῦτο κρατύνει· *Ὅπως ἂν νέοι ὄντες. ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν παιδευμάτων ὠφελοῖντο διατεττόμενος.* Τοσαῦτα μὲν καὶ περὶ τῶν Ἀπολλιναρίων καὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας εἰρήσθω.

Hæc divus Gregorius. Basilius vero magnus non solum Græcorum discere permittit, sed etiam præclaro libello maxime hoc confirmat, cui titulum fecit: *Quomodo juvenes ex Græcis disciplinis utilitatem capere possint.* Hæc de Apollinaribus, et Græcorum doctrinis dicta sufficiant.

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Ὡς εἰς Ἀντιόχειαν κατὰ Περσῶν ἐλθὼν Ἰουλιανὸς, καὶ περιυβρισθεὶς τὸν πώγωνα, τὸν κατὰ τῶν Ἀντιοχέων Μισοπώγωνα διεξῆλθε λόγον.

CAPUT XXVII.

Ut Julianus expeditione in Persas suscepta, Antiochiam venerit: atque ibi propter barbam prolixam ludibrio habitus, contra Antiochenos librum, Misopogona, hoc est, Barbæ-osorem, composuerit.

Βασιλεὺς δ' ἐκ Χριστιανῶν πλεῖστα συλλεξάμενος χρήματα, ἐς Πέρσας ἤδη τὸ ὁρμητήριον θέμενος, εἰς Ἀντιόχειαν ἦκε τῶν Σύρων. Τὸ δ' οἰκεῖον φιλότιμον Ἀντιοχεῦσι δεῖξαι βουλόμενος, τὰ ἐπ' ἀγορᾶς ὤνια καὶ τὰ ἐπιτήδεια τῆς νενομισμένης τιμῆς κατεβί-

Imperator autem ingenti a Christianis pecunia extorta, expeditionem adversus Persas molitus est, et Antiochiam Syriæ se contulit. Atque ibi liberalitatis suæ studium Antiochenis probare volens, res in foro venales et necessarias ad certum consti-

tutumque pretium reduxit : non considerans secum ipse, ubi militum sit frequentia, ibi accidi in urbibus rerum omnium copiam, vicinosque etiam ea de causa annonæ detrimento affici. Itaque caupones emere, et rursum vendere res ad victum necessarias quæstus gratia solili, quod jacturam eam non ferrent, multa contra imperatorem vociferati, negotiatione sua supersederunt : eoque modo ut rerum necessariarum penuria urbem invaderet, effecerunt. Antiocheni vero (proclives enim sunt ad contumelias homines) **61** impudenter et libere imperatorem riserunt, et scommatibus in barbam ejus luserunt, quod prolixior ea esset, tondi eam ad funiculos plectendos oportere dicentes. atque item in nummis ejus qui effigiem tauri habebant, cavillati sunt, perinde atque a præcipiti tauro mundum ab ipso imperante everti jactantes. Cum enim supra alios omnes admodum superstitione teneretur, et quotidie tauros ad simulacrorum aras mactaret, et aram et taurum nummo suo imprimi curaverat. Proinde ira ex scommatibus ejusmodi percitus, male se accepturum Antiochenos minatus est : et Tarsum Ciliciæ concessit, atque inde res ad bellum necessarias exercitui suppeditare instituit. Cæterum minas satis exsecutus non est ; sed verbis tantum in Antiochenos convicia retorsit, orationemque præclaram et facetam ira remissa in eos conscripsit, quam *Antiochenam* et Μισοπώγωνα, hoc est, *Barbæ inimicam*, inscripsit. Atque eo pacto se injuriam vindicasse existimans, Persicam expeditionem, perpetua nota urbi Antiochenæ inusta, est prosecutus. Antiochiæ porro erga Christianos eadem est importunitate usus, omnibus modis id agens, ut Græcorum superstitio invalesceret. Verum quid circa Babylæ martyris sepulcrum, *et in* templo Apollinis Daphnæi acciderit, periniquum esset, si silentio præteriremus. Id vero inde ordior.

CAPUT XXVIII.

Quæ prævaricatori huic in Antiochenorum luco Daphne acciderint : et de tumulo sancti Babylæ martyris, et de sancto Theodoro confessore.

Inter Antiochiæ suburbia præcipuum quoddam est, in quo frequentes florent cupressi, locus valde nemorosus, et variis aliis inter cupressos arboribus conspicuus : et quæ inter arbores ipsas sunt loca, prout anni tempus fert, omnis generis benecolentes producunt flores. Instar tecti autem habet, eo loco, quæ ex ramorum et foliorum densitate ubique provenit umbra, et solis radios non facile solum ipsum pertingere sinit, neque quidquam amœnitatis regioni ei deest. Non ibi aquarum copia irriguarum desideratur : et gratum temporis temperamentum, Zephyrique et alii venti leniter ramis flatu suo incidentes, suavemque susurrum edentes, amœnitatem multam afferunt. Eo loco Græci fabula conficta, Daphnem (1) Ladonis fluvii filiam, ex Arcadia, **62** Apollinem amatorem fugientem, in nominis sui arborem esse

(1) Est l. II. C. titulus, *De cupress. ex luc. Daphnen. vel Pers. per Ægypt. non exci. vel vend.*

δασε· μὴ συνειδὼς, ὡς ὅπου δ' ἂν στρατοπέδου πολυπληθεία γίνεται, τὸ ἄφθονον μὲν τῶν πόλεων περιαιρεῖ· ζημία δὲ καὶ τοῖς περιοίκοις ἐγγίνεται. Οἱ τοίνυν κάπηλοί τε καὶ παλιγκάπηλοι, τὴν ἐντεῦθεν ζημίαν μὴ φέροντες, πολλὰ κατεβόων τῶν βασιλέως, ἀποσχόμενοί τε τῆς ἐμπορίας, ἐπιλιπεῖν τὰ ἐπιτήδεια παρεσκεύασαν. Οἱ δὲ τῆς Ἀντιόχου (ἐπιρρεπεῖς γὰρ πρὸς ὕβρεις οἱ ἄνθρωποι) ἀνέδην τε τὸν βασιλέα ἐτώθαζον, καὶ ἀπέσκωπτον εἰς τὸν ἐκείνου πώγωνα, ὡς βαθὺς εἴη, καὶ δέον κείρειν αὐτὸν, καὶ σχοινία ἐκ τούτου πλέκειν· καὶ εἰς τὸ νόμισμα, ὅτι ταύρου εἶχεν εἰκόνα· ἐπίσης γὰρ τῶν ὑπτίων ταύρων ἀνατετράφθαι τὸν κόσμον ὑπ' ἐκείνῳ βασιλευόμενον. Δεισιδαίμων γὰρ, εἴπερ τις, σφόδρα γενόμενος, καὶ τοῖς εἰδώλων βωμοῖς ταύρους θύων ἑκάστοτε, καὶ βωμὸν καὶ ταῦρον τῷ σφετέρῳ ἐντυποῦσθαι νομίσματι διετάττετο. Περιοργὴς δὲ γενόμενος, ἠπείλει κακῶς Ἀντιοχέας ποιεῖν· καὶ εἰς Ταρσὸν μετῳκίζετο, τὰ ἐπιτήδεια τῷ πολέμῳ ἐκεῖθεν πορίσασθαι ἠρημένος. Εἰς ἔργον δὲ τὴν ἀπειλὴν ἀγαγεῖν μὴ θελήσας, λόγοις ἀντισκῶψαι τὴν Ἀντιόχου ἠθέλησε· καὶ λόγον κατ' Ἀντιοχέων γενναῖον καὶ μάλα ἀστεῖον διεξελθὼν, ὃν Ἀντιοχεικὸν ἢ Μισοπώγωνα ἐπιγράφει. Καὶ οὕτως ἀμύνασθαι δόξας, τὴν πρὸς Πέρσας ἠπείγετο, στίγματα διηνεκῆ τῇ Ἀντιοχέων πόλει καταλιπών. Χριστιανοῖς δὲ πᾶσι κάνταῦθα ἐπίσης τῇ μοχθηρίᾳ ἐκέχρητο, περὶ πολλοῦ ποιούμενος τὰ Ἑλλήνων κρατύνειν. Οἷς γοῦν περὶ τὴν θίβην συγέβη Βαβύλα τοῦ μάρτυρος, καὶ τοῦ ἐν Δάφνῃ νεὼ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἄδικον παραλιπεῖν ἀδιήγητα. Ἄρχομαι δ' ἐντεῦθεν.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Περὶ τῶν ἐν Δάφνῃ τῆς Ἀντιοχείας γεγενημένων τῷ παραβάτῃ· καὶ τῆς σοροῦ τοῦ ἁγίου Βαβύλα καὶ μάρτυρος· καὶ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ ὁμολογητοῦ.

Πρὸ τῆς Ἀντιόχου ἐπίσημόν τι προάστειόν ἐστι καὶ τῶν ἄλλων ἐξαίρετον, ὃ πολλαῖς μὲν κυπαρίσσοις θάλλει, ἀλσώδης δ' ἐστὶ μάλα ὁ χῶρος, ποικιλίᾳ δένδρων ἀναμὶξ ταῖς κυπαρίσσοις ὡραϊζόμενος. Τὰ δὲ μεταξὺ τῶν δένδρων, ὅσα ὡρῶν εἰσιν εὐώδη ἄνθη παντοδαπὰ φύεται. Ὄροφος δὲ τῷ τόπῳ ἡ παντοῦ τοῖς φύλλοις καὶ τοῖς κλάδοις ἐκ πυκνότητος γινομένη σκιὰ, μηδαμῶς ἐῶσα τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου τῷ ἐδάφει προσβάλλειν. Τερπνότητος δ' οὐδὲν ἐλλείπει τῷ χώρῳ· τῷ τε γὰρ ἀφθόνῳ τῶν ὑδάτων λίαν ἐστὶ κατάρρυτος, ὡρῶν τε εὐκρασίᾳ ἥρεμα τοῖς κλάδοις τοῦ ζεφύρου καὶ τῶν λοιπῶν ἀνέμων προσπιπτόντων, καὶ λιγυρὸν οἷον ἠχούντων. Ὅπου δή φασιν Ἑλλήνων παῖδες μῦθον ὑφαίνοντες, τὴν τοῦ ποταμοῦ Λάδωνος Δάφνην, ἐξ Ἀρκαδίας φεύγουσαν Ἀπόλλω τὸν ἐραστὴν, εἰς ὁμώνυμον φυτὸν ἀμειφθῆναι· τὸν δὲ μηδ' οὕτω τὸν πόθον ἀποβαλεῖν· τὸν

Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.
(Claud.)

ἔρωτα δ' οἷον παραμυθούμενον, τοῖς τῆς ἐρωμένης κλάδοις τὴν κεφαλὴν ἀναδήσασθαι, καί γε δένδρον γενομένην, περιπλακῆναι καὶ περιπτύξασθαι, καὶ μηδ' ἀπαλλάττεσθαι μᾶλλον αἱρεῖσθαι, ἀλλὰ προσιδρύσειν ταύτῃ σὺν ἀστειότητι, κἀντεῦθεν καὶ τιμῆσαι τὸν χῶρον τῇ μακρᾷ προσιδρύσει· καὶ τῶν ἄλλων χώρων ἐκφανῆ ποιῆσαι καὶ κεχαρισμένον αὐτῷ. Ἐνταῦθ' οἱ σωφρονεῖν αἱρούμενοι καὶ τὸν τρόπον ἐπιεικεῖς διατρίβειν ἥκιστα ἤθελον. Μᾶλλα γὰρ ἦν ὁ χῶρος πρὸς ῥᾳστώνην ἀνειμένος. Τοῖς γε μὴν διεφθορόσι τῶν νέων, ἐπέραστός τις διαφερόντως ἐδόκει, ἅτε δὴ καὶ τῷ μύθῳ βοηθουμένοις, ἐρωτικῷ γε ὄντι. Ἐν διπλῷ γὰρ ἐκείνοις τὸ πάθος ἀνήπτετο, εἰς παραίτησιν οὐκ ἀγεννῆ προϊσχομένοις τὸν μῦθον· ἀναίδην τε γὰρ τῇ ἀκολασίᾳ ἐχώρουν μήτ' αὐτοὶ σωφρονεῖν δυνάμενοι, ἀλλ' οὐδὲ σώφρονας τῷ χώρῳ διατρίβειν ἠνείχοντο. Μὴ γὰρ μετ' ἐρωμένης ἐκεῖσε διατριβήν τις ἔχων, ἀγεννής τις ἂν ἔδοξε μᾶλλα καὶ ἄχαρις, καὶ ὡς ἄγος τι ἀποτρόπαιον ἐκεῖθεν ἠλαύνετο. Διὰ πλείστης δὲ τῆς τιμῆς ἦν ὁ χῶρος τοῖς ἑλληνίζουσιν. Ἄγαλμα γὰρ ἐνταῦθα ἐτύγχανεν εἰς κάλλος λίαν ἀπεξεσμένον Δαφναίου Ἀπόλλωνος· καὶ νεὼς κάλλιστος, εἰς ὕψος ἅμα καὶ μέγεθος φιλοτίμῳ ἐξειργασμένος χειρί· ὃν Σέλευκον ἀνεγεῖραι λόγος τὸν Ἀντιόχου πατέρα· ὃς καὶ τὴν ἐπώνυμον πόλιν, τὴν Ἀντιόχου φημί, μεγαλοπρεπῶς τὸ κατ' ἀρχὰς ἀνιστᾷ. Πίστις γε μὴν προσῆν ἐκ πολλοῦ καί τι μαντικὸν ὕδωρ ἐκ Κασταλίας τῆς πηγῆς καταῤῥεῖν ἐκεῖσε, καὶ μηδέν τι παραλλάττειν τὴν τ' ἐνέργειαν καὶ προσηγορίαν ἐκείνου. Φασὶ δὲ καὶ Ἀδριανῷ τῷ βασιλεῖ ἐν ἰδιώταις ἔτι τεττομένῳ, ἐνταῦθα προφοιβασθῆναι τὸ μέλλον· δάφνης γὰρ φύλλον ἐμβάψαντα τῇ πηγῇ, τὴν τοῦ μέλλοντος ἀρύσασθαι πρόγνωσιν, γράμμασι καταμηνυθεῖσαν αὐτῷ· ἐπεὶ δὲ καὶ τέλος ἔσχεν ἡ πρόῤῥησις ἐπ' αὐτῷ, ἵνα μὴ καὶ ἄλλοις οὕτω τὸ μέλλον μανθάνειν ἐξῇ, χώμασι πολλοῖς τὴν πηγὴν ἀφανίσαι.

Ταῦτα μὲν Ἑλλήνων παῖδές φασιν· ὡς δὲ Γάλλος Καῖσαρ πρὸ Κωνσταντίου χειροτονηθεὶς ἐν Ἀντιοχείᾳ διέτριβε, τὰς ἐκεῖσε τῶν βαρβάρων ἀναστέλλων ὁρμάς· ἐπεὶ Χριστιανὸς ὤν, ἐς τὰ μάλιστα ἐτίμα τοὺς ὑπὲρ Χριστοῦ καὶ τοῦ δόγματος γενναίως ἀγωνισαμένους, ἔγνω δὴ τὸν χῶρον τῆς μακρᾶς δεισιδαιμονίας καὶ τοῦ ἀκολάστου τρόπου μάλιστα ἐκκαθᾶραι καὶ ἀπαλλάξαι. Νομίσας οὖν ὡς οὐκ ἄλλως γε περιέσοιτο τοῦ δεινοῦ, εἰ μὴ εὐκτήριον ἐκεῖσε ὃν ἀντικαταστήσειεν οἶκον, τοῦτο εὖ διαπεπραγμένος, καὶ τὴν θήκην Βαβύλα τοῦ μάρτυρος εἰς δάφνην μετήγαγεν· ὃς πρὸ πολλοῦ λαμπρῶς τὴν Ἀντιοχέων ἐπιτροπεύων, ἐπὶ Νουμεριανοῦ γενναίως τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνα διήνεγκε. Τὸ δὲ μαρτύριον ἐξ αἰτίας τοιαύτης αὐτῷ προβῆναι· ἐπίσκοπος μὲν γὰρ ἦν ὁ Βαβύλας· κατὰ δέ τινα δαίμονα γνώμην, Νουμεριανῷ ἔρως ἐμπεσεῖν, πληθούσης τῆς ἐκκλησίας εἰσελθεῖν ἐν αὐτῇ· τὸν δ' ἱεράρχην κατὰ τὰ πρόθυρα

(1) In umbroso Daphnæ luco Constantinus Magnus matri suæ Helenæ statuam collocavit. Et ob eam causam locum eum Αὐγουστεῖον, Augusteum, nominavit. (Suid.)

A conversam : ipsum autem deum ne sic quidem puellæ desiderium abjecisse, amoremque suum veluti solantem, amatæ virginis frondibus caput cinxisse, eamque etiam arborem factam complexum esse : neque ab ea discedere volentem, illi cum festivitate quadam assedisse, proindeque honore diuturnioris moræ cum locum prosecutum, atque aliis locis illustriorem, sibique etiam gratiorem effecisse ferunt. Hic homines casti et moderati minime versari sustinuerunt, quod regio ea ad desidiam et libidinem admodum esset proclivis. Juvenibus autem corruptis jucunda plurimum et grata visa est, et prorsus amatoria : quos etiam eam in rem fabula ipsa invitarit. Et duplex eis ad B culpæ deprecationem fabulam non illepidam prætendentibus incensa est libido, ut sine pudore neque ipsi pudici essent, neque pudicos in eo loco esse paterentur. Qui enim ibi sine amica versaretur, illiberalis plane parumque gratus visus, perinde atque piaculum aliquod detestandum inde abigebatur. Græcæ autem superstitionis observatoribus præcipue in maximo locus habitus est honore. Nam statua ibi Apollinis Daphnæi (1) magna venustate exsculpta, et templum pulcherrimum altitudine et amplitudine mirifica, artificiosa manu constructum fuit : quod Seleucum, Antiochi, qui urbem eam sub suo nomine magnifice primum condidit, patrem construxisse ferunt. Creditum etiam longo tempore est, aquam ibi e fonte Castalio divinatricem, nihil prorsus ab alia illa apud C Delphos, ut nomine, sic etiam efficacia differentem, profluxisse. Fama item fert, Adriano imperatori, cum privatus adhuc esset, responsum ibi de rebus futuris editum esse, eumque lauri folio in fonte tincto futuri cognitionem litteris designatam hausisse : et cum responsum id ad exitum suum pervenisset, ne aliis quoque ad[illegible] eumdem modum res futuras cognoscere liceret, aggere multo fontem obstruxisse.

Hæc quidem sic Græci tradunt. Gallus autem, ubi Cæsar est a Constantio creatus, Antiochiæ vixit, Barbarorum ibi impetum et incursionem compescens. Hic ut Christianus, cum maxime eos qui pro Christo et dogmate nostro fortiter decer- D tarunt, **63** veneraretur, locum talem a diuturna superstitione et improbo illo more liberandum atque repurgandum duxit. Postquam autem non aliter se malum tantum exstirpaturum esse putavit, nisi contra templum id orationis domum construeret, opere eo pulchre perfecto, loculum etiam Babylæ martyris in Daphnen transtulit : qui ante annos plures Antiochenæ ecclesiæ splendide antistes præfuerat, et sub Numeriano fortiter certamen pro Christo pertulerat. Martyrii ejus hæc causa fuit · Episcopatum Babylas gerebat. Numerianum autem de dæmonis cujusdam sententia cupido invasit, ecclesiam Christianorum, cum

frequentissima esset, ingredi. Et advenienti ei, A hierarcha ad templi vestibulum astans, ingressum præclusit : se pro virili sua affirmans non commissurum, ut ad gregem lupum ingredientem intueatur. Atque ille statim quidem cœpto destitit; episcopum autem primum de tanta audacia criminatus est : deinde sacrificare etiam dæmonibus jussit, eam unam expiationem criminisque abolitionem, et subsecuturi honoris et gloriæ conciliationem fore denuntians. Cui Babylas ingenti animo resistens, martyrii coronam recepit. Ejus tum ossa Gallus transtulit. Quod ubi est factum, dæmonium deinde oracula non edidit. Et multi quidem propterea id consiluisse existimarunt, quod sacrificiis et cultu eo quem antea ille exhibuerant, spoliatum esset. Verum rem aliter se habere compertum est. B In causa enim vere erat in vicinia quiescens martyr, qui eam rem non permisit, cœptum illius vi majore prohibens. Sub Juliano enim, cum ad satietatem usque sanguine et victimis expleretur, non minus mutum fuit. Et postremo ipsi illi imperatori de eventu Persicæ expeditionis dæmonem consulenti (cum frequenter eo venisset, quod cædendis hostiis delectaretur, et multo sanguine Pythium veneraretur), causam ejus silentii indicavit. Ubi namque templum ingressus, oraculo, quæ visa essent, fidem ejus periclitans, magnificis mactatis victimis Julianus proposuit : insuper quoque petiit, ne deus, de quibus rebus inquireret, respondere gravaretur; tum ille aperte C quidem non significavit, se more suo propter Babylam martyrem non respondere : 64 sed alio id modo insinuavit. Locum enim eum plenum esse cadaveribus dixit, et propterea se oracula edere minime posse. Et erant ibi multi alii sepulti. Verum Julianus Babylam martyrem solum responsis obstare judicans, confestim loculum ejus transferri jussit. Quapropter Christiani advenientes, martyrem in urbem ad quadraginta stadia intulerunt, ubi etiamnum situs est, nomine suo loco ipsi indito. Qui vero loculum ferebant senes et juvenes, aliique chorum gravem et venerandum efficientes, alius alium in via ad psalmos canendos invitarunt, sub illo quidem prætextu, quasi sudorem laboremque viæ levarent : re autem ipsa, quod zeli ardore ferrentur, ut imperatoris ineptam monstrosamque religionem reprehenderent. Et canendo præibant, qui artem eam accuratius addidicerant. inter alia autem multitudo illis succinens, et illam carminibus addidit partem : « Confundantur omnes qui adorant sculptilia, gloriantes in simulacris suis. » Tum sane, qui antea philosophum se esse professus fuerat imperator, longe alius deprehensus. Ira namque commotus, perinde atque injuria affectus esset, affligere Christianos constituit, et eadem adversus illos facere, quæ Diocletianus fecisset. Quod vero impetum ejusmodi expeditio Persica, quam urgebat, moraretur, Salustio, qui tum præfecti magistratum gerebat, mandavit ut

τοῦ νεὼ στάντα, τὴν εἴσοδον διατειχίζειν αὐτῷ, φάσκοντα ὅσα γε δυνατὸς εἴη, μὴ περιόψεσθαι λύκον τῷ ποιμνίῳ παρεισδυόμενον, καὶ τὸν μὲν αὐτίκα τῆς ὁρμῆς ἀνακρουσθῆναι· τὸν δ' ἐπίσκοπον ἐν αἰτίαις πρῶτα ἐτίθει τῆς τόλμης. Ἔπειτα δαίμοσι θύειν ἐκέλευε· μόνην γὰρ εἶναι τὴν ἐξοσίωσιν ταύτην, τοῦ ἐγκλήματος λύσιν, καὶ τῆς εἰσέπειτα τιμῆς τε καὶ δόξης πρόξενον. Τὸν δὲ γενναίως ἀντιταξάμενον τὸν μαρτυρικὸν ἀναδήσασθαι στέφανον· οὗ τὴν θίβην τότε μετήνεγκε. Τούτου δὲ γενομένου, λόγος μὴ τοῦ λοιποῦ τὸ δαιμόνιον χρησμὸν ἀνελεῖν. Καὶ ἐδόκει μὲν τοῖς πολλοῖς, ὡς θυσιῶν ἀμοιρήσαν καὶ τῆς πρὶν θεραπείας ἥσπερ ἠξίωτο, σιωπᾷν. Ἀλλ' ἠλέγχθη τοῦτο οὕτως μὴ ἔχον. Αἴτιον γὰρ ἦν ἀληθῶς, ὡς ἐγγειτόνων σκηνώσας ὁ μάρτυς οὐ ξυνεχώρει τὸ ἔργον δυνάμει κρείττονι ἀπείργων, ἐκεῖνο τοῦ ἐγχειρήματος. Ἐπὶ γὰρ Ἰουλιανοῦ εἰς κόρον ἀπολαῦσαν τῶν συνήθων αἱμάτων, καὶ θυσιῶν, οὐδὲν μᾶλλον ἄναυδον ἦν. Καὶ τὸ ὕστατον καὶ αὐτῷ γε ἐκείνῳ τῷ βασιλεῖ χρησμὸν αἰτοῦντι τῆς κατὰ Περσῶν ἕνεκεν ἐκστρατείας, πυκνὰ γὰρ ἐκεῖσε οὗτος ἐπεχωρίαζε, φιλοθύτης γε ὤν, καὶ ἀφθόνοις αἵμασι γεραίρων τὸν Πύθιον, τὸ αἴτιον τῆς προτέρας σιωπῆς κατεμήνυσεν. Ἐπειδὴ γὰρ τῷ μαντείῳ πεῖραν προσῆγε περὶ ὧν οἱ αὐτῷ ἐδόκει, τῷ ἱερῷ προσβαλών, φιλοτίμοις θυσίαις τιμῶν τὸ δαιμόνιον, καὶ ἐδεῖτο μὴ ἀμελεῖν λέγειν περὶ ὧν ἐκείνῳ ἦν σπουδὴ ἐρωτᾶν. Τὸ δὲ περιφανῶς μὲν οὐκ ἐδήλου μὴ δύνασθαι χρησμῳδεῖν ὡς ἔθος διὰ Βαβύλαν τὸν μάρτυρα· ἕτερον δὲ τρόπον τοῦτο ἐσήμανεν· Νεκρῶν γάρ, εἶπεν, ὁ χῶρος μεστός· καὶ διὰ τοῦτο ἥκιστα δύνασθαι χρησμῳδεῖν. Πολλοὶ μὲν οὖν καὶ ἄλλοι ἦσαν ἐκεῖσε νεκροί· ὁ δὲ Ἰουλιανὸς συμβαλὼν τὸν μάρτυρα μόνον Βαβύλαν ἐμποδὼν καθίστασθαι ταῖς μαντείαις, προστάττει αὐτίκα τὴν θίβην μετατεθῆναι τοῦ μάρτυρος. Χριστιανοὶ δ' ἐλθόντες ἐπὶ τὴν πόλιν, ἤγαγον ὡσεὶ στάδια τεσσαράκοντα· ἔνθα δὴ νῦν ὁ μάρτυς κεῖται, τὴν οἰκείαν προσηγορίαν τῷ τόπῳ θέμενος. Οἱ δὲ ἄγοντες νέοι τε καὶ γέροντες, καὶ ἄλλως σεμνὸς ὄντες καὶ χορὸς τίμιος, ἀλλήλους ἀνέπειθον ὁ ἀπάσης ψάλλοντες τῆς ὁδοῦ· προφάσει μὲν τοῦ τὸν ἱδρῶτ' ἀναψύχειν, τὸ δ' ἀληθὲς, ζήλῳ ἐφέροντο, ἐξελέγχοντες τὸ τοῦ κρατοῦντος περὶ τὸ Θεῖον ἀλλόκοτον. Ἐξῆρχον μὲν οὖν τοῦ μέλους, οἳ περὶ τὰ τοιαῦτα D ἠκριβωμένως εἶχον· σὺν ἄλλοις δὲ τὸ πλῆθος, ξύμφωνον καὶ τοῦτο δὴ τὸ μέρος· ἐπῇδεν· « Ἠσχύνθησαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς, οἱ ἐγκαυχώμενοι ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. » Τότε δὴ ὁ πρὶν φιλοσοφεῖν ἐπαγγελλόμενος βασιλεὺς ἐξηλέγχετο. Περίοργης γὰρ γενόμενος ὡς ὑβρισμένος, κακῶς ποιεῖν ἤρξετο Χριστιανούς· καὶ τοιαῦτά τ' ἐπ' αὐτοῖς πράττειν, οἷάπερ οἱ περὶ Διοκλητιανὸν ἐποίουν. Ἐπεὶ δὲ ἡ πρὸς Πέρσας σπουδὴ τὴν ὁρμὴν ἐκείνου ἀνέστελλε, Σαλουστίῳ ἐνεκελεύετο, ὃς τὴν ἔπαρχον τηνικαῦτα διεῖπεν ἀρχήν, συλλαβόντα τοὺς διαφέροντας ἐν ψαλμῳδίᾳ, κολάζειν. Ὁ δὲ, καίτοι πολὺς τὴν Ἑλληνικὴν θρησκείαν ὤν, οὐδαμῶς ἐπῄνει τὸ βούλευμα. Ἀντιτείνειν δὲ οὐχ οἷός τε ὢν πρὸς τοὐπίταγμα, τῇ ὑστεραίᾳ πολλοὺς τῶν Χριστιανῶν συνελάμβανε, καὶ ὑπὸ

δεσμωτήριον ἦγεν. Ἕνα δὲ τούτων προῆγε, Θεόδωρον ὄνομα, νεανίαν τὸν χρόνον· ὃν κολάσειν οὐκ ὀλίγαις ὑποβαλὼν, καὶ ξύλῳ βασανιστηρίῳ ἀνήρτα. Ἱκανῶς δὲ καταξανθῆναι παρασκευάσας τὸ σῶμα, ἐπεὶ ἄληπτον ἑώρα τὸν μάρτυρα, μὴ λιπαροῦντα, ἀνώδυνον δὲ οἷον φαίνεσθαι παρεχόμενον· ὥσπερ γὰρ θεατὴς τῶν ἐπ' αὐτῷ γινομένων, ἀλλ' οὐκ ἀθλητὴς ὤν, στερρῶς τὸ πάσχειν διεκαρτέρει, καὶ τὸν πρότερον αὖθις ἐπῇδε ψαλμὸν, ἔργοις δεικνύων μὴ μέλον αὐτῷ οἷς παρ' ἐκείνου ἠτάζετο· μόλις ἔλυε τῶν δεινῶν. Τότε δ' ἤρέτο, ὅτε μὴ ζῇν ἔτι τῷ κολαστῇ ἐδόκει. Ἐκείνου δὲ τὴν ἔνστασιν ἐν ἐκπλήξει ποιούμενος; ὁ Σαλούστιος, παρὰ τὸν βασιλέα ἐλθὼν ἀνήγγειλεν· ὡς « Εἰ μὴ παύσαιμεν Χριστιανοῖς ἐπικείμενοι, ἐνδόξους μὲν αὐτοὺς θᾶττον, ἐν γέλωτι δ' ἡμᾶς τῷ παντὶ κείσεσθαι πράξομεν. » Δοξάντων δ' ἐν ἀμείνονι εἶναι ἃ Σαλούστιος ἔλεγεν, ἀφεῖθησαν οἱ δεσμῶται. Θεόδωρος δ' ἐπεβίω μετὰ τὴν ὁμολογίαν χρόνον συχνόν. Λέγεται δὲ μετὰ ταῦτα, Ῥουφῖνον εὑρόντα, ὃς τὰ ἐκκλησιαστικὰ Ῥωμαίων γλώττῃ ἐξέθετο, ἔρεσθαι εἴπερ αἴσθησιν τῶν δεινῶν πάσχων εἶχε, καὶ εἰ ἀνώδυνος ἔφερε τὰς πληγάς· τὸν δὲ φάναι, ὡς πάντη μὲν οὐκ ἦν ἀνώδυνος· παρεστῶτα δέ τινα νεανίαν, ὑφάσματι λεπτοτάτῳ τοὺς ἱδρῶτας μὲν ἀπομάττειν, ὕδωρ τ' ἐπιχέειν μάλα ψυχρὸν, ᾧ τὰς τῶν πόνων ἀνέψυχε φλεγμονὰς, καὶ τὸ πολὺ τῶν ἀλγηδόνων ὑφῄρει· ἐπιῤῥωννύντα τὸ πνεῦμα, καὶ ἄῤῥητον ἐνιέντα τὴν τέρψιν τοῖς πόνοις. Καί μοι δοκεῖ, μὴ ἀνθρώπινον εἶναι οὕτω τοῦ σώματος ὑπεριδεῖν, μὴ τῆς θείας προηγουμένης ῥοπῆς.

A eos qui præcipui in ea quam diximus psalmodia fuissent, comprehensos coerceret. Ille quamvis vanæ Græcorum religioni esset addictissimus, consilium id tamen non laudavit. Quod autem mandato imperatoris reluctari nequiret, postridie multos Christianos comprehendit et carceri inclusit. Et deinde ex eis unum, Theodorum nomine, adolescentem adhuc, produxit. Eum cum tormentis ingentibus subdidisset, et ad stipitem tortorium suspendi, corpusque ejus satis diverberari et concidi curasset, quod martyrem invictum esse videret, non deprecantem, neque doloris alicujus indicium præbentem (perinde enim atque non certator ipse, sed spectator earum rerum quæ in eo fiebant, esset, constanter cruciatus perferebat, et hesternum illum concinebat Psalmum, B 65 reipsa nihil ad se pertinere quæ ab eo per quæstionem requirebantur, ostendens), vix tandem tantis pœnis liberavit. Id quod tum demum fecit, cum jam tortoribus vita destitutus esse videretur. Atque illius tantam fortitudinem et constantiam cum stupore admiratus Salustius, ubi ad imperatorem venit, Nisi, inquit, Christianos affligere destiterimus, ipsis quidem laudem et gloriam brevi parabimus, nos autem ridendos omnibus proponemus. » Porro Salustii sententia laudata, et captivi illi dimissi sunt, et Theodorus post confessionem eam longo vixit tempore. Dicitur autem postea Rufinus, qui historiam ecclesiasticam Latine vertit, virum eum aliquando conventum rogasse, sensissetne pœnarum tormenta, an plagas citra dolorem omnem pertulisset? Cui ille respondit, non se quidem sine sensu cruciatum fuisse: adolescentem autem quemdam sibi assistentem fascia tenuissima sudorem abstersisse, et aquam frigidam infudisse, qua dolorum ardorem refocillarit, tormentorumque vim sustulerit: spiritui præterea suo robur indidisse, et incredibilem in tantis laboribus jucunditatem suppeditasse. Mihi certe hominis esse non videtur, corpus ipsum ita despicere, nisi divinum præsto sit auxilium.

Τοιαῦτα μὲν περὶ τοῦ θαυμαστοῦ Θεοδώρου. Ἐκ C ταύτης δὴ τῆς αἰτίας ὁ μάρτυς Βαβύλας ἐν τῇ Δάφνῃ ἀπήχθη, καὶ αὖθις μετεκινήθη ἐκεῖθεν. Μετὰ δὲ μικρὸν, πῦρ αἰφνίδιον ἐμπεσὸν τῷ νεῷ τοῦ Δαφναίου Ἀπόλλωνος, αὐτόν τε καὶ τὸ ἄγαλμα καὶ τὴν ὀροφὴν πᾶσαν εἰς τέφραν ἐποίει. Ἐν ἀκαρεῖ δὲ πάντα ἦσαν γυμνὰ, οἵ τε τοῖχοι καὶ οἱ περίβολοι καὶ οἱ πρὸ τῶν πυλῶν κίονες, καὶ ὁ ὀπισθόδομος. Καὶ Χριστιανοῖς μὲν ἐδόκει τὸ πῦρ τῷ δαίμονι προσβαλεῖν αἰτησαμένου τοῦ μάρτυρος· Ἕλληνες δὲ τὸ ἔργον Χριστιανοῖς ἐνετίθουν. Ἐκ δὴ ταύτης τῆς αἰτίας ὁ τοῦ νεὼ ἱερεὺς εἰς ἐξέτασιν ἦγετο καταμηνύσων τὸν τολμητήν. Καὶ δὴ πολλὰς ὑποστὰς βασάνους, καὶ ἐν δεσμοῖς γεγονὼς, ἥκιστά τινα εἶχε καταμηνύειν. Ὃ δὴ Χριστιανοὺς ἐπὶ μέγα ἦρε· μὴ κατ' ἀνθρωπίνην ἐπιβουλὴν, θείᾳ δὲ μήνιδι τὸ πῦρ τῷ νεῷ κατασχῆναι. Καὶ τὰ μὲν ὧδε εἶχεν· ἐκ δὲ τῶν συμβάντων τῷ τῆς Δάφνης νεῷ, ὥς γε εἰκάζειν ἔστι, διὰ Βαβύλαν τὸν μάρτυρα, μαθὼν Ἰουλιανὸς καὶ ἄλλους οἴκους εἶναι μάρτυσιν ἀνειμένους, ἄγχιστα τοῦ Διδυμαίου Ἀπόλλωνος, ὃς πρὸ τῆς Μιλήτου ἐστὶ, τοῖς

Καρίαν ἔγραφεν ἡγεμόσιν· εἰ μὴ τράπεζαν

D Hæc de admirando isto Theodoro. Atque ob eam quæ dicta est causam, Babylas martyr in Daphnen translatus, atque inde rursus deportatus. Brevi vero post repentinum incendium in Daphnæi Apollinis templum incidit, quo id cum tecto omni et ipsó dei simulacro conflagravit: et quasi temporis momento protinus nuda omnia apparuere, muri scilicet ipsi cum lorica sua, et columnæ quæ propylæum et posticum templi sacrarium sustinuerant. Christiani incendium id dæmoni, martyre petente, accidisse putarunt; Græci ad Christianos auctores retulere. Ea certe quidem de causa templi sacerdos tormentis subditus est, ut incendiarium indicaret: sed cruciatibus multis toleratis in vinculis, indicare neminem potuit. Quæ res Christianis magnæ laudi fuit. Et homines plerique non mortalis cujusquam insidiis, sed divina vindicta templum id conflagrasse, igne cœlitus demisso, existimarunt. Hæc sic se habuere. Cæterum cum satis colligere ex eo quod factum erat, liceret, cladem eam templo in Daphne propter martyrem Babylam accidisse,

66 ubi Julianus, quem id non latebat, alias etiam A divis martyribus sacras ædes constructas esse, prope Apollinem Didymæum sive gemellum, qui ante Miletum est, cognovit : præfectis provinciæ Cariæ scripsit, ut quæ templa ædificium altius, et tectum, atque etiam sacram mensam haberent, in ea ignem injicerent : quæ vero dimidia ex parte absoluta essent, funditus everterent.

CAPUT XXIX.

De fraude Græcorum oraculorum. Commemoratio eorum quæ per vindictam divinam passi sunt, qui sacra Christianorum et res divinas contumelia affecerunt.

Sed enim quibus rebus Julianus et Græci deorum potestatem adaugere atque ostentare studuerunt, ex eis illorum imbecillitas atque seductio, divina adjuvante providentia, deprehensa sese exhibuit. Nam quæcunque ab oraculis edita sunt responsa, pene omnia aperte falsa esse, et eventui minus respondentia, cognita sunt. Excercitum quippe adversus Persas ducturus, Delphos et Dodonen (1), qui vates ibi consulerent, misit. Et illi non solum bellum, verum etiam victoriam promiserunt. Tantum vero a veritate ipsa aberrarunt, quantum postea rerum exitus ostendit. Porro ex responsis eis unum, ad mendacium redarguendum, hoc loco apponere libuit :

Nunc di deæque omnes consurgite : sumite bellum,
Atque fera certum de flumine ferte tropæum,
Dux ego vester ero Mars sævus belligerator.

Ferum fluvium Tigrim nominavit, qui cognominem sibi animantem habet. Ejusmodi oraculis deceptus miser, victoriam somniavit : et tandem confirmatus, se ad Persicum bellum armavit. Alias tum quoque, cum oracula simul et seorsim omnia respondissent, imperatoris avunculum Julianum ægrum moriturum non esse : dum responsa ipsa legeret, ærumnose et miserabiliter is vitam finiit. Multi enim qui in Christianos et veram pietatem furore suo debacchati fuerant, justas dedere pœnas : manifestissime autem omnium cum eis etiam Julianus, illustri dignitate præditus, qui tum universo Orienti cum imperio præfuit, desertoris ipsius (sicuti diximus) avunculus. **67** Præterea Felix, imperialium thesaurorum curator, et Elpidius imperatoriæ domus præfectus (comitem rerum privatarum Latina lingua vocat). Tres hi gratiosi maxime apud imperatorem erant : cui ut gratificarentur, posteriores duo veram pietatem abjuraverant. Julianus, incendii Daphnæi templi et simulacri causam inquirens, Christianos id deorum odio excitasse suspicatus, tametsi a vicinis agricolis de cœlo fulmine eam ædem tactam esse cognovit, non temperavit sibi tamen, quin adversus universarum rerum Deum arma sumeret. Itaque sacra vasa longe pretiosissima Ecclesiæ Magnæ, quam Constantinus magnus construxerat, in fiscum imperatoris inferri mandavit, et foribus templi, quod tum Ariani habebant, clausis, ne quis eo ingrederetur, curavit. Cum Juliano Felix

(1) Theodoret. addit Delam, lib. III, cap. 21.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Περὶ τῆς ἀπάτης τῶν Ἑλληνικῶν χρηστηρίων· καὶ ἀπαρίθμησις τῶν κατὰ θεομηνίαν πεπονθότων, ἅτε δὴ περὶ τὰ θεῖα ἐξυβρισάντων.

Ἐξ ὧν γὰρ ἐσπούδαζεν Ἰουλιανὸς καὶ Ἕλληνες κιχρᾶν τὰ δαιμόνια, ἐκ τούτων μᾶλλον τὸ ἀσθενὲς καὶ πεπλανημένον τῆς θείας συνελαυνούσης προνοίας ἠλέγχετο. Ψευδεῖς γὰρ καὶ ἀτέλεστοι σχεδὸν πάντες οἱ ἐκ τῶν χρηστηρίων χρησμοὶ κατά γε τὸ προφανὲς ἐγνωρίζοντο. Στρατεύειν γὰρ ἐπὶ Πέρσας μέλλων, εἰς Δελφοὺς καὶ Δωδώνην πέμψας, ἐπηρώτα τοὺς μάντεις. Οἱ δ' οὐ μόνον στρατεύειν, ἀλλὰ καὶ νικᾶν ἐπηγγέλλοντο. Τόσον δὲ τῆς ἀληθείας ἐστόχουν, ὅσον ἔδειξε τὰ ἐς ὕστερον. Ἐγὼ δὲ καὶ ἕνα τῶν χρησμῶν τοῦ ψεύδους τῷ παρόντι ἐνθήσω συγγράμματι· « *Νῦν πάντες ὁρμήθημεν θεοί, νίκης τρόπαια κομίσασθαι παρὰ θηρὶ ποταμῷ. Ἐγὼ δ' ἡγεμονεύσω θοῦρος πολεμόκλονος Ἄρης.* Θῆρα οὖν ποταμὸν τὸν Τίγριν ὠνόμασαν, ἐπειδήπερ ἔστιν αὐτῷ θηρίον ὁμώνυμον. Ὑπὸ δὴ τούτων ὁ ζηλωτὸς βουκολούμενος τῶν χρησμῶν, τὴν νίκην ὠνειροπόλει· καὶ βεβαιωθείς, εἰς τὸν κατὰ Περσῶν ὡπλίζετο πόλεμον. Ἄλλοτε δὲ θεσπισάντων ἅμα πάντων καθ' ἕκαστον τῶν μαντείων σχεδόν, ὡς ὁ τοῦ βασιλέως θεῖος τὰ ἐκ μητρὸς Ἰουλιανὸς νοσῶν οὐ τεθνήξεται, ἐν αὐταῖς ταῖς τῶν χρησμῶν ἀναγνώσεσιν οἰκτρῶς ἐκεῖνος καὶ ἐλεεινῶς τὸν βίον κατέστρεψε. Καὶ γὰρ πολλοὶ τῶν εἰς Χριστιανοὺς καὶ τὴν εὐσέβειαν ἐκμανέντων δίκας ἔτισαν οὐ μεμπτάς· εἰς τὸ προφανέστατον δὲ καὶ ὁ ἐπιφανὴς Ἰουλιανός, ὁ τηνικαῦτα τῆς Ἑῴας πάσης ἄρχων, θεῖος ὤν, ὥς γε εἴρηται, κατὰ τὸ μητρῷον γένος τοῦ ἀποστάτου. Πρὸς δὲ καὶ Φῆλιξ ὁ τοὺς βασιλικοὺς θησαυροὺς ἐπιτετραμμένος· καὶ Ἐλπίδιος ὁ τηνικαῦτα τῆς βασιλικῆς οἰκίας πρεστηκώς (κόμητας δὲ τῶν πριβάτων τούτους ἡ Ῥωμαίων γλῶττα καλεῖ). Οὗτοι δὲ οἱ τρεῖς τῶν τῷ βασιλεῖ κεχαρισμένων μάλιστα ὄντες, κἀκείνῳ δὲ χαριζόμενοι, τὴν εὐσέβειαν ἐξηρνήσαντο. Ἰουλιανὸς γὰρ τὸν κατὰ τοῦ ἀγάλματος τῆς Δάφνης ἐμπρησμὸν ἐρευνώμενος, μήπου τις τῶν Χριστιανῶν μίσει τῷ τῶν θεῶν τὸ πῦρ ἔβαλεν· ἐπειδὴ παρὰ τῶν πλησιοχώρων ἀγροίκων ἀνέμαθεν οὐρανόθεν τὸν πρηστῆρα φερόμενον τεθεᾶσθαι, ὅμως οὐ καθυφῆκε μὴ κατὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ὁπλίζεσθαι. Καὶ δὴ προστάττει τὰ ἱερὰ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας σκεύη, οὐδενὸς εἰς πολυτέλειαν ἐνδεᾶ (ἦν Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐδείματο), τοῖς βασιλικοῖς ταμείοις ἀποδοθῆναι· πρὸς δὲ καὶ τὰς θύρας ταύτης τοῖς Ἀρείου θιασώταις ἐδίδου. Καὶ τῷ μὲν Ἰουλιανῷ Φῆλιξ καὶ Ἐλπίδιος τῷ νεῷ συνεισῆλθον, τῶν βασιλικῶν χρημάτων ὄντες ταμίαι, ὁ μὲν τῶν δημοσίων, ὁ δὲ τῶν ἰδίᾳ τοῦ βασι-

turpiter vitam finiit, sacer et detestandus ab omnibus judicatus. Præter hos alius quidam cum reliquis in ecclesiam, quam, donaria et res alias pretiosas prædonum more auferentes, eumque qui sacra vasa curabat, contumeliis afficientes, vastarunt atque diripuerunt, ingressus : super reliquas indignitates, veste subducta, sacrificii aram petulantissime comminxit. Verum illico pergraves et acres tanti flagitii tulit pœnas. Per quæ enim peccaverat, ad interiora usque viscera putredine consumptis membris, incredibilis inde vermium vis prognata, miserandum in modum, ut dicere calamitatem eam pudeat, miserum exstinxit. Sed et Heronem illum Thebis Ægyptiis ortum, qui episcopus creatus, casu quodam ad Græcam superstitionem defecerat, **69** subito putrida invasit ægritudo, quæ totum illius corpus depasta, abominationem eum omnibus reddidit. Quapropter rebus omnibus desperatis, in viam est projectus, nullam prorsus a quopiam miserationem consecutus. Christiani namque perinde atque piaculum omnibus modis eum sunt aversati : Græci autem hactenus tantum eum, quod se errori et fraudi eorum subjecisset, agnoverunt. Et Heron quidem acerbissime et miserrime ita vita excessit. Alius autem, Theotecnus scilicet quidam, et ipse a nostra ad Græcam religionem prolapsus, carne ejus omni putrida carie consumpta, vermium materia factus est : et oculis illorum morsibus amissis, moriens per insaniam quæ eum corripuit, sua sibi dentibus conscissa atque devorata lingua, e gravibus tormentis ad longe deteriores majoresque cruciatus migravit. Sed et alii insuper talia quoque ausi, condigna sceleribus suis tulere supplicia. Ejuscemodi multa eo tempore divinum Numen exhibuit miracula, commeritas justasque ab eis qui impudenter et aperte veram pietatem oppugnarunt, pœnas exigens. De quibus hactenus.

ἀπάρατος πᾶσι γενόμενος. Καὶ ἄλλος δέ τις τοῖς εἰρημένοις, τῇ ἐκκλησίᾳ συνεισελθών, ἣν ἐπόρθουν καὶ ἀπεσύλων, τά τε θεῖα κειμήλια καὶ ἀναθήματα λαφυραγωγοῦντες, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς θεραπευόμενον ἐξυβρίζοντες. Οὗτος δὲ πρὸς ταῖς λοιπαῖς ἀτοπίαις τὴν ἐσθῆτα ἀναπυράμενος, τῷ θυσιαστηρίῳ ἐναισχύνων οὖρον ἐξέκρινε· καὶ παραυτίκα, ποινὴν χαλεπὴν καὶ ὀξεῖαν εἰσπράττεται· δι' ὧν γὰρ ὕβριζε μορίων, ταῦτα μέχρι καὶ τῶν ἐντέρων διασαπεὶς, καὶ σκωλήκων ἀδιήγητον χρῆμα τεκνώσας, οἰκτρῶς ἔφυγε καὶ οὐδ' ἀφηγήσεως ἀξίως καταστρέφει τὸν βίον. Ναὶ μὴν καὶ Ἥρων ἐκεῖνος ἐκ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων ὁρμώμενος, καὶ εἰς ἐπισκόπους τελέσας, πρὸς Ἑλληνισμὸν ἔκ τινος συμβάματος μετεβλήθη· ὃν παραχρῆμα νόσος σηπεδονώδης ἐπέλαβε, καὶ πᾶν αὐτοῦ καταβοσκηθεῖσα τὸ σῶμα, βδέλυγμα πᾶσιν ὑπέδειξεν. Ὁ δὲ πανταχόθεν ἀπορηθεὶς ἐν ταῖς ἀμφόδοις διέρριπτο· μηδ' ὁντινοῦν μηδαμόθεν ἔλκων ἔλεον· τῶν μὲν Χριστιανῶν παντάπασιν ὡς ἄγος ἐκτρεπομένων αὐτόν· τῶν δ' Ἑλλήνων μέχρι τοῦ καθυποβαλεῖν αὐτὸν τῇ πλάνῃ μόνον διεγνωκότων. Καὶ ὁ μὲν Ἥρων πικρῶς οὕτω καὶ παναθλίως τῆς ζωῆς ἀπαλλάσσεται. Καὶ ἄλλος δέ τις Θεότεκνος ὄνομα, ἀποῤῥυεὶς πρὸς Ἑλληνισμὸν, πᾶσαν ἀθρόως τὴν σάρκα διασαπεὶς, καὶ σκώληξιν ὕλη γενόμενος, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπ' αὐτῶν γ' ἐκείνων ἐξορυχθείς, τελευτῶν εἰς μανίαν ἐτράπη· καὶ τὴν σφετέραν γλῶσσαν καταφαγὼν, ἐκ πικρῶν βασάνων εἰς πολὺ χαλεπώτερα κολαστήρια παρεπέμφθη· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἕτεροι παραπλήσια τετολμηκότες, ἐγαμίλλους καὶ τὰς τιμωρίας ἐξέτισαν. Τοιαῦτα δὲ πολλὰ τὸ τηνικάδε καὶ τὸ θεῖον ἐτερατούργει, ἀντιῤῥόπους τὰς ποινὰς παρὰ τῶν ἀναιδῶν κατὰ τῆς εὐσεβείας χωρούντων σαφῶς εἰσπραττόμενον. Καὶ τὰ μὲν τῶν ἀσεβῶν τοιαῦτα.

CAPUT XXX.

De statua Christi, quam in Paneade Phœniciæ mulier illa quæ fluxu sanguinis laborabat, erexit.

Ego porro aliud quoque insigne miraculum, potentiam Christi exhibens, et vindictæ divinæ adversus impios indicium non minimum ostendens, vi temporum obrui non patiar. Phœniciæ urbs est, quæ antiquissimum nomen habuit Dan, appellatione ea ab ipso Dan, ex patriarchæ Jacobi filiis uno, accepta, qui tribus et gentis ejus locum eum tum incolentis princeps et auctor fuit. Longo deinde tempore post Herodis filius Philippus Cæsari gratificatus, de suo atque illius nomine urbem magnifice ornatam ædificiis, Philippi Cæsaream cognominavit. Græci autem propterea quod in ea Dei Panis statuam collocaverint, Paneadem vocarunt. **70** In hac ipsa urbe fons quidam est : ad hunc mulier (1) illa quæ sanguinis fluxu laboraverat, præclaram ex ære Christo

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Περὶ τοῦ ἐν Πανεάδι τῆς Φοινίκης ἀγάλματος τοῦ Χριστοῦ, ὃ ἡ αἱμόῤῥους ἀνέδυσεν.

Ἐγὼ δὲ καὶ ἕτερον οὐ σμικρὸν σημεῖον τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως ἐπαγόμενον, τῆς δὲ κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς θεομηνίας τεκμήριον οὐκ ἐλάχιστον ὑπεμφαῖνον οὐκ ἀνήσω συγκαλύψαι τὸν χρόνον. Φοίνισσα πόλις ἐστὶν, ἣ παλαίτατον μὲν ὄνομα εἶχε Δάν, ἐλκυσαμένη τὴν προσηγορίαν ἀπὸ Δάν, ἑνὸς τῶν παίδων τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ, ὃς φύλαρχος κατέστη τῶν τηνικάδε κατοικούντων τὸν τόπον. Μετὰ δὲ τοῦτο χρόνῳ πολλῷ ὕστερον, ὁ τοῦ Ἡρώδου υἱὸς Φίλιππος Καίσαρι χαριζόμενος, εἰς ἀμφοτέρων τὰς κλήσεις ἀνίστα τὴν πόλιν, καὶ ἐπὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς ᾠκοδόμει· καὶ Φιλίππου Καισάρεια ἐκαλεῖτο. Τῶν δ' Ἑλληνιστῶν τὸ τοῦ Πανὸς ξόανον ἐν ταύτῃ καθιδρυσάντων Πανεὰς ὠνομάσθη. Ἐν οὖν τῇ Πανεάδι ταύτῃ πηγή τίς ἐστιν ἔνδον τῆς πόλεως. Παρὰ ταύτῃ δὴ τῇ πηγῇ αἱμόῤῥους ἐκείνη ἐπίσημόν τι ἄγαλμα χαλκοῦ

(1) Supra lib. VI, cap. 15.

πεποιημένον ἀνίστη Χριστῷ, ἀμειβομένη τὸν εὐεργέτην τῆ τοῦ πάθους ἀπαλλαγῆ· χάριν δὲ πλείστην τερπνότητος τοῖς ἐκεῖσε φοιτῶσι παρεῖχε θεώμενον. Τῆς δ' εἰκόνος ταύτης κατὰ τοὺς πόδας βοτάνη τις ἀνεφύετο νοσημάτων παντοίων, μάλιστα δὲ τῆς φθινάδος νόσου ἀλεξιφάρμακον. Ἀμήχανον δ' ἦν τοῖς θεραπευομένοις τὸ αἴτιον, περὶ πλείστου ποιουμένοις τὴν ζήτησιν. Ἐλελήθει γὰρ τῷ χρόνῳ, καὶ οὔτινος ἔφερε τὴν μορφήν, καὶ ἡ πρᾶξις δι' ἣν ἀνεστήλωτο. Τῷ γὰρ ὑπαίθρου καὶ γυμνὸν ἑστάναι στέγης τὸ θεῖον ἄγαλμα, οὐκ ἐλάχιστον καὶ τοῦ σώματος συνεχώσθη. Καὶ γὰρ ὄμβροι γῆν ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων χώρων ἐπισυρόμενοι ἀεὶ προσετίθουν· ὑφ' ἧς ἡ τῶν ἕκαστα δηλούντων ἐγγραμμάτων γνῶσις ἄδηλος ἦν. Ζητήσεως οὖν ποτε πολλῆς γενομένης περὶ τῆς χάριτος τῆς φυομένης ἐκεῖθεν, τὸ μὲν συγκεχωσμένον ἀνώρυκτο· τὰ δὲ γράμματα τὸ τῆς ἱστορίας ἄψευδὲς κατεμήνυον, καὶ τοῦ λοιποῦ ἡ μὲν πόα οὐκέτι μετ' ἐκεῖνον ὤφθη τὸν χρόνον, οὔτε ἐκεῖ, οὔτ' ἀλλαχοῦ. Τοῦτον δὲ τὸν τοῦ Χριστοῦ ἀνδριάντα καθελὼν Ἰουλιανὸς, τὸν ἑαυτοῦ τῷ κίονι ἀνθίστη. Πῦρ δ' ἐξαπίνης οὐρανόθεν ἐπεισπεσὸν βίαιον, τέμνει κατὰ τὸ στῆθος τὸ ἄγαλμα· καὶ τὴν κεφαλὴν σύναμα τῷ σύχνῳ ἀπέβαλον, καθὸ καὶ τὸ διερρώγὸς τῷ στέρνῳ ἐγένετο, ἐπὶ πρόσωπον πήγνυσι· καὶ εἰς πολὺ τοῦ χρόνου διέμεινε, τὴν κεραυνίαν αἰθάλην ἐναργῶς στηλιτεῦον τοῦτο τὸ ἄγαλμα. Τόν γε μὴν ἀνδριάντα Χριστοῦ μεταστησάμενοι τηνικαῦτα Χριστιανοὶ, ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας διακονικῷ ἔθεντο, τὰ πρέποντα θεραπεύοντες, στάσει τε σεμνοτέρᾳ τιμῶντες· καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς τῷ χώρῳ φοιτᾷν· θεώμενοί τε τὸ εἶδος, καὶ τὸν περὶ τὸ ἀρχέτυπον πόθον ἐπιδεικνύμενοι. Τοῖς δὲ τοῦ δυσσεβοῦς τούτου χρόνοις, τὸ περὶ τὴν Πανεάδα Ἑλληνικὸν ἀναφλεγέντες, τῆς στάσεως ἀνασπασάμενοι, καὶ τῶν ποδῶν ἐκδησάμενοι, διὰ μέσης ἦγον τῆς λεωφόρου, πᾶν εἶδος ἀσεβείας διαπραττόμενοι. Τὸ μὲν οὖν ἄλλο σῶμα εἰς μέρος διέσπασαν· τὴν δὲ κεφαλὴν τῷ σύρεσθαι τῆς ὁλομελείας διαζυγεῖσαν, τῶν τινες τοῖς ὁρωμένοις ὡς εἰκὸς ἐπαλγούντων, λεληθότως τε ἀνελάβοντο, καὶ ὥς γε ἦν αὐτοῖς δυνατὸν, διεσώσαντο. Ὡσαύτως δὲ καὶ τἆλλα τοῦ σώματος συλλεξάμενοι, τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνέθεντο. Τὸ δὲ φυόμενον τῆς βοτάνης ἐκεῖνο εἶδος οὐδενὶ τῶν ἰατρῶν ἢ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐμπείρων ὅῆλον κατέστη. Καί μοι δοκεῖ μηδὲν εἶναι θαῦμα καὶ ξένας εἶναι τὰς εὐεργεσίας ἀνθρώποις, ξενοτρόπως Θεοῦ τούτοις ἡρημένου ἐπιδημεῖν· ὅτι γε καὶ ἄλλα πλεῖστα παράδοξα κατὰ χώρας καὶ κώμας μόνοις τοῖς ἐπιχωρίοις ὡς εἰκὸς ἔγνωσται τῇ ἐξ ἀρχαίου παραδόσει διεγνωσμένα. Ὅτι δ' ἀληθὲς τὸ λεγόμενον, ἐγγὺς ὁ λόγος δηλοῦν.

A erexit statuam, aliquam saltem benefactori suo ob depulsum sibi gravem morbum, officio eo gratiam rependens. Statua ipsa spectantibus plurimum præbuit gratiæ et amœnitatis. Ad hujus pedes herba enata est, præsentissimum ægritudinum omnium, potissimum vero tabidi morbi remedium. Et cum qui ea curabantur, summa diligentia causam tantæ efficaciæ inquirerent, invenire tamen eam omnino non potuere. Temporis enim diuturnitate et oblivione intercideral, cujusnam ea statua formam referret, et cujus rei gratia ibi esset collocata. Quod namque divinum simulacrum sub dio astaret, non parum corpus ejus etiam est immutatum, et imbres ex locis superioribus limum secum trahentes, statuæ ipsi aggesserant : B quam ob causam cognitio ea, quæ ex litteris omnia indicantibus provenit, incerta reddita. Cæterum cum cura et diligentia majore promanans inde gratia investigaretur, terra illa effossa, litteræ tum demum apparentes, rem ipsam certo indicarunt. Et deinceps herba ea, ab eo tempore, neque eo ipso neque alio loco est conspecta. Sed enim Christi statua Julianus dejecta, suam ipso in locum ejus in columna constituit. Et ecce derepente ignis e cœlo vehemens dejectus, simulacrum illius circa pectus discidit : caputque una cum collo dejectum, et a pectore abruptum in faciem prostravit. Atque id longo postea tempore sic duravit, fuliginem eam fulminis aperte, veluti per inscriptionem columnæ incisam, testificans. Statuam autem Christi Christiani tum in Diaconicum ecclesiæ transtulerunt, et honoratiore loco positam, cultu convenienti prosecuti sunt. Locum namque eum libenter frequentantes, et imaginem ipsam inspectantes, desiderium suum et amorem erga statuæ ipsius archetypum primariumque exemplar declararunt. Impii porro imperatoris istius temporibus, qui Paneade fuere, Græcæ superstitionis sectatores, concitati, statuam eam, sicuti dixi, loco suo motam, funibus ad pedes vinctis, per mediam traxere viam, omnique impietatis genere contumeliosissime affecere. **71** Ita illi reliquum imaginis corpus comminuerunt, et caput a membris suis divulsum distraxerunt. D Quod sane nonnulli, qui flagitio tanto, ita ut par erat, indoluere, clam sublatum, sicuti potuerunt, conservarunt : itidemque et alias corporis partes collectas in ecclesia reposuerunt. Herbæ, quam ibi enatam diximus, species nulli vel medicorum, vel aliorum peritiam talium rerum consectantium cognita fuit. Mihi vero minime mirandum videtur, nova hominibus exhiberi beneficia, novo subinde modo Deo ipso eos invisente. Nam alia quoque plurima miracula, quæ in certis vicis ac regionibus sunt, solis incolis, sicuti consentaneum est, ex vetusta majorum traditione nota esse, quæ sequitur narratio verissime declarat.

φεν, ὑπέρ τε αὐτοῦ καὶ τῆς ἀρχῆς εὐχὰς πράττειν. A
Τοῦτο δ' ὡς εἰκάζειν ἔποιε, οὐ τὴν θρησκείαν γεραί-
ρων· οὐ γὰρ ἦν ἀμαθής, ὡς μήτηρ αὐτὴ σχεδὸν τοῦ
Χριστιανῶν δόγματος· καὶ οὓς ἐκείνη πατριάρχας τε
καὶ προφήτας αὐχεῖ, τούτους δὴ καὶ ἡμεῖς· ἀλλ'
ἀκριβῶς ᾔδει τὸ πρὸς ἡμᾶς ἄσπονδον Ἰουδαίων μῖ-
σος. Ἡμῖν οὖν ἀπεχθανόμενος διὰ τῆς ἐκείνων θερα-
πείας λυπεῖν ὡς μάλα ἐμηχανᾶτο· ἄλλως τε καὶ τάχος
ὅσον ἀπαχθῆναι αὐτοὺς πρὸς τὰς Ἑλληνικὰς θυ-
σίας ἑτοίμους κατελογίζετο, ἐν ῥητοῖς μόνους ἐκδε-
χομένους βίβλους τὰς ἱεράς. Καὶ μὴ πρὸς τὸ βάθος
τῆς θεωρίας ὁρῶντας, ὥσπερ Χριστιανοὶ καὶ αὐτῶν
Ἑβραίων οἱ διαβεβηκότες τε καὶ σοφώτεροι. Χείρων
τοίνυν τοῖς αἵμασι καὶ τῷ δεισιδαιμονεῖν, εἰ μή καὶ
ἄλλους ἐφελκύσειε, ζημίαν ἡγεῖτο· καὶ κατ' ἄλλον
δὲ τὸν τρόπον τοὺς Σωτῆρος χρησμοὺς, οἳ τὴν Ἱε- B
ρουσαλὴμ ἀνατετρέφθαι λέγουσιν, ὥστε μηδὲ λίθον
ἐπὶ λίθῳ μεῖναι, τούτους ἅτε ψευδεῖς ὁ μάταιος
ἐλέγχειν διανοηθείς, τοῦτ' ἔπραττε· καίτοι γε τόσον
οὐδὲν ἤνυσεν οἷς ἔσπευδεν, ὥστε καὶ ἄχων ἐβεβίλωσε
τὸ ἐν αὐτοῖς ἀμετάπτωτον· καὶ ἡ καταισχύνειν δο-
κοῦσα τύλμα, καὶ τὰ δεσποτικὰ λόγια ἐκφαυλίζειν,
τὸ ἀκαταίσχυντον μᾶλλον ἐκείνων τε καὶ σεβασμιώ-
τατον λέλῃθεν ἑαυτὴν ἀναχηρύττουσα. Ὁ γὰρ Ῥω-
μαίων βασιλεὺς ἐκεῖνος Ἀδριανὸς, ὃς καὶ Αἴλιος, ἐκα-
λεῖτο, τὰ Ἱεροσόλυμα εἰς τέλος κατενεγκών, ὡς ἂν
παντάπασι τὸ Ἰουδαίων ἔθνος αὐτῆς ἀπιστήσῃ καὶ
παντελῶς ἀπορρήξῃ· ἵνα μηδὲ μνήμη τις τοῦ πάλαι
ὀνόματος αὐτοῖς καταλείποιτο, καὶ μηδ' ἐκ τῆς κλή-
σεως ὡς πατρίδος αὐτῆς ἀντιποιεῖσθαι πρόφασιν C
ἔχωσι, μεταπάττων ὡς οἷόν τε τὴν κλῆσιν, Αἰλίαν
ἐξ ἑαυτοῦ κατωνόμαζε, τοῖς Δεσποτικοῖς χρησμοῖς τὸ
ὀδιάψευστον μαρτυρῶν, εἰ καὶ ἄκων ἠλαύνετο. Καὶ
γάρ πως ἐδεδίει τὸ θερμουργὸν αὐτῶν εἰδέναι καὶ
βιψοκίνδυνον, μὴ κατὰ πρόφασιν τῆς ἐν τῇ πόλει
νενομισμένης λατρείας ἀγειρόμενοι πράγματα Ῥω-
μαίοις παρέξωσιν. Ἰουλιανὸς δὲ τὴν καθ' ἡμῶν ὕβριν
αὖξων, τοὺς τοῦ ἔθνους ἀρχηγοὺς τῶν πατρίων ἐθῶν
ἀνεμίμνησκεν· καὶ ὅτου χάριν μὴ κατὰ τοὺς τοῦ
Μωσέως νόμους ζῷεν αἱροῖντο ἠρεύνα. Τῶν δὲ λεγό-
ντων ἀπώμοτον εἶναι μὴ ἀλλοθί που τὰ πάτρια τελεῖν
δύνασθαι, ἐκπεπτωκότας τῆς μητροπόλεως, χρήματα
δοὺς αὐτοῖς ὅσον τάχος τὸν Σολομῶντος ἐγείρειν νεὼν
προὐτρέπετο, ἐπίσης τε τοῖς προγόνοις θρησκεύειν τὸν
παλαιὸν τρόπον θύοντας. D

corum populum, ut pro se et imperio suo precaretur, scripsit. Atque id eum fecisse conjectura est, non quod religionem eorum colendam duceret (non enim ignorabat, veluti parentem eam esse Christiani dogmatis : et quos illa jactat patriarchas et prophetas, de eisdem nos quoque gloriari) : sed probe ei implacabile Judæorum erga nos odium perspectum fuit. Itaque nobis iratus, per suum in illos studium et curam ægre nobis facere est conatus. Præterea vero promptos paratosque eos esse arbitratus est, ut primo quoque tempore ad Græca sacrificia adducerentur, qui verba tantum et litteram sacrorum Librorum reciperent, **73** neque per contemplationem ad occultiorem eorum sensum respicerent, sicuti Christiani, atque etiam inter Hebræos sapientiores et præstantiores faciunt. Et sanguine vanaque superstitione ipse gaudens, nisi alios quoque in idem pertraheret malum, pro detrimento ingenti habuit. Insuper et alia quadam de causa Servatoris oracula, quæ Hierosolymis talem denuntiant eversionem, ut ne lapis quidem super lapide mansurus esset, vanissimus ille mendacii arguere volens, id fecit. Tantum vero abest ut aliquid studio suo effecerit, ut invitus etiam certitudinem et immutabilitatem eorum magis confirmarit. Atque audacia ejus, quæ sibi probro affectura videbatur Dominica responsa, eaque prorsus abolitura, non sensit ipsa se, reverentiam illorum, in quæ opprobrium aliquod cadere nequeat, deprædicare. Romanorum enim imperator ille Adrianus, qui et Ælius est dictus, et Hierosolyma evertit, ut Judæorum gentem prorsus ab ea urbe dimoveret atque dispelleret, et ne memoria quidem eis veteris nominis relinqueretur, neque ipsi ex appellatione causam aut occasionem recuperandæ patriæ haberent, nomine (sicut potuit) mutato, Æliam a seipso vocavit : ea ipsa re, quamvis invitus et imprudens, veritatem Domini nostri oraculis attestatus. Veritus namque fuerat calida præcipitaque et periculum temere aggredientia Judæorum ingenia, ne per prætextum divini cultus, qui lege lata in urbe ea peragi deberet, exercitu coacto negotium Romanis exhiberent. Julianus porro contumelias in nos suas adaugens, gentis ejus primarios viros patriorum morum admonuit, et quamnam ob causam non juxta Mosæ leges viverent, interrogavit. Atque illi ubi dixerunt, omnibus modis cavendum sibi esse ceu rem abjuratam, ne alibi quam Hierosolymis, qua urbe prorsus excidissent, sacra patria peragerent, data illis pecunia, ut quam possent celerrime Solomonis restaurarent templum, eos est cohortatus, ut ad exemplum majorum suorum veteri more sacrificarent, et rem divinam facerent.

Καὶ ὁ μὲν οὕτως· οἱ δὲ οὖ ἔκπαλαι ἐπεθύμουν
διαγραφέντες καιροῦ, σπουδῇ πάσῃ τοῦ ἔργου ἥπτοντο·
ὠφέλειν οἷον Χριστιανοῖς ἐνορῶντες, καὶ κατ' αὐτῶν
ἐπαιρόμενοι, ἠπείλουν πράττειν τὰ πάνδεινα, καὶ
τοσαῦτα ὅσα δὴ αὐτοὶ πρὸς Ῥωμαίων πάλαι πεπόν-
θασι· μηδ' εἰς νοῦν οἱ δίδυμοι θέμενοι, ὡς οὐκ ἦν
ἐγχωρούν τοῦτ' εἰς πέρας ἐλθεῖν διαῤῥήδην τῶν ἐκ
παλαιοῦ τοῖς προφήταις χρησμῶν τοῦτ' ἀπαγορευ-

Sic quidem ille. Judæi vero opportunum tandem tempus ejus rei, quam dudum desideraverant, conficiendæ nacti, studio omni in id opus incubuere. Et jam aspectu Christianos territantes, seque supra illos extollentes, clades omnes, et quascunque ipsi a Romanis olim perpessi fuerant ærumnas, se nobis illaturos esse sunt minati. **74** Sed miseris illis in mentem non venit, perfici eam rem minime

posse, quam verbis disertis veterum prophetarum oracula denegent et abnuant. Cæterum cum tanto studio ad id opus ferrentur, quicunque in arte ædificiorum condendorum celebres essent congregatis, materiam ad structuram omnem compararunt, locumque ipsum splendide repurgarunt : et sumptis ex publico impensis, argenteos etiam fieri curarunt ligones. Tanto vero in opere tali ardore fuere, et alacritate tanta elaborarunt, ut ipsæ mulieres in sinu vestibusque suis purgamenta exportarint : et quæcunque eis essent monilia, et mundum muliebrem omnem non gravate in structuram eam impenderint. Et quamvis Græci aliena ab ihis essent voluntate, tamen et ipsi eos in studio et labore eo adjuvarunt, conatum talem ad exitum suum perductum iri arbitrati : quo ipsi quoque falsas esse Christi prædictiones, oraculaque ejus intercidisse jactarent. Atque ubi jam reliquias structuræ veteris ex imis fundamentis effoderunt, et solum ita repurgarunt, ut ne lapis quidem super lapidem, juxta responsum illud, permaneret : et postridie ut primum jacerent fundamentum, ad locum eum venerunt, terræ motum ingentem ortum esse dicunt : et quod vehementi ejus concussione ex ipsis fundamentis lapides ejicerentur non paucos ex Judæis enecatos esse, qui vel ad operis spectaculum venerant, vel structuram ipsam curabant. Publica enim ædificia ipsi templo vicina soluta, atque cum impetu collapsa, eis quos intus oppressere, sepulcrorum loco fuere. Qui autem effugere voluerunt, semineces jacuere. Fuere qui crura et manus et membra alia, pro eo atque clades forte quemque comprehendit, repentino casus impetu mutilata retulerunt. Terræ motus vix conquieverat, et qui reliqui erant, opus rursum aggrediantur, ut simul et quod magnopere cupiebant perficerent, et inevitabilem indignationem, quæ ex necessitate imperialis constitutionis eis imminebat, effugerent. Facile namque natura homines, quibus delectantur studiis et laboribus, tendere semper ad detrimentum solent : qui id unum profuturum existimant, quod sibi efficiendum proposuere, suo ipsorum ad id protracti errore : neque illi utilitatem consilio ante cœptum opus capiendo deprehendere possint : neque periculis involuti, et experientia ipsa de eis admoniti, prudenter se, pro eo atque deberent, explicant : sicuti et Judæis tum accidit.

A

B

C

όντων. Οἱ μὲν οὖν οὕτω σπουδῇ τοῦ ἔργου εἶχοντο· καὶ τοὺς ἐπὶ τέχνῃ λαμπροὺς ἀθρόον ἀθροίσαντες, τὰς πρὸς τοῦτο ὕλας παρεσκευάζοντο· τότε τὸν χῶρον περιφανῶς ἐξεκάθαιρον, ἀργυρίας σκαπάνας ἠύτρεπισμένοι, ἐκ δημοσίων τῆς δαπάνης αὐτοῖς ἀνειμένης. Τοσαύτη δ' ἦν αὐτοῖς ἡ σπουδὴ καὶ προθυμία περὶ τὸ ἔργον οὕτως ἐπόνουν, ὡς καὶ τὰς αὐτῶν γυναῖκας τοῖς σφετέροις κόλποις τε καὶ κροσπέδοις τὸν χοῦν ἐκφορεῖν· ὅσα τε ἦν αὐτοῖς κόσμος καὶ περιδέραια, ἑτοίμως ἔχειν συνεισφέρειν τῇ δαπάνῃ τοῦ ἔργου. Ἕλληνες δὲ καίπερ μὴ εὖνοι ὄντες αὐτοῖς, ὅρως ἐκοινώνουν αὐτοῖς τῆς σπουδῆς, οἰόμενοι πρὸς τέλος ἀγαγεῖν τὸ ἐγχείρημα· ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ, ψευδεῖς τὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ προρρήσεις ἐλέγξωσι καὶ διαπεσεῖν τοὺς χρησμούς. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ λείψανα τῆς ἐν βάθει οἰκοδομίας ἀνέσκαψαν, καὶ τοῦδαφος ἐξεκάθηραν, ὅπως μὴ λίθος ἐπὶ λίθῳ μείνῃ, κατὰ τὴν πρόρρησιν, τῇ ἐπιούσῃ ἐλθόντων ὡς ἂν τὸν πρῶτον θεμέλιον ὑποθήσωσι, σεισμόν φασι μέγαν ἐπιγενέσθαι· τῷ δὲ πολλῷ τῆς γῆς κλόνῳ ἐξ ἐσχάτων κρηπίδων ἀναδοῦῆναι τοὺς λίθους· οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ τῶν Ἰουδαίων διαφθαρῆναι, οἵ τε κατὰ θέαν παρῆσαν τοῦ ἔργου, καὶ οἱ τὰ τῆς οἰκοδομῆς ἐπετρόπευον. Αἱ μὲν γάρ τοι ἱεροῦ ἄγχιστα δημόσιαι οἰκοδομαὶ, αἷς δῆτα κατέλυον ἀθρόον διαῤῥυεῖσαι, οὓς μὲν ἔνδον κατέλαβον διαφθείρασαι, πολυάνδρια ἦσαν, ὅσοι δ' ἐκδραμεῖν ἴσχυσαν, ἡμιθνῆτες ἐγένοντο. Ἦσαν δ' οἱ πεπηρωμένα τὰ σκέλη καὶ τὰς χεῖρας καὶ ἄλλα δῆτα τῶν μελῶν ὡς ἔτυχεν ἕκαστος, ἐδυστύχησαν τῇ ἀθρόᾳ τοῦ συμπτώματος προσβολῇ. Ἐπεὶ δὲ μόλις ἔληγεν ὁ σεισμὸς, οἱ περιλειφθέντες αὖθις ἐπειρῶντο τοῦ ἔργου, ὁμοῦ μὲν τὸ κατὰ νοῦν ἀνῦσαι σπουδάζοντες, ὁμοῦ δὲ καὶ τὸ ἀπαραίτητον ἐξ ἀναγκαίου τοῦ βασιλικοῦ θεσπίσματος εὐλαβούμενοι· ἀταλαιπώρως γὰρ ἡ ἀνθρωπεία φύσις φιλεῖ οἷς καθ' ἡδονὴν πρόκειται πράττειν, πρὸς τὸ ἀσύμφορον (1) ῥέπειν ἀεί· κἀκεῖνο συνοίσον οἴεται, ὃ κατορθῶσαι προίθετο· καί γε τῇ σφετέρᾳ ἀπάτῃ ἑλκομένη, οὔτε τὸ συμφέρον ἐκ προμηθείας θηράσαι δύναται, οὔτε κινδύνων πεπειραμένη σώφρονι λογισμῷ πρὸς τὸ δέον ἐξυποστρέφει· οἷα δὴ καὶ Ἰουδαίοις τηνικαῦτα συμβέβηκε.

75

CAPUT XXXIII.

De igne, qui tum ibidem repente est exortus : et de iis quæ vestimentis hominum figura crucis adhæserunt, signis; et de divino Evangelio in fundamentis invento.

Impedimento namque tanto objecto, satis evidenter considerare erat, indignari instituto operi Deum. At illi denuo admota manu, quæ perficere nequirent, sunt aggressi. Sed enim cum iterum structuram experirentur, ignis ex ipsis fundamentis exsiliens, et alius item de cœlo imminens, plures etiam quam antea consumpsisse fertur. Atque id

D

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

Περὶ τοῦ κατασκήψαντος τότε πυρὸς· καὶ περὶ τῶν ἀναφανέντων τοῖς ἱματίοις σταυρικῶν τύπων· καὶ περὶ τοῦ εὑρεθέντος ἐν τοῖς θεμελίοις θείου Εὐαγγελίου.

Τοῦ γὰρ κωλύματος τούτου ἱκανοῦ γε ὄντος παρίστασθαι ἀριδήλως, ὡς χαλεπαίνει τὸ Θεῖον τοῖς πραττομένοις. Οἱ δὲ καὶ αὖθις χεῖρα ἐπιβαλόντες, ἀνήνυτα ἔσπευδον. Δευτέρᾳ γοῦν πείρᾳ ἐπιχειρούντων, πῦρ ἐκεῖθεν λέγεται τῶν θεμελίων ἀναπηδῆσαι, καὶ ἄλλο δὲ οὐράνιον κατασκῆψαι, καὶ πλείους ἢ πρότερον διαφθεῖραι. Καὶ τοῦτο πᾶσι λέγεται καὶ πιστεύεται,

(1) Πρὸς τὸ συμφέρον, Sez., hoc est, *ad emolumentum*. Sed utrumque verbum, quamvis diversum, recta interpretatione ad eam rem referri potest sententiam.

Porro quod etiam ante istos permulti doctrinæ nostræ veritatem vi oppugnare aggressi sunt, e divinis oraculis quædam pervertentes, quædam autem ad sensum suum detorquentes, non pauci ostenderunt, qui cum illis congressi, cavillationes eorum confutatas in publica monumenta retulerunt. In primis vero doctissimus Origenes, qui longo ante Julianum tempore fuit, quæcunque in sacris Litteris turbas ciere, aut lectores earum perturbare visa sunt, probe distinxit, subjectisque contrariis argumentis, et locis quibusque, ita ut debuit, declaratis, eorum qui eos male et imperite acciperent, nugas longas et sophisticas aggressiones refellit. Indicant hoc, quæ is ad Galatam Marcellum composuit, et quæ ad Porphyrium (2) quem diximus, luculenter rescripsit, 88 libellis de rebus ejuscemodi editis, quibus propter copiam verborum veritatis effecit, ut illi quod contra dicerent, non haberent. Quos libros si non ita cursim Julianus legisset, nunquam ad cavillationes et blasphemias scribendas delapsus esset. Sed enim Juliano studio fuisse, ut scommatibus et dicacitate uteretur, non apud eos qui solidam pietatis veritatem et formam tenent, sed simplices et imperitos homines, ex eo satis constat. Ubi enim e Scripturis, quæcunque hominum more, prout res ferunt, ad captum nostrum, de Deo, et præcipue de Christi œconomia, salutisque nostræ administratione dicta sunt, decerpsit, et ejus generis dicta quædam collegit, deinde hisce verbis infert: « Horum igitur omnium, nisi ratio quæpiam est, arcanam aliquam, ut ego puto, contemplationem habens, multas libri isti de Deo continent blasphemias. » Hæc quidem in tertio suo *Contra Christianos* libro refert: In eo autem libro quem *De Cynicismo* inscripsit, quomodo conveniat sacras fingere fabulas disserens, hæc scribit: « De rebus ejuscemodi veritatem occultari oportet, vult enim natura occultari, et quod de deorum essentia occultum est, nudis verbis in aures impuras, conjici non sustinet. » Ex quibus verbis satis apparet, suspicionem eum obtinere, mysticum quiddam et arcanum sacram tegere Scripturam. Videtur quoque indignari, non

(1) Justinus philosophus et martyr Christi, Socratem et Heraclitum in eodem catalogo sanctorum cum Abraham et Elia recenset, tanquam verbi Dei cultores.

A κότας. Ἀλλ' ὅτι μὲν ὑβρίσται καὶ ἄμφω ἦσαν, οὐ δεῖ μοι πλειόνων· ἀπόχρη γὰρ καὶ ταῦτα εἰς γενναίαν παράστασιν τῆς αὐτοῦ κακομηχάνου ψυχῆς· μαρτυρήσει δέ μοι τοῖς λόγοις μικρὸν ὕστερον καὶ ὁ θαυμαστὸς Γρηγόριος, τὴν φύσιν αὐτοῦ καὶ τὸ ἦθος ἄριστα διαγράψων.

invectus, ut facile existimare liceat, non aliam ob laudem magnam consecuti essent. Verum ambos opus verbis suis mihi admirandus ille Gregorius suffragabitur, qui naturam et mores apostatæ optime depinxit.

Ὅτι δὲ καὶ πρὸ αὐτῶν πολλοὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος διάσασθαι τὴν ἀλήθειαν ἐπεχείρησαν, τινὰ μὲν
B τῶν θείων χρησμῶν παρατρέψαντες, ἄλλα δὲ καὶ πρὸς τὸν ἴδιον σκοπὸν ἑλκαβόμενοι, ἔδειξαν μὲν πολλοὶ εἰς ἀντίρρησιν καταστάντες ἐκείνοις, καὶ στηλιτεύσαντες ἐλέγχῳ τὰ ἐκείνων σοφίσματα. Περὶ δὲ πάντων ὁ τὴν γνῶσιν πολὺς Ὠριγένης, μακρῷ χρόνῳ καὶ πρὸ Ἰουλιανοῦ γεγονώς· τὰ δοκοῦντα ταράττειν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις διευκρινήσας, ἀνθυπενεγκών τε καὶ ὡς χρεὼν σαφηνίσας, τῶν κακῶς καὶ ἀγνωμόνως ταύταις διακειμένων, τὴν μακρὰν ἐρεσχελίαν καὶ τὰς σοφιστικὰς ἐπιχειρήσεις ἐξήλεγξε. Δείκνυσι δὲ ἃ πρός τε τὸν Γαλάτην Μάρκελλον συνέταξε, καὶ ἃ πρὸς τὸν εἰρημένον Πορφύριον γεγραφώς· ἀντέπε· βίβλον ἐφ' ἑκάστῳ τούτων συντετα-
C χώς, καὶ ἀφώνους ἀπελέγχων τῇ τῶν λόγων τῆς ἀληθείας περιουσίᾳ· οἷς εἰ μὴ, ὡς ἔτυχεν, ἐνέτυχεν Ἰουλιανὸς, οὐκ ἂν οὕτω σοφίζεσθαι καὶ βλάσφημα γράφειν ἐξεκυλίετο. Ὅτι δὲ σκῶψαι διὰ σπουδῆς ἔθετο Ἰουλιανὸς, οὐ πρὸς τοὺς τὴν ἀληθῆ μόρφωσιν τῆς εὐσεβείας περικειμένους, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἰδιώτας καὶ ἁπλούστερον διακειμένους, δῆλον ἐκεῖθέν ἐστι. Ὅσα γὰρ τῆς Γραφῆς οἰκονομικῶς ἀνθρωπικώτερον τέτακται, ἑλκαβόμενος, καὶ τοιαῦτα δή τινα ἐπισυνείρας, ἔπειτα ἐπιφέρει, λέγων ἐπὶ λέξεως οὕτως· « Τούτων τοίνυν ἕκαστον, εἰ μὴ λόγος ἐστὶν ἀπόῤῥητον ἔχων τινὰ θεωρίαν, ὅπερ ἐγὼ νενόμικα, πολλῆς γέμουσιν οἱ λόγοι περὶ τοῦ Θεοῦ βλασφημίας. » Ταυτὶ μὲν ἐν τῷ τρίτῳ αὐτοῦ κατὰ Χριστιανῶν βιβλίῳ διέξεισιν· ἐν δὲ τῷ λόγῳ ὃν *Περὶ*
D *κυνισμοῦ* ἐπιγράφει, φιλοσοφῶν ὅπως δεῖ πλάττειν τοὺς μύθους τοὺς ἱεροὺς, καὶ ταῦτά φησιν· « Δεῖ κρύπτειν τὴν περὶ τῶν τοιούτων ἀλήθειαν· φιλεῖ γὰρ ἡ φύσις κρύπτεσθαι· καὶ τὸ κεκρυμμένον τῆς τῶν θεῶν οὐσίας οὐκ ἀνέχεται γυμνοῖς εἰς ἀκαθάρτους ἀκοὰς ῥίπτεσθαι ῥήμασιν. » Ἐξ ὧν δὴ φαίνεται ἐν ὑπονοίαις εἶναι μυστικόν τι καὶ ἀπόῤῥητον κρύπτειν τὴν θείαν Γραφήν. Ἔοικε δὲ καὶ ἀγανακτεῖν, ὅτι μὴ πάντες τὴν ἴσην ὑπόνοιαν περὶ τούτων ἔχουσι· καὶ τῶν Χριστιανῶν κατατρέχειν ἐντεῦθεν, ἅτε δὴ ἁπλούστερον δεχομένων τὰ ῥήματα. Ἐχρῆν δὲ μὴ οὕτω διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἁπλότητα κατὰ τῶν ἱερῶν ἐκτυφωθῆναι Γραφῶν, μηδὲ μισῆ-

(2) Fuit Porphyrius condiscipulus Origenis, apud Plotinum magistrum, et usque ad tempora Probi Imp. vixit. Suid.

σαι καὶ ἀποστρέψως ἐκείνας ἔχειν κακῶς ἐκείνῳ τε νοουμένας, ὅτι μὴ πάντες ὡς αὐτῷ γ' ἐκείνῳ ἐδόκει, ἐνόησαν. Ἔοικε δὲ τὰ ἴσα καὶ αὐτὸς τῷ πατρὶ καὶ διδασκάλῳ Πορφυρίῳ παθεῖν· πληγὰς γὰρ ἐκεῖνος ἐν Καισαρείᾳ ὑπό τινων Χριστιανῶν ἐνεγκών, μὴ φέρων τὴν ὕβριν, οἷα μελαγχολήσας, ἐξόμνυται μὲν τὸν Χριστιανισμόν· τῷ δὲ τῶν πληγωσάντων μίσει, εἰς τὸ βλασφημεῖν Χριστὸν καὶ τὰς Χριστιανῶν ἐξεκυλίσθη Γραφάς· ὡς φησιν ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος, ἀνατρέπων ἅριστα τὰς καθ' ἡμῶν αὐτοῦ συγγραφάς. Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς ὑπεροψίᾳ πλείστῃ κατὰ Χριστιανῶν τὴν ὁρμὴν ἰσχνῶς διὰ τοὺς ἁπλουστέρους, ἴσῳ πάθει πρὸς τὴν Πορφυρίου λύσσαν ἀπέκλινεν· καὶ ἄμφω τοιγαροῦν μετὰ γνώσεως ἐλόμενοι τὴν δυσσέβειαν, ἀποτρόπαιοι τὰς τῆς ἑκουσίου ἁμαρτίας εἰσπραττόμενοι δίκας. Ἐπεὶ δ' ὁ Λιβάνιος ἐπιχλευάζων ὥσπερ, Τὸν ἐκ Παλαιστίνης, φησὶν, ἄνθρωπον, Θεόν τε καὶ Θεοῦ παῖδα ποιοῦσιν, ἔοικεν αὐτὸς ἐπιλελῆσθαι ὅπως ἐπὶ τέλει τοῦ εἰρημένου λόγου τὸν Ἰουλιανὸν ἀποθεοῖ, φάσκων οὕτως· Τὸν πρῶτον ἄγγελον τῆς τελευτῆς μικροῦ κατέλευσαν, ὡς Θεοῦ καταψευδόμενον· καὶ αὖθις μικρὰ εἰρηκώς· « Ὦ δαιμόνων μὲν, φησὶ, σὺ τρόφιμε, δαιμόνων δὲ μαθητὰ, δαιμόνων δὲ παρεδρευτά. » Εἰ καὶ ἄλλως οὗτος δῆθεν ἐνόει μὴ τὴν ὁμωνυμίαν ἐκκλίνας, ὅμως ταῦτα λέγειν δοκεῖ, ἃ καὶ Χριστιανοὶ λέγοντες ὀνειδίζονται. Εἰ οὖν ἐπαίνων μόνον ἦν ἐκείνῳ φροντὶς, ἔδει τὴν ὁμώνυμον ἀπώσασθαι λέξιν, ὥσπερ δῆτα καὶ ἀλλαχοῦ πεποιηκὼς φαίνεται· λοιδορηθεὶς γὰρ διὰ λέξιν, τῶν ἑαυτοῦ λόγων ἐξέωσεν.

eamdem secum omnes opinionem de hac habere. Et in Christianos invehitur, quod simplicius verba oraculorum accipiant. Minime vero propter multorum simplicitatem, illum tanto fastu adversus sacras Scripturas efferri oportuit, neque odisse eas aut aversari propterea debuit, quod quas ipse perperam (1) intellexerit, non omnes, sicuti ei visum esset, accepissent. Verum idem ei accidisse videtur, quod patri et magistro ejus Porphyrio evenit. A quibusdam namque Christianis Cæsareæ verberatus ille, quod injuriam eam non bene ferret, veluti atra bile percitus, Christianismum quidem abjuravit: eorum autem qui plagis illum affecerant, odio, ad Christum et Christianorum Scripturas impie conviciis proscindendas est progressus: quemadmodum Eusebius Pamphili inquit, qui ejus adversus nos compositos libros optime refutavit. Julianus autem per arrogantiam ingentem, propter simpliciores, impetu furioso contra Christianos concepto, eodem modo ad Porphyrii rabiem declinavit. **89** Itaque ambo detestandi: quippe qui prudentes atque scientes impietatem complexi sint, et voluntarii propterea consultoque admissi peccati supplicium pendant. Enimvero Libanius, dum, veluti nos irridens, Palæstinum hominem, inquit, Deum Deique Filium faciunt, oblitus esse videtur, quomodo in fine ejus quæ dicta est orationis, Julianum in numerum deorum referat: primum Juliani obitus nuntium pene lapidibus obrutum esse, veluti is adversus Deum mentiretur, dicens. Et paucis interpositis verbis, rursum exclamans: « O dæmonum alumne, dæmonum sectator, dæmonum assessor. » Et quamvis ille hisce verbis aliud sentiret, tamen non vitato æquivoco seu ambiguo verbo, idem dicere videtur, quæ et Christiani ipsi per convicium de Juliano dicunt. Quod si Sophista unum hoc, ut apostatam laudaret, egit, dictionem certe ambiguam rejicere debuisset. Quod quidem alibi eum fecisse, apparet. Nam de verbo quodam probrose reprehensus, in orationibus suis id induxit.

Ἀλλ' ὅπως ὁ κατὰ Χριστὸν ἄνθρωπος θεολογεῖται· καὶ ὡς τὸ μὲν φαινόμενον ἄνθρωπος, ἦν, Θεὸς, δὲ τὸ νοούμενον· καὶ ἄμφω πάλιν ὅπως ἐστὶ καὶ ἄνθρωπος, ἄμφω Γραφαί τε θεῖαι ἀριδήλως διεξιᾶσι, καὶ Χριστιανῶν παῖδες ἴσασιν. Ἕλληνες δὲ, πρὸ τοῦ πιστεῦσαι, πῶς ἂν εἰδεῖεν; Προσίσταται γὰρ ἐκεῖνο θεῖον χρησθὲν Πνεύματι· *Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε.* Μᾶλλον μὲν οὖν αὐτοὺς καὶ ἐγκαλύπτεσθαι ἔδει, πολλοὺς ἀνθρώπων ἀποθεώσαντας· καὶ ταῦτα τίνας; Εἴθε μὲν οὖν, κἂν εἰ δίκαιοι καὶ σώφρονες· ἢ τὸν τρόπον γε ἦσαν χρηστοί· νῦν δὲ τοὐναντίον ἅπαν, ἀδικίᾳ καὶ μέθῃ καὶ διαφθορᾷ, ζήσαντας. Δείκνυσι τοῦτο Ἡρακλῆς, καὶ Διόνυσος, καὶ Ἀσκληπιός· καθ' ὧν συνεχῶς ὁμνὺς Λιβάνιος οὐκ αἰσχύνεται· ὧν τοὺς ἔρωτας καὶ τὴν περιττὴν φλυαρίαν εἰ καιρὸς ἐδίδου ἀπαριθμεῖσθαι, πλατὺς ἂν καὶ ἄσβεστος ἀνερράγη γέλως τοῖς σώφροσι. Πλὴν ἀποχρήσει τοῖς ἐθέλουσιν ὡς τάχος ἰδεῖν, ὅ τε Ἀριστοτέλους πέπλος, ὁ Διονύσου στέφανος, καὶ ὁ πολυμνήμων Ῥηγίνου, καὶ ὁ τῶν ποιητῶν χορὸς, οἳ

Verum enimvero quomodo Christus homo Deus quoque sit, et quod in eo apparet, homo: quod autem intelligentia percipitur, Deus sit: et rursum quomodo idem homo Deus exsistat, utrumque satis clare divinæ ostendunt Litteræ, atque id Christiani norunt. Græcæ autem superstitionis cultores, priusquam credant, quomodo id scire queant? Obstat namque illud, quod divini Spiritus oraculo dictum est: *Si non crediderit is, non intelligetis* [1]. Quin illos objecta veste, pudore potius affici conveniebat, qui homines multos in deorum numerum retulerint, atque eos quosnam quæso? Optandum sane esset, justos eos et temperantes, aut aliter morum integritate probatos fuisse. Verum contraria omnia in eis reperiuntur: quippe qui injustitia, ebrietate, et stupris probrosis vitam transegerint. Declarat hoc Hercules, Dionysius, et Æsculapius: per quorum numina dum Libanius continue in libris suis jurat, non erubescit tamen. Atqui illorum amores insanos et nugamenta alia, si per tempus referre

[1] Isa. VII, 9.

(3) Κακῶς. Ita enim legendum etiam apud Socr. lib. III, cap. 23

liceret, prolixum profecto perpetuumque sanis et prudentibus viris moverent risum. Sed ad eam rem cuivis quamprimum cognoscendam sufficerit, Aristotelis peplum, Dionysii corona, πολυμνήμων, hoc est, multa memorans, Rhegini liber, et poetarum turba : qui rebus illorum expositis, deliramenta potius et nugas quam theologiam posteris reliquere. 90 Cæterum Græcos proclives magis et promptos esse ad homines deorum honoribus cohonestandos, et quidem præter decorum et rationem omnem. Etenim Rhodiis, cum aliquando calamitate gravi insanorum sacrorum in Phrygia sacerdotem colerent, fuit :

Atyn implorate deam : namque alter Adonis,
Alter et est donator opum crinitus Iacchus.

Oraculum sic habuit; quod Atyn Phrygium, qui se ipsum præ amoris insania exiravit (1), eisdem cum Adonide et Baccho honoribus coleré jubet. Alexandro autem Macedoni, cum in Asiam transiret, Pythius dæmon, amphictyonibus ei faventibus, tale edidit oraculum :

Supremum celebrate Jovem, celebrate Minervam,
Et divum humano latitantem in corpore regem,
Stirpis Alexandrum cœlestis, ut ordine recto,
Et mores hominum componat legibus æquis.

Et oraculum quidem istud potentiæ Alexandri assentans, Deum illum fecit. Cleomedem vero pugilem præterire nefas esset, quem divinis auctum honoribus, tali etiam ornarunt oraculo :

Ultimus heroum Cleomedes Astypaleus.
Jam Deus est : sacris illum venerantor, et aris.

Quod propter responsum, Diogenes Cynicus et Œnamaus philosophus oraculum Pythii Apollinis sprevere. Cyziceni Adrianum imperatorem tredecimum esse deum promulgarunt. Sed et ipse Adrianus (5), amasium suum Antinoum in numerum deorum retulit. Hæc sane sophistarum præstantissimus Libanius merito traducat, ludibriumque et gerras esse recte dicat : qui quidem, si quisquam alius, et ipse oracula deorum et μονόβιβλον, hoc est, unicum illum librum, quem Alexandrini de Alexandri vita conscripserunt (3), maxime novit. Atque illum etiam, supra eos quos diximus, Porphyrium deum facere non pudet. Propitius enim, inquit, sit senex Tyrius : quod videlicet imperatoris scripta illius libris præferat. Hæc sic per digressionem retuli, propter Libanii Sophistæ contumelias, quas in nostram evomuit religionem. Qui et ipse postea dicitur divini Basilii consuetudine adductus, superstitioni suæ nuntium remisisse, et Christianus factus esse.

(1) Eviravit omnes Veneri vagæ pueros. Varr.

(2) *Quid loquar Antinoum, cœlesti sede locatum?*
Illum delicias nunc divi Principis, illum
Purpureo in gremio spoliatum sorte virili,
Adrianique Dei Ganymedem, non cyathos diis
Porgere, sed medio recubantem cum Jove fulcro,
Sectaris Ambrosii sacrum potare lyæum,
Cumque suo in templis vota exaudire marito?
(Prudent. lib. I *Contra Symmachum.*)

(6) Ὁ Ἀδρίας εἰς τὸν Ἀλέξανδρον βίον ἐπίγραψεν. Socrat. lib. III, cap 23. Quem Adrianus *De vita Alexandri* inscripsit. Fortasse enim pro Adria, legendum *Adrianus.*

τὰ περὶ αὐτῶν συνταξάμενοι, λῆρον μᾶλλον ἢ Θεολογίαν καταλελοίπασιν. Ὅτι δ' Ἕλλησι μᾶλλον πρόχειρον τὸ ἀνθρώπους ἀποθεοῦν, εἰ καὶ πέρα τοῦ δέοντος, ἀλλ' οὖν ἀρκέσει καί τινων ὀλίγων ἐπιμνησθῆναι. Καὶ γάρ ποτε Ῥοδίοις συμφορᾷ περιπεσοῦσιν ἐκήρυττεν ὁ χρησμὸς Ἄττυν, τὸν ἱερέα τῆς ἐν Φρυγίᾳ μανικῆς τελετῆς, ἀξιοῦν θεραπείας, καὶ οὕτω λύεσθαι. Ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸν τὸν χρησμὸν ὡς εἶχεν ἐπὶ λέξεως παραθήσομαι·

Ἄττυν ἱλάσκεσθε θεὸν μέγαν ἀγνὸν Ἄδωνιν
Ἕδδιον, ὀλβιόδωρον, ἐϋπλόκαμον Διόνυσον.

Καὶ οὗτος μὲν ὁ χρησμός· τὸν Φρύγιον Ἄττιν, ἅτ' ἐκ μανίας ἐρωτικῆς ἑαυτὸν ἀποκόψαντα, Ἀδώνιδι καὶ Διονύσῳ ἴσα τιμᾷ· τὸν δὲ Μακεδόνα Ἀλέξανδρον, ἡνίκα ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διέβαινε, τὸ ἐν Πυθοῖ δαιμόνιον ἔχρα, τῶν Ἀμφικτυόνων Ἀλεξάνδρῳ χαριζομένων, τάδε·

Ζῆνα θεῶν ὕπατον, καὶ Ἀθηνᾶν Τριτογένειαν
Τίματε· βροτέῳ τ' ἐν σώματι κρυπτὸν ἄνακτα
Ὃν Ζεὺς ἀρίσταις γουνοῖς ἔσπειρεν ἀρωγὸν,
Εὐνομίης θνητοῖσιν Ἀλέξανδρον βασιλῆα.

Τοῦτο μὲν ἴσως τὸ δαιμόνιον τὴν δυνάστειαν κολακεῦον, ἐθεοποίει· τὸ δὲ τοῦ πύκτου Κλεομήδους πῶς ἂν παραδράμοιμι; ὃν θείκης τιμῆς ἀξιώσαντες, τοιόνδε καὶ περὶ αὐτοῦ ἐξέδωκαν τὸν χρησμόν·

Ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλεύς·
Ὃν θυσίαις τιμᾶτε, ὡς μηκέτι θνητὸν ἐόντα.

Δι' ὃν χρησμὸν, ὅ τε κύων Διογένης, καὶ Οἰνόμαος ὁ φιλόσοφος τῆς ἐν Πυθίᾳ μαντείας περιεφρόνησαν· οἱ δὲ Κυζικηνοὶ τὸν βασιλέα Ἀδριανὸν τριακαιδέκατον θεὸν ἀνηγόρευσαν. Οὗ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Ἀδριανὸς Ἀντίνοον τὸν ἑαυτοῦ ἐρώμενον ἀπεθέωσε. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ τῶν σοφιστῶν ἄριστος Λιβάνιος διασύρει, καὶ γέλωτα καὶ φλήναφον ἡγεῖται. Καὶ ταῦτα εἴπερ τις μάλιστα εἰδὼς τοὺς χρησμοὺς, καὶ τὸ μονόβιβλον ὃ εἰς τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἐπέγραψαν οἱ Ἀλεξανδρεῖς. Ὁ δὲ οὐκ ἐγκαλύπτεται πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἀποθεῶν καὶ Πορφύριον· Ἵλεως γάρ, φησὶν, εἴη ὁ Τύριος γέρων· ἅτε δὴ προκρίνων τὰ τοῦ βασιλέως τῶν ἐκείνου βιβλίων. Καὶ ταῦτα διεξῆλθον, εἰ καὶ παρεκβατικώτερον, διὰ τὴν ὕβριν Λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ, ἣν κατὰ τῆς ἡμετέρας ἐξηρεύξατο πίστεως· κἂν ἐς ὕστερον καὶ τοῦτον λόγος ἔχῃ, ταῖς συνουσίαις Βασιλείου τοῦ θεορρήμονος τὴν οἰκείαν δεισιδαιμονίαν καταλιπεῖν, καὶ τὰ Χριστιανῶν ἑλέσθαι.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'. A CAPUT XXXVII.

Ἐκ τοῦ δευτέρου κατὰ Ἰουλιανοῦ στηλιτευτικοῦ λόγου Γρηγορίου τοῦ θεοβρήμονος περὶ τοῦ ἤθους, καὶ τρόπου, καὶ διαπλάσεως, καὶ τοῦ θανάτου καὶ ταφῆς τοῦ Ἰουλιανοῦ.

Ἐγὼ δ' ὁποῖος ἦν Ἰουλιανὸς τόν τε τρόπον καὶ τὸ ἦθος καὶ τὴν πλάσιν τοῦ σώματος, καὶ ὁποίαν ἔσχε τὴν τελευτὴν, καὶ ὡς ἀποθεοῦν ἑαυτὸν εἵλετο, οὐκ ἄλλον ἀξιόπιστον παρέξομαι μάρτυρα ἢ τὸν πολὺν καὶ μέγαν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον, αὐτῷ τε συγγενόμενον, καὶ σύναμα τοῖς διδασκαλείοις φοιτήσαντα, καὶ ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἕτερος τὰ κατ' ἐκεῖνον εἰδότα, καὶ ὡς χρεὼν διαπαίξαντά τε καὶ στηλιτεύσαντα. Ἐν γοῦν τῷ δευτέρῳ *Στηλιτευτικῷ* Ἰουλιανοῦ καὶ κατὰ Ἑλλήνων τοιάδε περὶ τούτου κατὰ λέξιν φησί· « Ταῦτα τοῖς μὲν ἄλλοις ἡ πεῖρα παρέστησε, καὶ ἡ δυναστεία προσλαβοῦσα τὴν ἐξουσίαν· ἐμοὶ δὲ καὶ πόρρωθεν τρόπον τινὰ ἐωρᾶτο, ἐξ οὗ τῷ ἀνδρὶ συνεγενόμην Ἀθήνησιν· ἦλθε γὰρ κἀκεῖσε, ἄρτι τῶν κατὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ νεωτερισθέντων πρὸς βασιλέα, τοῦτο αὐτὸ παραιτησάμενος. Διττὸς δὲ αὐτοῦ τῆς ἐπιδημίας ὁ λόγος· ὁ μὲν εὐπρεπέστερος, καθ' ἱστορίαν τῆς Ἑλλάδος καὶ τῶν ἐκεῖσε παιδευτηρίων· ὁ δὲ ἀπορρητότερος καὶ οὐ πολλοῖς γνώριμος, ὥστε τοῖς ἐκεῖ θύτοις καὶ ἀπατεῶσι περὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν συγγενέσθαι, οὕπω παῤῥησίαν ἐχούσης τῆς ἀσεβείας. Τότε τοίνυν οὐ φαῦλος ἐγὼ τοῦ ἀνδρὸς εἰκαστὴς οἷδα γενόμενος, καίτοι γε οὐ τῶν εὖ πεφυκότων περὶ ταῦτα εἷς ὤν· ἀλλ' ἐποίει με μαντικὸν ἡ τοῦ ἤθους ἀνωμαλία, καὶ τὸ περιττὸν τῆς ἐκστάσεως, εἴπερ μάντις ἄριστος ὁ εἰκάζει καλῶς. Οὐδενὸς γὰρ ἐδόκει μοι σημεῖον εἶναι χρηστοῦ, αὐχὴν ἀπαγής, ὦμοι παλλόμενοι καὶ ἀνακοπτόμενοι, ὀφθαλμὸς σοβούμενος καὶ περιφερόμενος καὶ μανικὸν βλέπων, πόδες ἀστατοῦντες καὶ μετοκλάζοντες, μυκτὴρ ὄβριν πνέων καὶ περιφρόνησιν, προσώπου σχηματισμοὶ καταγέλαστοι τὸ αὐτὸ φρονοῦντες, γέλωτες ἀκρατεῖς καὶ βρασματώδεις, νεύσεις καὶ ἀνανεύσεις σὺν οὐδενὶ λόγῳ, λόγος ἱστάμενος καὶ κοπτόμενος πνεύματι, ἐρωτήσεις ἄτακτοι καὶ ἀσύνετοι, ἀποκρίσεις οὐδὲν τούτων ἀμείνους, ἀλλήλαις ἐπεμβαίνουσαι καὶ οὐκ εὐσταθεῖς, οὐδὲ τάξει πρεπούσαι παιδεύσεως. Τί ἂν τὰ καθ' ἕκαστον γράφοιμι; Τοιοῦτον πρὸ τῶν ἔργων ἐθεασάμην, οἷον ἐπὶ τῶν ἔργων ἐγνώρισα. Καὶ εἴ μοι παρῆσάν τινες τῶν τηνικαῦτα συνόντων καὶ ὁκουσάντων, ἐμαρτύρησαν ἂν· οἷς ἐπειδὴ ταῦτα ἐθεασάμην, εὐθὺς ἐφθεγξάμην, οἷον κακὸν ἡ Ῥωμαίων γῆ τρέφει· καὶ προαγορεύσας, καὶ γενέσθαι ψευδόμαντις ἐμαυτῷ κατηυξάμην. Κρεῖσσον γὰρ ἦ τοιούτων πλησθῆναι τὴν οἰκουμένην κακῶν· καὶ τοιοῦτον ἀναφανῆναι τέρας, οἷον οὔπω πρότερον· πολλῶν μὲν ἐπικλυσμῶν θρυλλουμένων, πολλῶν δὲ ἐμπρησμῶν καὶ βρασμῶν γῆς καὶ χασμάτων· ἔτι δὲ καὶ ἀνδρῶν ἀπάνθρωποι καὶ θηριώδεις, ἀλλοκότων τε καὶ συνθέτων φύσεις καινοτομηθεῖσαι. Ταύτης τοι καὶ τέλος ἄξιον ἀπηνέγκατο τῆς ἀπονοίας. Οὐχ εἷς δὲ περὶ τούτου λέγεται λόγος· ἄλλος δὲ ἄλλῳ συντίθεται καὶ συμφέρεται, τῶν τε παρόντων ὁμοίως

Ex secunda Gregorii Theologi in Julianum invectiva, de ingenio, moribus, gestu corporis, morte et sepultura Juliani.

91 Verum quali morum consuetudine et corporis statu Julianus fuerit, quomodo vitam finierit, et seipsum deum facere voluerit, non locupletiorem adducere testem possum, quam magnum illum in theologia Gregorium, qui cum illo vixit, easdemque scholas frequentavit, et res ejus melius quam alius quisquam perspectas habuit, easdemque pro eo atque par fuit, risit, atque in *Invectivis* suis traduxit. Igitur in Invectiva secunda contra Julianum et Græcæ religionis sectatores, de eo hæc refert: « Atque hæc quidem aliis experientia et potentia potestatem adepta exhibuit: mihi vera quodammodo longius antea sunt cognita, ex quo tempore Athenis cum homine fui. Venit namque eo quoque non ita multo post, quam frater ejus novas fuerat contra imperatorem res molitus, culpam eam a se amoliens. Et duplicem præ se perfectionis Atticæ tulit causam: alteram quidem honestiorem, ut Græciæ res cognosceret, et scholas Atticas videret: alteram autem occultiorem, et paucis notam, ut sacrificulis ibi et seductoribus de rebus eis quibus maxime studebat, daret operam, impietate tanta nondum apertam obtinente libertatem. Tum igitur non malum me, viro eo cognoscendo, conjectorem esse memini. Et quamvis non unus ex eis essem, qui in tali arte sunt egregii, tamen me vatem effecit morum ejus inæquabilitas, et stupor maximus: siquidem qui bene conjectat vates, is perhibetur optimus. Non boni sane hominis indicia mihi esse visa sunt, cervix non consistens, humeri quos subinde jactaret ac reduceret mobiles: oculi errabundi et vagi, furibundumque quiddam cernentes: **92** pedes instabiles, et genibus nutantes: nasus contumeliam et contemptum spirans: vultus deridiculus, et idem vitium secum ferens: risus immoderatus, et corpus cachinno concutiens: nutus sive annuens seu renuens, ratione carens: sermo consistens, et respiratione concisus: interrogationes incompositæ, et ineptæ: responsiones nihilo illis meliores, aliæ aliis imminentes, sibique minime constantes, neque ab institutione liberalioris doctrinæ provenientes. Sed quid ego singula commemorem? Talem eum ante actiones ejus esse vidi, qualem in actionibus ipsis cognovi. Ac si mihi adessent, qui tum mecum fuere, et me audiere, testes illi essent, postquam ista vidi, statim me dixisse: Deus bone, quantum malum Romanum fovet imperium? Prædixique adeo ista, et me falsum vatem esse optavi. Et melius profecto id fuisset, quam ut sic orbis noster tantis oppleretur malis, et tale in eo exsisteret portentum et prodigium, quale antea nunquam: cum quidem multæ aquarum vulgatæ sint eluviones, multæ exustiones, multæ concussiones, et hiatus terræ, præterea hominum inhumanæ et feræ species, monstrosæ-

que et mistæ novo prorsus et insolito modo natu-
re. Verum dignum quoque tanta vecordia et im-
portunitate exitum tulit. De quo non una exstat
opinio, quod alii aliud dicant et circumferant,
tam qui pugnæ affuerunt, quam qui ab ea longius
abfuerunt. Quidam, a Persis eum jaculo confossum
esse dicunt, cum temere incompositis excursioni-
bus, non sine stoliditate nunc huc nunc illuc pere-
quitans, uteretur. Sunt qui tale quiddam de eo me-
morant. In tumulum eum editiorem conscendisse,
ut quasi e specula exercitum lustraret, et quantum
ex eo bello copiarum superesset, cognosceret. At-
que cum ingens ei, speque adeo sua amplior mul-
titudo esse visa esset, ita eum dixisse: Quam
grave futurum est, si omnes isti in Romanorum
ditionem reducentur? Quo ejus verbo, tanquam illis
salutem invidentis militem quemdam qui id excep-
pit, commotum, quod iram non perferret, nulla
salutis suæ ratione habita, ense latus ejus perfo-
disse (1). Alii porro id ausum esse dicunt, ex Bar-
baris ridiculum quemdam ex eis hominem, qui
exercitum, ut in mœrore solatio, et in compotatio-
nibus ludibrio sint, sequi solent. Nonnulli etiam
cædis ejus laudem Saraceno cuidam tribuunt. 93
Verum utcunque se res habeat, vulnus quidem
certe ille lethale accepit, orbi universo lætum et
salutare. Et ictu uno multorum extorum, quibus
male crediderat, persolvit pœnas. Mirum sane est,
quomodo vanus ille, qui per aruspicinam omnia
se nosse putavit, unum hoc, plagam scilicet extо-
rum et viscerum suorum non perspexerit. Cæterum
illud quoque hominis factum minime prætereun-
dum videtur, quod inter alia multa maximum dæ-
moniacæ ipsius mentis est indicium. Jacebat in
fluminis littore, graviter ex vulnere laborans, et
quod multos ante se gloriam esse consecutos sciret,
ita ut plus quam homines atque adeo dii esse cre-
diti sint, propterea quod arte quapiam ex hominum
numero sublati fuerint: ejuscemodi et ipse laudis
atque opinionis amore captus, simul quod cum
hujusmodi mortis generis et turpitudinis, in quam
per inconsultam temeritatem inciderat, puderet:
quid rogo molitur, et quid agit? neque enim cum
vita etiam improbitas exstinguitur. Conjicere se
in amnem conatur: in cœpto tam arcano fidis
quibusdam adjutoribus, et perinde atque in re
quapiam divina, sacerdotibus usus. Et nisi ex
imperialibus eunuchis quidam consilio eo depre-
henso, aliisque propter flagitii odium communi-
cato, impetum talem prohibuisset, exstitisset ex
ea clade apud imperitos homines novus Deus. Et
quæ deinde sequuntur: mortuum eum mimi et ho-
mines ridiculi, cum omni scenica fœditate duxe-
runt, funusque ejus prosecuti sunt, tibiis canentes,
et saltitantes, religionisque abjurationem, belli
cladem, et mortem ipsam probrose ei objicientes.
Quid enim mali passus non est? quid vero non
audivit earum rerum, quas genus id hominum juveniliter audet? quod injuriam pro arte habet:

(1) Apud Socratem est, Julianum equo insiden-
tem, et quidem propter rerum secundarum spem
et fiduciam inermem, cum circum militares copias
obequitaret, eas ad fortitudinem cohortando, ex
improviso hasta percussum esse quæ brachium et
latus ejus perfoderit.

τῇ μάχῃ καὶ τῶν ἀπόντων. Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ὑπὸ
Περσῶν κατηκοντίσθαι φασὶν ἀτάκτοις ἐκδρομαῖς
χρώμενον, καὶ ἥττοντα τῇδε κἀκείσε σὺν ἐμπληξίᾳ·
οἱ δὲ τοιοῦτόν τινα ἐπ' αὐτῷ διηγοῦνται λόγον· Ἐπί
τινα λόφον τῶν ὑψηλῶν ἀνελθὼν, ὡς ἐκ περιωπῆς
τὸν στρατὸν ὄψει λαβεῖν, καὶ ὅσος ὑπελείφθη τῷ
πολέμῳ μαθεῖν. Ἐπειδὴ οἱ φανῆναι πολὺ τὸ πλῆθος
καὶ τῆς ἐλπίδος ἀφθονώτερον, Ὡς δεινὸν, εἰπεῖν, εἰ
πάντας τῇ Ῥωμαίων γῇ τούτοις ἐπανάξομεν· ὡς
ἂν τις βασκαίνων αὐτοῖς τῆς σωτηρίας. Ἐφ' ᾧ τινα
τῶν στρατιωτῶν χαλεπήναντα καὶ οὐ κατασχόντα
τὴν ὀργὴν, ὡσαι κατὰ τῶν σκιάγχων τὸ ξίφος,
ἀλογήσαντα τῆς σωτηρίας. Ὡς δὲ ἄλλοι τῶν γε-
λοιαστῶν βαρβάρων τινὰ τοῦτο τολμῆσαι· οἷ τοῖς
στρατιώταις ἕπονται, λύπης τε ψυχαγωγία καὶ πό-
τοις ἥδυσμα. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ Σαρακηνῶν τινι τὸ
κλέος τοῦτο διδόασι. Πλὴν δέχεται πληγὴν καιρίαν
ὄντως καὶ παντὶ τῷ κόσμῳ σωτήριον· καὶ μιᾷ τάλμῃ
πολλῶν σκιάγχων ἀπαιτεῖται δίκην κακῶς πιστευ-
θέντων. Ὃ καὶ θαυμάζω, πῶς πάντα γινώσκειν ὁ
μάταιος ἐντεῦθεν οἰόμενος, ἓν τοῦτο, τὴν καθ' ἑαυ-
τοῦ σκιάγχων πληγὴν ἠγνόησεν. Ἄξιον δὲ μηδὲ
τοῦτο παραδραμεῖν τοῦ ἀνδρὸς, μεγίστην τῆς ἐκεί-
νου κακοδαιμονίας ἐπὶ πολλοῖς ἔχον ἀπόδειξιν.
Ἔκειτο μὲν ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ, καὶ πονήρως
εἶχε τοῦ τραύματος. Πολλοὺς δὲ εἰδὼς τῶν πρὸ
αὐτοῦ δόξης ἠξιωμένων, ὡς ἂν ὑπὲρ ἄνθρωπον νο-
μισθεῖεν, τέχνασι τισὶν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντας,
καὶ διὰ τοῦτο θεοὺς νομισθέντας, ἔρωτι τῆς αὐτοῦ
δόξης ἐαλωκὼς, καὶ ἅμα τῷ τρόπῳ τῆς τελευτῆς
διὰ τὸ τῆς ἀβουλίας ἄδοξον αἰσχυνόμενος, τί μηχα-
νᾶται καὶ τί ποιεῖ; οὐδὲ γὰρ τῷ βίῳ συναναλίσκε-
ται πονηρία. Ῥίψαι κατὰ τοῦ ποταμοῦ πειρᾶται τὸ
σῶμα· καὶ πρὸς τοῦτο ἐχρῆτό τισι τῶν πιστῶν ἑαυ-
τῷ συνεργοῖς καὶ μύσταις τῶν ἀποῤῥήτων. Καὶ εἰ
μὴ τῶν βασιλικῶν εὐνούχων τις τὸ πρᾶγμα αἰσθό-
μενος, καὶ τοῖς ἄλλοις καταμηνύσας, μίσει τοῦ κα-
κουργήματος τὴν ὁρμὴν διεκώλυσε, κἂν ἐφάνη τοῖς
ἀνοήτοις θεὸς νέος ἐξ ἀτυχήματος· τὰ δ' ἑξῆς μῖμοι
γελοίων ἦγον αὐτὸν, καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς σκηνῆς αἴσχε-
σιν ἐπομπεύετο καταυλούμενός τε καὶ κατορχούμε-
νος, καὶ τὴν ἄρνησιν καὶ τὴν ἧτταν καὶ τὸ τέλος ὀνει-
διζόμενος. Καὶ τί γὰρ οὐ πάσχων κακὸν, τί δὲ οὐκ
ἀκούων, οἷς οἱ τοιοῦτοι νεανιεύονται, τέχνην τὴν ὕβριν
ἔχοντες; ἕως ἡ Ταρσέων αὐτὸν ὑποδέχεται πόλις, οὐκ
οἶδ' ὅπως καὶ ἀνθ' ὅτου τὴν ὕβριν ταυτην κατακρι-
θεῖσα. Ἔνθα δέ οἱ τέμενος ἄτιμον καὶ τάφος ἐξάγιστος
καὶ ἀπόπτυστος, καὶ οὐδὲ θεατὸς εὐσεβῶν ὄψεσιν· ὡς
δὲ ἐγώ τινος ἤκουσα, μηδὲ τῷ τάφῳ προσλαμβανόμε-
νος, ἀλλ' ὑπὸ τῆς σεισθείσης δι' αὐτοῦ γῆς ἀποσειόμε-
νος καὶ ἀναβρασσόμενος· προοίμιον τῆς ἐκεῖσε οἶμαι
κολάσεως. Ὁ μὲν οὖν οὕτω βασιλεύσας, οὕτω δὲ στρα-
τηγήσας, οὕτω καὶ τὸν βίον αἰσχρῶς καταλείπει. »

donec eum Tarsensis urbs excepit, nescio quomodo, aut quam ob causam ad contumeliam talem condemnata. Ibi ille tumulum habet inhonoratum et sepulcrum exsecrandum maxime et despuendum, neque pii alicujus oculis conspiciendum. Et sicuti ego quidem de quopiam audivi, ne sepulcrum quidem eum recepit: verum quæ ejus causa commota est terra, cadaver ejus excussit atque rejecit, ut hoc sit futurorum suppliciorum quasi quoddam præludium. Et quidem sic qui imperaverit, sic bellum gesserit, sic quoque turpiter vitam finivit.»

ΚΕΦΑΛ. ΑΗ'.

Περὶ τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως Ἰοβιανοῦ ἐν Περσίδι.

Οἱ δέ γε στρατιῶται καὶ στρατηγοὶ τῇ ἑξῆς βασιλέα ἀναδεικνύουσιν Ἰοβιανὸν, ἄνδρα ἐπιφανῆ τά τε ἄλλα καὶ τὴν εὐσέβειαν καὶ τὸ εἶδος, τυραννίδος ὡς ἀληθῶς ἄξιον· ὃς χιλίαρχος ὢν πρότερον, ὁπηνίκα Ἰουλιανὸς τοῖς στρατευομένοις αἵρεσιν προὐτίθει, ἢ θύειν ἢ τὴν ζώνην ἀποτίθεσθαι, τὸ δεύτερον ᾑρεῖτο μᾶλλον ἢ τοιοῦτον ἀσεβὲς ἐπίταγμα ἐκπληροῦν. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς, τῇ τοῦ ἐπικειμένου πολέμου βίᾳ, οἷάπερ στρατηγὸν ἄριστον, σὺν τοῖς λοιποῖς ἦγεν αὐτόν· τότε δὲ εἰς τὸ βασιλεύειν μεταξὺ τῆς πολεμίας ἅτε δὴ τῶν ἄλλων διαφέρων αἱρεθείς, παρῃτεῖτο τὴν ἡγεμονίαν, καὶ τὰ τῆς βασιλείας οὐ προσίετο σύμβολα, λέγων μὴ δύνασθαι βασιλεύειν ἀνδρῶν Ἑλληνίζειν μαθόντων, ἐν Χριστιανοῖς ἐκεῖνος τελῶν· εἰσότε δὴ κοινῇ φωνῇ Χριστιανοὺς εἶναι σφᾶς ὡμολόγησαν. Ἐν μέσῳ δὲ τῷ πλάνῳ καὶ τῇ ταραχῇ τῶν πραγμάτων ἀπολειφθείς, τῆς στρατιᾶς ἐκ τῆς πρὸ αὐτοῦ στρατηγίας, ἐμπλήκτου καμνούσης τῇ σπάνει τῶν ἐπιτηδείων, ἔγνω δεῖν καὶ ἀναγκαῖον εἶναι πρὸς συμβάσεις χωρεῖν. Καὶ δή τινα τῶν ὑποτελῶν Ῥωμαίοις παραδοὺς Πέρσαις, τήν τε Σύρων ἀρχὴν ψημι καὶ τὴν ἐν Μεσοποταμίᾳ Νίσιβιν, ἐπὶ συνθήκαις τὰ τοῦ πολέμου διέλυεν· ἀπρεπῶς μὲν Ῥωμαίοις πράξας, ἀναγκαίως δ' ὅμως, ὥσπερ οὐ βασιλείας, ἀλλ' ἥττης κληρονόμος γενόμενος· ὡς εἴγε μὴ τοῦτ' ἔπραττε (καὶ Πέρσαι μετριάζειν εἰδότες, καὶ ὁρῳ τὴν εὐπραγίαν μετρεῖν, ἢ καί τι ἕτερον δείσαντες εἰς συμβάσεις ἐτράποντο, καὶ ταῦτα φιλανθρώπους οὕτω καὶ ἀδοκήτους)· οὐδὲν ἐκώλυε μηδὲ πυρφόρον, τὸ τοῦ λόγου, ὑπολειφθῆναι. Νῦν δ' ὁ μὲν βιαζόμενος διασῶσαι νεῦρα τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, ἐπὶ συνθήκαις οὕτως αἰσχραῖς τε καὶ ἀναξίαις συνέβαινεν ἀβουλίᾳ μᾶλλον τοῦ πρὸ αὐτοῦ στρατηγήσαντος ἢ σφῶν αὐτῶν ἀνανδρίᾳ· καί γε ἀγνώμων παρ' ἐμοὶ κριτῇ γένοιτο, ὃς ἐκεῖνον ἀφεὶς, τούτῳ τὰ τῆς μέμψεως ἐπιγράφοι· ὁ γὰρ στάχυς τοῦ σπείραντος μᾶλλον ἢ τοῦ θερίσαντος· καὶ ὁ ἐμπρησμὸς οὐ τοῦ σβέσαι μὴ δυνηθέντος, ἀλλὰ τοῦ καθάπαξ ἐμβαλόντος. Καὶ τὸ τοῦ Ἡροδότου, « Τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔρραψε μὲν Ἰστιαῖος, ὑπεδήσατο δὲ Ἀρισταγόρας. »

94 CAPUT XXXVIII

De imperio pii imperatoris Joviniani, in Perside.

Postridie autem et milites et exercitus duces Jovinianum imperatorem renuntiant, virum cum rebus aliis, tum vera pietate illustrem, prorsusque forma et statura corporis imperio dignum; qui tribunus antea fuerat, cum Julianus optionem militibus offerret, ut vel diis sacrificarent, vel cingulum militiæ et dignitatis deponerent. Atque ille alterum hoc facere maluit, quam impiæ jussioni parere. Julianus porro necessitate quod tantopere urgebat belli adductus, secum hunc, ut ducem optimum, cum aliis in Persidem duxit. Tum autem in hostili regione, ut aliis præstantior, imperator lectus, dignitatem eam rejecit, et insignia imperatoria non recepit: non posse se dicens, qui Christianus sit, imperare viris, qui græcissare, superstitionesque sectari didicissent; donec una omnes voce Christianos se esse sunt professi. Cæterum in errore medio et rerum turba a Juliano relictus, quod exercitus priore imperio consternatus esset, rerumque necessariarum inopia premeretur, necessitatem sibi impositam esse cognovit, ut bellum pacificatione transigeret. Quapropter loca quædam quæ Romanis tributa pensitabant, Syriæ scilicet imperium, et quæ in Mesopotamia est Nisibin, ea pactis conventis, Persis concessit, et bellum id solvit[1]. Quod quidem non e dignitate imperii ille, necessario tamen fecit, ut qui non imperii, sed cladis hæres esset. Ac nisi hoc fecisset, et nisi Persæ moderate se gerentes, et prosperum rerum successum certo fine claudentes, aut aliud quippiam metuentes, conditiones pacis tam humanas et inopinatas proposuissent, nihil profecto obstitisset, quin ex eo bello ne ignifer quidem quod aiunt, incolumis evasisset. Quare necessitate adactus, ut nervos suos Romano imperio conservaret, conditionibus turpibus atque indignis cum hostibus decidit: temeritate magis proxima imperatoris, quam sua aut militum suorum timiditate: me quidem judice periniquus fuerit, qui illo relicto, culpam ejus pacificationis in hunc conferat. Seges enim satoris potius quam messoris est: et incendium non ejus qui id exstinguere possit, sed qui id semel excitarit, esse creditur: **95** quodque apud Herodotum est, « Calceum quidem istum consuit Histiæus, induit autem Aristagoras. »

(1) Gregorii Nazianzeni hæc verba sunt.
(2) Theodoritus tricennales inducias pactas esse scribit.

CAPUT XXXIX.

Jovinianus episcopis exsulantibus exsilium remiserit, et ut stata Christianorum sacra in ecclesiis honorifice restituerit, et idolorum cultum abroleverit.

Imperator Jovinianus experientia edoctus, divina vindicta Julianum gravibus malis afflictum esse, ad omnes ubique præsides scripsit, ut cunctos libere rem divinam facere, conventus cogere, et Deum ex animo colere paterentur et ut una in imperio Romano observaretur fides et religio, Christianorum videlicet, juraque pristina ecclesiis reddidit. Et quæcunque clero, viduis et virginibus dudum a Constantino et filiis ejus, divini cultus augendi gratia concessa legibusque firmata, a Juliano autem propter summum ejus in fidem nostram odium, pessimo consilio adempta et accisa fuerant, privilegia et beneficia restituit. Ad præfectum prætorio quoque generalem dedit constitutionem, ut deinceps capitaliter in eum animadverteretur, qui sacram virginem, non dicam rapere, sed attentare tantummodo, jungendi matrimonii causa, aut oculos impudicos ei adjicere auderet. Eamque legem ut promulgaret, adductus est, quod homines quidam improbi atque impudici, scelestas atque incestas hujusmodi nuptias, vel vi illata, vel persuasione adhibita, virginibus corruptis, contraxerant; sub Juliani imperio, impotenti consuetudine et fœda libidine flagitia talia audere permittente, et religione tum nostra periclitante. Itaque ecclesiæ Dei rursum sunt apertæ : Græcorum autem templa clausa, et ipsi dii terræ cavernas et recessus subiere. Et qui ad id usque tempus vilibus palliis usi fuerant, ad communem rediere vestitum. Quæ publice fieri consueverant libationes et sanguinariæ contaminationes, quibus sub Juliano ad satietatem abusi erant, finem suum habuere. Quicunque autem episcopi ab Juliano revocati ab exsilio non erant, tum reducti, domum quisque suam rediit.

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Ὡς Ἰοβιανὸς ἀνῆκε τὰς ἐξορίας τοῖς ἐπισκόποις, καὶ τὰ πρώην ἔθιμα ταῖς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαις αὖθις ἐβράβευσε· τὰ δὲ τῶν εἰδώλων ἠφάνιζεν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰοβιανὸς διὰ πείρας γνοὺς τῷ περὶ αὐτοῦ βασιλεῖ τὰ δεινὰ ἐπισκῆψαι Θεοῦ κατὰ μῆνιν, τοῖς ἁπανταχοῦ ἡγεμόσιν ἔγραφεν, ἐᾷν ἀδεῶς πάντας θρησκεύειν, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις ἀφορίζεσθαι, καὶ τὸ θεῖον θερμῶς θεραπεύειν, καὶ μόνην ἡγεῖσθαι πίστιν ἐν πάσῃ τῇ ἀρχομένῃ τὴν τῶν Χριστιανῶν. Καὶ τὰ πρὶν ἔθιμα ταῖς ἐκκλησίαις ἀφίησι· τοῖς τε κλήροις καὶ χήραις καὶ παρθένοις, ὅσα ἦσαν ἐξ ἀρχαίου προνόμια ἐπί τε Κωνσταντίνου καὶ τῶν παίδων ἐκείνου ἐπ' ὠφελείᾳ τῆς θρησκείας δωρηθέντά τε καὶ νομοθετηθέντα, Ἰουλιανὸς δὲ μίσει τῆς πίστεως προσαφείλετο, κακοσχόλῳ γνώμῃ περιαιρήσας, εἴασεν αὖθις. Τῷ δὲ τὴν ὕπαρχον ἀξίαν ἐπιτετραμμένῳ γενικὴν ἐτίθει νομοθεσίαν εἰς κεφαλὴν τιμωρεῖν, τὸν τοῦ λοιποῦ ἱερὰν παρθένον μνᾶσθαι ἑλόμενον, ἢ ἀκόλαστον ὄψιν ἐπιβάλλειν τολμῶντα, μήτοι γε διαρπάζειν ταύτην πειρώμενον. Τὸ δὲ προήχθη νομοθετεῖν, ὅτιπερ ἄνδρες δή τινες μοχθηροὶ καὶ ἀκόλαστοι γάμους τοιούτους ἀκολάστους ἐτέλεσαν, βίαν ἐπιβαλόντες ἢ καὶ πειθοῖ τινι προσφθαρέντες, τοῦ Ἰουλιανοῦ βασιλεύοντος· τῆς ἀκολάστου διαίτης, τῆς τ' αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας τοιαῦτ' ἐπιτρεπούσης τολμᾶν, τῆς θρησκείας δυσπραγούσης. Αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ ἠνοίγοντο, τὰ δὲ ἱερὰ τῶν Ἑλλήνων αὖθις ἐκλείστο· αὐτοὶ δ' ὑπὸ μυχοῖς γῆς θεοὶ κατεδύοντο. Οἱ δὲ τοῖς τρίβωσι χαίροντες εἰς τὸ κοινὸν μετετίθεντο σχῆμα. Ἡ δὲ δημοσίᾳ γινομένη σπονδή, καὶ ὁ δι' αἵματος μόλυσμός, ἔληγεν· οἷς κατακόρως ἐπὶ Ἰουλιανοῦ ἀπεχρήσαντο. Ὅσοι δὲ τῶν ἐπισκόπων μὴ ἔφθασαν ὑπὸ Ἰουλιανοῦ ἀνακληθῆναι, μετεστέλλοντο ἤδη, καὶ οἶκόνδε ἕκαστος ἔρρετο.

96 CAPUT XL.

Ut Joviniano etiam Macedonianï Antiochiæ libellum supplicem obtulerint ; et ut synodus ibidem Nicænam fidem approbarit, confessionemque suam scriptam ad imperatorem miserit.

Paulo deinde post, ecclesiarum præsides quæstiones de dogmatibus rursus moverunt. Nam sub Juliani imperio, quod fides omnino periclitata esset, quieti omnes esse perseveraverant : communiter precibus Deum, ut religionem a tanta liberaret tyrannide, implorantes. Ita enim quodammodo natura hominum fert, ut inter se quietem, aliunde eis discrimine imminente, cives agitent : at si pacem cum exteris habeant, seditiones domi concitent. Sed enim ecclesiarum antistites, quod principis pietatem nossent, præoc-

ΚΕΦΑΛ. Μ'.

Ὡς ἐπὶ τούτου καὶ οἱ Μακεδονιανοὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ παρὰ Μελετίῳ γενόμενοι, τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν κυροῦσιν, ἐγγράφον τὴν ὁμολογίαν ταύτης διαπεμψάμενοι βασιλεῖ.

Οὐ πολλῷ δ' ὕστερον τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶσιν αἱ περὶ δογμάτων ζητήσεις αὖθις κεκίνηντο. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς Ἰουλιανοῦ ἀρχῆς ὡς εἰς τὸ παντελὲς κινδυνευούσης τῆς πίστεως, ἅπαντες ἡσυχῇ διετέλουν κοινῇ τὸν Θεὸν ἱλεούμενοι τῆς τοσαύτης, ἀπαλλάττεσθαι τὴν θρησκείαν τυραννίδος. Καὶ γάρ πως οὕτω φίλον τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, ἠρέμα πρὸς τὸ ὁμόφυλον διακεῖσθαι, ὑφ' ἑτέρων πειραζομένῃ, δεῖν δ' ἀπηλλαγμένοις τῶν ἔξωθεν, πρὸς σφᾶς αὐτοὺς διαστασιάζειν. Καὶ δὴ τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶσι, τὸ εὐσεβὲς τοῦ ἄνακτος ἐγνωκόσι, προτρέ-

(1) Constitutione publice proposita, Jovinianus restitui ecclesiis annonam jussit. Verum quod fames gravior propter Juliani impietatem tum grassaretur, et frumentum ægre penderetur, τριτημόριον, *hoc est, tertiam ejus partem* clero exhiberi curavit. Quamprimum autem fames sævire desiisset, integrum se frumenti numerum eis præbiturum est pollicitus. (Theodoritus, lib. IV, cap. 4.)

(2) L. Si quis. C. De episc. et cler.

χειν ἦν σπουδή. Πᾶσι γὰρ ἐδόκει τὸν βασιλέα τῇ A σφετέρᾳ πίστει προσθήσεσθαι, παρ' αὐτοῦ τε τὴν κατὰ τῶν δοκούντων αὐτοῖς ἀντιπάλων παῤῥησίαν ὑπάρξειν νομίζοντες. Ὁ δ' ἐξ ἀρχῆς τῇ ὁμοουσίου πίστει προσέκειτο· καὶ πᾶσι τοῦτο περιφανῶς ὡμολόγει. Καὶ πρῶτοι πάντων παρῆσαν Μακεδονιανοί· οἳ τῶν μὲν Ἀνομοίων καλουμένων τὴν αἵρεσιν ἀπεστρέφοντο, τὸ δὲ ὁμοιούσιον ἀντὶ τοῦ ὁμοουσίου ἐδέχοντο· οἳ καὶ βιβλίον βασιλεῖ δόντες, χάριν ἔχειν ὡμολόγουν Θεῷ τῆς αὐτοῦ ἕνεκεν ἡγεμονίας· ᾔτουν δὲ τοὺς τὸ ἀνόμοιον δογματίζοντας τῶν ἐκκλησιῶν ἀπελαύνεσθαι, αὐτοῖς δ' ἐπιτρέπειν αὐτάς. Πρὸς δὴ τούτοις ἤ τε ἐν Ἀριμίνῳ καὶ Σελευκείᾳ κύρια μένειν, καὶ τὰ βίᾳ παρά τινων γεγενημένα ἀργεῖν· ἤ τοῦ πρώην σχίσματος μένοντος, ἐπιτρεπτέα γε εἶναι τοῖς ἁπανταχοῦ ἐπισκόποις ὅπη βούλοιντο συνελ- B θεῖν, μή τινος κοσμικοῦ κοινωνοῦντος· καὶ μὴ εἰς πέρας προβαίνειν, εἴ τις ἐν μέρει τι πράττειν ἕλοιτο, ἢ ἁπτᾷν, ὥσπερ ἐπὶ Κωνσταντίου συνέβη. Ἐδήλουν δὲ μηδὲ εἰς τὸ στρατόπεδον ἀφικέσθαι, ἵνα μὴ δι' ὄχλου εἶεν. Εἰ δ' ἐπιτρέψειε βασιλεύς, ἀσμένως ποιεῖν ἅπαντα δαπάναις καὶ ὑποζυγίοις τοῖς οἴκοθεν. Οἱ δὲ τὸ βιβλίον βασιλεῖ δόντες ἦσαν οὗτοι· Βασίλειος ὁ Ἀγκύρας, Σιλβανὸς Ταρσοῦ, Σωφρόνιος Πομπηϊουπόλεως, Παυσίνικος Ζήλων, Λεόντιος Κομάνων, Καλλικράτης Κλαυδιουπόλεως, Θεόφιλος Κασταβάλων, καὶ ἕτεροι. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ βιβλίον δεξάμενος, οὐδὲ ἀποκρίσεως ἀξιοῖ, τοῦτο μόνον φθεγξάμενος· « Ἐγὼ τὴν μὲν φιλονεικίαν μισῶ· τοὺς δὲ τὴν ὁμόνοιαν ἀσπαζομένους λίαν ἀγαπῶ καὶ τιμῶ. » Ὃ δὴ καὶ τὰς τῶν ἄλλων φθάσαν εὐθὺς ἀκοὰς, τὸ ἔντονον τῆς φιλονεικίας ἐχάλα, καὶ τὰ κατὰ σκοπὸν τῷ βασιλεῖ ἔπραττον. Ὅ τε φιλόνεικος αὐτῶν, τῶν περὶ Ἀκάκιον λέγω, τρόπος ἠλέγχετο, καὶ ὡς ἀεὶ πρὸς τὸ δοκοῦν τοῖς κρατοῦσιν ἀπέκλιναν, ἐμφανῶς ἔδειξαν· ἐπειδὴ γὰρ τὸν Ἀντιοχείας Μελέτιον ἐπὶ πλεῖστον βασιλεῖ διὰ τιμῆς ὄντα ἐώρων, ἐκεῖ γὰρ τηνικαῦτα διέτριβεν· εἰς λόγους ἐκείνῳ ἐλθόντες, πείθουσι σύνοδον ἐν Ἀντιοχείᾳ πάλιν γενέσθαι. Ἦν δὲ Μελέτιος οὗτος, ὃς μικρῷ πρόσθεν αὐτῶν χωρισθεὶς, τῷ ὁμοουσίῳ προσέθετο. Καὶ τοίνυν εἰς ταυτὸ συνελθόντες ἐν Ἀντιοχείᾳ τῶν Σύρων, τὴν ἐν Νικαίᾳ βεβαιοῦσι πίστιν, καὶ κυροῦσι, τὸ ὁμοούσιον ἀναμφηρίστως δοξάζειν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Κοινωνοὶ δὲ τῆς συνόδου ταύτης καθίσταντο ὁ εἰρημένος θεῖος Μελέτιος, τὴν τῆς Ἀντιόχου ἔχων ἐπιτροπήν· Εὐσέβιός τε ὁ Σαμοσάτων, Πελάγιος Λαοδικείας τῆς Σύρων, καὶ Ἀκάκιος ὁ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, καὶ Εἰρηνίων ὁ Γάζης, καὶ ὁ Ἀγκύρας Ἀθανάσιος, διὰ Ὀρφίτου καὶ Ἀετίου πρεσβυτέρων, Τίτος Βόστρων, Θεότιμος Ἀράβων, Λουκιανὸς Ἀρκῶν, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι καὶ ἐλλόγιμοι ἄνδρες. Ταῦτα δὲ πράξαντες, καὶ τῷ βασιλεῖ τὰ ἐγνωσμένα αὐτοῖς διαπέμπονται, γράψαντες οὕτως· « Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἡμῶν δεσπότῃ Ἰοβιανῷ, Νικητῇ Λογούστῳ, ἡ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντων ἐπισκόπων ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν σύνοδος τὴν ἐκκλησια-

cupandum sibi eum esse studio magno putabant. Et pro se quisque omnes, imperatorem ad factionis suæ fidem accessurum, proindeque se illius auctoritate majorem libertatem contra eos qui sibi adversari viderentur, habituros esse credebant. At ille jam inde ab initio τοῦ ὁμοουσίου consubstantialis professioni addictus fuerat, et id tum manifeste præ se tulit. Primi omnium affuere Macedoniani, qui quidem hæresim eorum qui ἀνόμοιοι, hoc est, dissimiles, dicebantur, rejiciebant, et τὸ ὁμοιούσιον similem substantia pro τοῦ ὁμοουσίου consubstantiali, recipiebant. Et libellum ii imperatori obtulerunt, in quo Deo gratias de imperio ejus agebant: ac deinceps petebant, ut eis qui dissimile asserebant, ex ecclesiis expulsis, ipsis illæ gubernandæ committerentur. Præterea ut vel ea quæ Arimini et Seleuciæ statuta fuerant, firma manerent: et quæ a nonnullis per vim contra ea acta erant, irrita essent: vel priore schismate atque dissidio durante, episcopis omnibus quocunque vellent loco convenire liceret. In quo conventu ne quis sæcularis adesset, neve finem suum consequeretur, si quis seorsim quidquam egisset, aut fallere instituisset, sicuti sub Constantio factum esset, rogarunt. Illud quoque significarunt, se citra principis voluntatem, in aulam et comitatum imperialem, ne molesti esse viderentur, non venturos. Sin id eis permitteretur, perlibenter id facturos esse sumptibus et jumentis propriis, ostenderunt. **97** Qui vero principi ita supplicarunt, fuere, Basilius Ancyranus, Sylvanus Tarsensis, Sophronius Pompeiopolitanus, Pausinicus (1) Zelorum, Leontius Comanorum (2), Callicrates Claudiopolitanus, Theophilus Castabalenus, et alii. Imperator libello supplici accepto, responsum eis non dedit, sed illud tantum dixit: ego contentionis studium odi, concordiæ autem assectatores unice amplector et colo. » Quod dictum ubi ad aliorum quoque aures pervenit, intentionem contentionis laxavit, et ut imperatoris consilium succederet, effecit. Altercationis namque studium, eorum qui Acacii auctoritatem sequebantur, ei semper opiniones suas ad principum arbitrium aperte accommodabat, deprehensum est. Nam cum Meletium Antiochiæ episcopum apud imperatorem, qui tum ibi erat, in magno pretio esse viderent, cum eo collocuti, ut rursum Antiochiæ synodus celebraretur, effecere. Meletius autem is fuit, qui paulo ante ab eis sejunctus, ad τοῦ ὁμοουσίου consubstantialis professionem accesserat. Itaque concilio Antiochiæ Syrorum coacto, Nicænam fidem, ut scilicet citra controversiam ὁμοούσιος Consubstantialis Patri Filius diceretur, stabiliunt atque confirmant. In ea synodo fuere, divus, quem diximus, Meletius Antiochenus antistes, Eusebius Samosatenus, Pelagius Laodiceæ Syrorum, Acacius Cæsareæ Palæstinæ, Irenion Gazæ, Athana-

(1) Socrates habet, *Pasinicus*.

(2) Zela et Comana, oppida Cappadociæ. Vide.

sius Ancyræ, per Orphitum et Aetium presbyteros, Titus Bostrensis, Theotimus Arabum, Lucianus Arcorum, atque alii plures (1) episcopi, viri insignes. Ea re acta, ad imperatorem quoque quæ decreverant ad hunc modum scripsere : « Piissimo, Dei amantissimo Domino nostro Joviniano, Victori, Augusto, quæ Antiochiæ episcoporum ex diversis provinciis convenit synodus. Quod pietas tua, princeps, ecclesiasticam pacem et concordiam conciliare studuerit, et ipsi probe novimus, Dei amantissime imperator. Quod vero et caput ejuscemodi unionis esse formam veræ et rectæ fidei eadem bene perceperit, et id quoque non ignoramus. Quapropter ne et nos inter eos recenseamur, qui dogmata veritatis adulterando depravant, ad pietatem tuam referimus, **98** nos dudum celebratæ sanctæ Nicænæ synodi fidei professionem recipere, atque tenere. Et quod in ea quibusdam peregrinum et insolens videtur esse verbum ὁμοούσιον, consubstantiale, id nos, certam a patribus accepisse dicimus interpretationem. Significat id enim, ex substantia Patris Filium esse genitum, et similem esse substantia Filium Patri. Neque enim quasi perpessio quæpiam, in ineffabili generatione intelligitur : neque juxta usum aut consuetudinem aliquam Græcorum, substantiæ verbum accipitur. Sed ad Arium, qui ex non exsistentibus nobis Filium impie producere ausus est, evertendum, id usurpatur. Quemadmodumet nunc qui exorti sunt ἀνόμοιοι, hoc est, dissimiles, graviore adhuc audacia et temeritate ad ecclesiasticam concordiam pessumdandam, impudenter feruntur. Relationi autem huic nostræ etiam subjunximus exemplum ipsius Nicænæ fidei, ab ipsis qui eam promulgarunt episcopis editæ: quam sane et complectimur. Est autem talis: Credimus in unum Deum patrem omnipotentem: et reliqua ipsius formulæ, sine mutatione omni, ita ut convenit, allegata. Atque episcopi quidem qui Antiochiæ convenerant, hæc decreverunt, disertis verbis Nicænam fidem confirmantes.

στικὴν εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν. Ὅτι σου καὶ πρώτη A πρεσβεύειν ἐσπούδαχεν ἡ εὐσέβεια, εὖ ἴσμεν καὶ αὐτοὶ, θεοφιλέστατε βασιλεῦ· ὅτι δὲ κεφάλαιον τῆς τοιαύτης ἑνότητος τῆς ἀληθοῦς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως καλῶς ὑπείληφας τὸν χαρακτῆρα, οὐδὲ τοῦτο ἀγνοοῦμεν. Ἵνα τοίνυν μὴ μετὰ τῶν παραχαρασσόντων τὰ δόγματα τῆς ἀληθείας τετάχθαι νομιζώμεθα, ἀναφέρομεν τῇ σῇ εὐλαβείᾳ, ὅτι τῆς ἁγίας συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ πάλαι πρότερον συγκροτηθείσης τὴν πίστιν, καὶ ἀποδεχόμεθα καὶ κατέχομεν· ὁπότε καὶ τὸ δοκοῦν ἐν αὐτῇ τισι ξένον ὄνομα, τὸ τοῦ ὁμοουσίου φαμὲν, ἀσφαλοῦς τετύχηκε παρὰ τοῖς Πατράσιν ἑρμηνείας· σημαινούσης ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ἐγεννήθη, καὶ ὅτι ὅμοιος κατ' οὐσίαν τῷ Πατρί. Οὔτε δὲ ὡς πάθους τινὸς περὶ τὴν B ἄῤῥητον γέννησιν ἐπινοουμένου, οὔτε κατά τινα χρῆσιν Ἑλληνικὴν λαμβάνεται τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας· εἰς ἀνατροπὴν δὲ τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων περὶ τοῦ Υἱοῦ ἀσεβῶς τολμηθέντος Ἀρείῳ· ὥσπερ καὶ οἱ νῦν ἐπιφωτήσαντες Ἀνόμοιοι ἔτι θρασύτερον καὶ τολμηρότερον ἐπὶ λύμῃ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁμονοίας ἀναισχύντως παῤῥησιάζονται. Συνετάξαμεν δὲ τῇδε ἡμῶν τῇ ἀναφορᾷ καὶ τὸ ἀντίγραφον τῆς αὐτῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ ὑπὸ τῶν συγκροτηθέντων ἐπισκόπων τεθείσης· ἣντινα καὶ ἀγαπῶμεν. Ἔστι δὲ αὕτη· Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα· καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ μαθήματος, ἀπαραλλάκτως ὡς χρεὼν εἰρημένα. » Καὶ οἱ μὲν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντες ἱερεῖς τοιάδε ἐπεψηφίσαντο αὐτοὶ; ῥητοῖς τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν κυρώσαντες.

CAPUT XLI.

De sancto Athanasio, ut ab exsilio revocatus, in magno honore apud Jovinianum fuerit, et res ecclesiarum Ægyptiarum denuo cum potestate administrarit.

Tum vero et Athanasius cleri Alexandrini episcopus, de amicorum consilio Antiochiam profectus cum imperatore fuit : atque ibi rebus quas oportuit ei suggestis, Alexandriam rediit. Sunt autem qui dicunt, ab imperatore potius eum evocatum esse, ut illi quæ de religione agenda essent, exponeret. Et cum ibi res Ecclesiæ rite constituisset, et certa apud imperatorem fidei fundamenta jecisset, domum revertisse. Qui autem Antiochiæ Arianorum hæresi præfuit Euzoius, ut D opinionis suæ ex eunuchis quidam nomine Probatius Ecclesiæ Alexandrinæ præficeretur, maximo studio contendit. Atque eam ob causam Euzoii suasu Alexandrinus quidam **99** Lucius, presbyter a Georgio creatus, apud imperatorem, Athanasium vehementer criminando detulit, quod temporibus superioribus in episcopatu suo semper reus actus, et a prioribus imperatoribus exsilio ut seditionis

ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ὡς τῆς ἐξορίας ἀνακληθεὶς, διὰ τιμῆς πλείστης τῷ Ἰοβιανῷ ἐγένετο· καὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐκκλησιῶν αὖθις ἐγκρατὴς κατέστη.

Τηνικαῦτα δὲ καὶ Ἀθανάσιος τοῦ κλήρου τῶν Ἀλεξανδρέων προεστηκὼς, τισὶ τῶν οἰκειοτάτων συμβούλοις χρησάμενος, κατὰ τὴν Ἀντιόχου γενόμενος, τῷ βασιλεῖ συγγίνεται· καὶ τὰ περὶ ὧν ἐχρῆν ὑποθέμενος, ἀνεχώρει αὖθις. Εἰσὶ δὲ οἳ φασιν, ὡς ὁ βασιλεὺς μᾶλλον αὐτὸν μετεστείλατο, ὅσα δὴ πρακτέα τῇ θρησκείᾳ εἰσηγησόμενον. Καὶ δὴ τὰ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν καλῶς διαθέμενος, καὶ τὸ τῆς πίστεως ἀσφαλὲς ἑδράσας τῷ βασιλεῖ, νόστου ἐμέμνητο. Ὁ δὲ τῆς Ἀρειανῶν θρησκείας; ἐν Ἀντιοχείᾳ προεστὼς Εὐζώϊος; τῆς ἴσης πίστεως σπουδὴν ἐποιεῖτο πλείστην, κἀπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τῶν τινα εὐνούχων προεστηκέναι· Προβάτιος ἦν ὄνομα τῷ εὐνούχῳ. Καὶ δὴ τοῖς περὶ Εὐζώϊον εἰσηγησαμένοις Ἀλεξανδρεύς τις Λούκιος πρεσβυτέρου ἀξίαν ἡμφισμένος ἐκ τῶν Γεωργίου χειρῶν ἐς βασιλέα εἰσήγετο· πλείστά τε Ἀθανάσιον ἐβλασφήμει, ὡς δεῖ γραφὰς ὑπομένων τοῖς πρώην χρόνοις, ὑπερόριος τοῖς πρὸ αὐ-

(1) Eorum nomina sunt apud Socrat. lib. III, cap. 25.

τοῦ βασιλεῦσιν ἐκρίνετο, καὶ ὡς ἅτε ἐκ στάσεως καὶ διχονοίας αἴτιον, ἕτερον εἰσάγεσθαι τῇ Ἀλεξάνδρου ἐδεῖτο ἐπίσκοπον. Ὁ δὲ βασιλεὺς, οὐκ ἠγνόει γὰρ ὅσα αὐτῷ μοχθηρῶς οἱ ἐξ Ἀρείου ἐφρόνησαν, ἥκιστα ταῖς κατηγορίαις προσέθετο· ἀμέλει τοι καὶ Λούκιον ἐκέλευεν ἡσυχῇ καθῆσθαι· Προβάτιον δὲ καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν εὐνούχους, ὡς αἰσίους γε τῶν τοιούτων καθεστηκότας θορύβων, προσέταττε σωφρονίζεσθαι. Τὸν δ' Ἀθανάσιον τῇ τότε συνουσίᾳ καὶ ἀστειότητι φίλον ἄριστον ποιησάμενος, ἐπ' Αἴγυπτον ἔπεμπε, τὰς ἐκκλησίας καὶ τὸν ἐκεῖσε λαὸν ᾗ ἐδόκει κελεύσας παιδεύειν. Πλεῖστα δέ φασιν ἐπαινέσαι τὸν ἄνδρα τοῦ τε βίου καὶ ἀρετῆς ἕνεκα, καὶ τῶν λόγων, σὺν θαυμαστῇ φρονήσει καλλυνομένων, καὶ τοῖς ἐκείνῳ περὶ τὴν θρησκείαν ὁριζομένοις ἐγγράφως.

ΚΕΦΑΛ. ΜΒ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συνόδου, ἧς τὸν ὅρον ὁ πολὺς Ἀθανάσιος τῷ βασιλεῖ διεπέμψατο· καὶ ὡς ἡ ἐν Νικαίᾳ πίστις πολὺν χρόνον πολεμηθεῖσα, εἰς τὴν προτέραν κατάστασιν ἦλθεν.

Καὶ τὰ μὲν τοῦ χρησμοῦ τοιαῦτα· τοῦ δὲ Χαλκηδονέων τείχους λυομένου, οἱ τῆς Κωνσταντίνου καὶ Βιθυνοὶ, οἵ τ' ἐκ τῆς Νικομήδους καὶ Νικαεῖς, ἱκέται τοῦ βασιλέως ἐγίνοντο, μὴ τὰ Χαλκηδόνος τείχη οὕτω μὲν στερρότητος, οὕτω δὲ μεγέθους ἔχοντα, ἐπικενῆς παραλύειν. Ὁ δὲ καίπερ περιοργὴς ὤν, μόλις μὲν, ὅμως τὴν πρεσβείαν ἐδέχετο. Τῷ δ' ὅρκῳ ἀφοσιούμενος τὸ εἰκὸς, ἅμα τε λύειν, ἅμα τι ἀνοικοδομεῖν, ἑτέροις βραχυτέροις λίθοις τὴν οἰκοδομὴν ἤγειρεν· ὃ καὶ εἰς πέρας ἦγετο. Ἀλλὰ περὶ τοῦ Χαλκηδονέων τείχους τάδε συνέβη. Μετὰ δὲ τὸν κατὰ Προκόπιον πόλεμον χάλαζα μεγίστη οὐρανόθεν ἠνέχθη, λίθοις μεγάλοις ἐξεικασμένη· σεισμοί τε κατὰ διαφόρους τόπους ἐξαίσιοι ἐπεγένοντο· οἱ μάλιστα τῶν ἄλλων, Νικαίᾳ τῇ Βιθυνῶν ἐλυμήναντο, πάμπαν αὐτὴν καταστρέψαντες. Ἔτος δ' ἦν τοῦτο δωδέκατον μετὰ τὴν τῆς Νικομηδείας καταστροφήν. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἕτερος σεισμὸς ἐπιγενόμενος, τὰ ἴσα Γέρμῃ τῇ ἐν Ἑλλησπόντῳ ἐποίει. Ἦσαν δὲ ἄρα ταῦτα τεκμήρια τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ταραχῆς. Τήν τε γὰρ χάλαζαν καὶ τοὺς σεισμοὺς πολλοὶ κατὰ θεομηνίαν ἔφασκον γενέσθαι βασιλεῖ· ὅτιπερ πολλοὺς τῶν ἱεραῖσθαι λαχόντων ὑπερορίους ἐποίει· ἄλλους δὲ ποιεῖν ἔμελλε, μὴ τὰ ἴσα Εὐδοξίῳ αἱρουμένους φρονεῖν. Ἃ δὴ γενόμενα οὐδεμίαν ἀναστολὴν ἐποίει Εὐδοξίῳ, οὔτε μὴν βασιλεῖ. Σπουδὴν δ' ἐποιοῦντο τοὺς μὴ ὁμοφρονοῦντας ἀπηνῶς ἐλαύνειν. Καὶ πολλοὶ μὲν τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν φεύγειν κατεδικάζοντο· μόνοι δὲ θείᾳ προνοίᾳ δι' ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν ἄγευστοι φυγῆς μεμενήκεσαν. Βασίλειός τε ὁ μέγας τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ ἐκκλησίας ἡγεμονεύων, καὶ Γρηγόριος ὁ τηνικαῦτα τῆς Ναζιανζοῦ προεστὼς, πολίχνης εὐτελοῦς ἄγχιστα τῆς Καισαρέων διακειμένης· περὶ ὧν μικρὸν ὕστερον διαλήψομαι.

(1) Ὑδραγωγόν. (Socrat.)
(2) Julii, Joviano et Lucino coss. Socr. lib. IV, cap. 10.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Περὶ Ἐλευσίου τοῦ Κυζίκου, καὶ Εὐνομίου· ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἀγελίου τοῦ ἐπισκόπου τῶν Ναυατιανῶν.

A

CAPUT V.

De Eleusio Cyziceno et Eunomio; item de Agelio Novatiano episcopo.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Οὐάλης τηνικαῦτα τῷ κατὰ Προκοπίου πολέμῳ ἐνευτυχήσας, κατὰ τῆς Ἐκκλησίας αὖθις ὡπλίζετο, πᾶσαν θρησκείαν Ἀρείῳ ἐπίσης φρονεῖν μάλα ἐκβιαζόμενος· μάλιστα δὲ ὑπερφυῶς κατὰ τῶν ἐν Λαμψάκῳ συνελθόντων ἐπρίετο· οὐ μόνον ὅτι τοὺς Ἀρειανίζοντας τῶν ἐπισκόπων ἀπώσαντο, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν Ἀριμίνῳ τῆς πίστεως ἔκθεσιν ἀπεκήρυξαν. Καὶ δῆτ' ἐκ Νικαίας ἀπάρας, καταλαμβάνει τὴν Νικομήδειαν. Ἐκεῖθεν δὲ πέμψας, ἄγει παρ' ἑαυτῷ τὸν Κυζίκου Ἐλεύσιον, ὃς τῇ Μακεδονίου γνώμῃ μᾶλλον προσέκειτο· καὶ σύλλογον Ἀρειανιζόντων ἐπισκόπων ἀθροίσας, κοινωνεῖν ἐκείνοις τῆς πίστεως ἐβιάζετο· ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα γενναίως εἶχε καὶ ἀνδρείως ἀντέτεινε τὴν κοινωνίαν ἀπαγορεύων· ὡς δ' ὑπερόριον ποιεῖν καὶ τὰ προσόντα οἱ ἀφαιρεῖσθαι ἠπείλει, δείσας, ἐκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ τὸ προσταχθὲν εἰς πέρας ἦγε τῷ βασιλεῖ. Καὶ εὐθὺς μεταμέλῳ ἐχρῆτο, καὶ ἐπὶ Κυζίκου γενόμενος, ἐκκλησιάζει τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ἁμαρτίαν παῤῥησίᾳ ἐξήγγελλε· προσετίθει γε μὴν καὶ ἕτερον ἐπίσκοπον ἐκκαλεῖσθαι· ἑαυτῷ γὰρ μὴ προσήκειν τοῦ λοιποῦ ἱερᾶσθαι, τὴν σφετέραν πίστιν προδεδωκότα. Εὖνοι δὲ τὰ μάλιστα αὐτῷ ὄντες Κυζικηνοί, τὴν γὰρ ἐκείνου πολιτείαν κατάκρως ἠδοῦντο, ἕτερον ἱερέα οὐχ εἵλοντο, οὔτε μὴν ἑτέρῳ παρεχώρουν τῆς Ἐκκλησίας· ὑπ' αὐτῷ δὲ ἦσαν ταττόμενοι τῆς οἰκείας δόξης μετατιθέμενοι οὐδαμῶς. Ὡς δὲ ταῦτ' Εὐδόξιος ἔγνω, τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως ἐν Κωνσταντινουπόλει προεστηκώς, χειροτονεῖ αὐτοῖς τὸν Εὐνόμιον· ᾤετο γὰρ δεινὸν ὄντα λέγειν, θᾶττον μεταπείσειν Κυζικηνοὺς, πειθοῖ τινι δαιμονίᾳ πρὸς τὴν σφετέραν ἑφελκύσασθαι δόξαν. Ἔτει δὲ εἰς Κύζικον ἦκεν Εὐνόμιος, προστάγματι βασιλέως τῶν μὲν ἐκκλησιῶν ἐκράτησε, τοῦ Ἐλευσίου ἐξελαθέντος· οἱ δ' ἐκείνῳ πειθόμενοι, ἔξω τειχῶν γενόμενοι, πρὸ τῆς πόλεως τὰς συναγωγὰς ποιούμενοι ἐκκλησίαζον. Ἀλλὰ περὶ μὲν Εὐνομίου καὶ τῆς ἐπωνύμου τούτῳ αἱρέσεως μικρὸν ὕστερον κατὰ χώραν ἐρῶ· οὐ μόνον δὲ Μακεδονιανοὶ, ἀλλὰ καὶ οἱ τὸ δόγμα τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων πρεσβεύοντες τῶν ἴσων κακῶν κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπειρῶντο. Ἐπίσης δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ τὰ Ναυάτου φρονοῦντες, ἅτε δὴ καὶ οὗτοι τῇ τοῦ ὁμοουσίου δόξῃ προσκείμενοι· ὧν δὴ καὶ τὰς ἐκκλησίας ἀφαιρεῖσθαι ἐκέλευε βασιλεύς· τοὺς δὲ ἄλλους ἀποκλείειν οὐκ εἶχεν· ἤδη γὰρ ἐκ πολλοῦ ἀφεῖλε Κωνστάντιος. Τὸν δ' ἐπίσκοπον ἐκείνων Ἄγέλιον, ὃς ἀπὸ τῶν Κωνσταντίνου χρόνων τῆς τῶν Ναυατιανῶν Ἐκκλησίας ἡγεῖτο, καὶ ὑπερόριον ἐποιεῖτο· ἐλέγετο δὲ οὗτος, ὡς Σωκράτει δοκεῖ, θαυμασίως βιοῦν. Τό τε γὰρ ἐν φιλοσοφίᾳ μέγιστον ἐκέκτητο, κτήσεως ἁπάσης καὶ χρημάτων ἐλεύθερος ὤν· καὶ ἡ ἀγωγὴ τὸν ἐργάτην ἐδείκνυ· ἐνὶ γὰρ χιτωνίσκῳ σκεπόμενος

Imperator Valens, bello contra Procopium prospere gesto elatus, adversus ecclesiam rursus arma paravit, vim religionibus omnibus, ut se Arii dogmati accommodarent, inferens. Maxime vero contra eos qui Lampsaci conventum egerant, frendebat, quod non modo Arianis episcopis dignitatem abrogassent, sed etiam fidei formulam Arimini promulgatam damnassent. Et Nicæa profectus, Nicomediam venit, atque eo Eleusium Cyzici episcopum ad se accivit, qui Macedonii sententiæ magis addictus erat. Congregatoque Arianorum episcoporum cœtu, ut cum illis eamdem communemque fidem complecteretur, imperavit. Porro Eleusius primum generose et fortiter illorum communionem aspernatus restitit : ubi autem imperator exsilium ei bonorumque publicationem minatus est, metu percutsus, libens quidem, sed non libenti animo, quod imperator jussit, fecit. Verum confestim pœnitentia ductus, cum Cyzicum venisset, apud multitudinem in conventu publico peccatum suum propalam est confessus : illud insuper addens (1), ut alium sibi sacrorum deligerent antistitem; sibi enim deinceps episcopatum gerere, quod fidem suam prodiderit, minus convenire. **118** Cyziceni autem, quod summa eum complecterentur benevolentia, et conversatione ejus maximopere delectarentur, episcopum alium non receperunt, neque alii Ecclesiam regendam : sed ipsi Eleusio subditi, sententiam permiserunt suam minime mutare. Quod ubi Eudoxius Arianæ sectæ Constantinopoli præfectus cognovit, episcopum illis ordinavit Eunomium. Putavit namque fore, ut is eloquentia sua brevi per felicem quamdam persuadendi vim Cyzicenos demulsos ad opinionem suam pertraheret. Et postquam Eunomius Cyzicum venit, ecclesias quidem, Eleusio imperatoris jussu expulso, vacuas recepit, plebs autem, Eleusio obsequens, extra urbem conventus agebat. Sed de Eunomio et ejus hæresi suo loco paulo post dicam. Verum enimvero non modo Macedoniani, sed etiam Nicænum dogma comprobantes Constantinopoli eisdem afflicibantur malis : neque eo minus etiam Novatiani, qui et ipsi consubstantialis professionem complectebantur; quapropter eis quoque ecclesias adimi imperator præceperat. Alios præterea, quos excluderet, non habebat; antea enim dudum Constantius hæreticis reliquis ecclesias eripuerat. Agelium quoque episcopum, qui a Constantini temporibus, ad eum usque diem, Novatianorum ecclesiis præerat, in exsilium Valens egit. Qui sane, quemadmodum Socrati videtur, admirandam egit vitam. Nam in eo, quod in philosophia

(1) Et simul de vi sibi illata conquestus. Socr. lib. IV, cap. 6.

maximum est, fuit : possessiones enim nullas neque quidquam pecuniæ habuit. Et vitæ ejus institutum id maxime declaravit. Unica enim veste contentus fuit, et evangelicis decretis insistens, calceamentis usus non est. Cæterum non multo post, ab exsilio revocatus, ecclesias suas recepit, et libere in eis conventus egit. Quod ut fieret, Marcianus quidam effecit, vir vita simul et doctrina admodum spectatus, qui dudum quidem suum in imperatoria aula obtinuerat locum, tum autem apud Novatianos in presbyterorum ordinem cooptatus, imperatoris filias Anastasiam et Carosam grammaticæ præcepta docebat, sub quarum nomine publica lavacra Constantinopoli Valens construxit. **119** Ejus viri gratia Novatianorum ecclesiæ, ad breve tempus clausæ, rursum sunt apertæ. Sed ne eo quidem pacto prorsus ab Arianorum turbis fuere immunes : qui eis infensi

A διετέλει, τοῖς ὅροις τοῦ Εὐαγγελίου στοιχῶν, καὶ ὑποδημάτων δίχα διόλου ἐβάδιζεν. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον μετακληθείς, τὰς ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας κατίσχε, καὶ ἀδεῶς ἐκκλησίαζε. Πρόξενος δὲ τούτων αὐτῷ Μαρκιανός τι ἐγένετο, ἀνὴρ βίῳ καὶ λόγῳ θαυμασίως συζῶν· ὃς πάλαι μὲν ἐν τοῖς ἀνακτόροις στρατείας ἐπείληπτο· τότε δ' ἱεράσθαι λαχὼν Ναυατιανοῖς, τὰς βασιλέως θυγατέρας, Ἀναστασίαν καὶ Καρῶσαν, λόγους γραμματικοὺς ἐξεπαίδευεν· ὧν καὶ τὰ δημόσια λουτρὰ τῇ Κωνσταντίνου κατασκευασθέντα Οὐάλης ἐποίει. Αἰδοῖ τοίνυν τἀνδρὸς πρὸς ὀλίγον αἱ τῶν Ναυατιανῶν ἐκκλησίαι κλεισθεῖσαι αὖθις ἠνοίγοντο· οὐ μέντοι καὶ οὕτω τῆς ἐκ τῶν Ἀρειανῶν ταραχῆς παντάπασιν ἦσαν ἐλεύθεροι· διὰ μίσους γὰρ ἦσαν αὐτοῖς, ὅτιπερ τοὺς τὸ

B δόγμα τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως ὑπερασπίζοντας ἠγάπων σφόδρα καὶ ἔστεργον, καίπερ κατ' ἄλλην δόξαν πλεῖστα διαφερόμενοι.

propterea erant, quod Nicænæ fidei dogmatis defensores valde amarent et complecterentur, aliis opinionibus plurimum ab illis dissidentes.

CAPUT VI.

De Macedonianis, et τοῦ ὁμοουσίου, consubstantialis, cultoribus, et de legatione piorum Romam missa.

Eudoxio et popularibus ejus adversus eos qui sincere Nicænam colebant fidem conatus probe succedere visi sunt. Nam in maxima ditionis Valentis parte, et potissimum in Hellesponto, Thracia, Bithynia atque aliis in circuitu vicinis et ulterioribus etiam terris, neque ecclesiis jam illi

C præfuere, neque episcopos suos habuere. Macedonianis autem, qui permulti in regione ea rectam jam consectantes sententiam erant, non minus infesti, inhumaniter et ipsos sunt persecuti. Atque isti propter imminentia mala oppido in angustum redacti, alii ad alios per urbes legatos misere : et tandem ad fratrem Valentis Romam sibi confugiendum, et cum Liberio potius, cujus fidei professionem amplectebantur, quam cum Eudoxio communicandum esse statuere. Itaque Eustathium

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Περὶ τῶν Μακεδονιανῶν καὶ τῶν φρονούντων τὸ ὁμοούσιον· καὶ περὶ τῆς εἰς Ῥώμην πρεσβείας τῶν εὐσεβῶν.

Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀκραιφνῶς τὴν ἐν Νικαίᾳ σέβοντας πίστιν παρὰ τοῖς περὶ Εὐδόξιον κατορθοῦσθαι ἐδόκει τὸ σπουδαζόμενον· τῷ γὰρ πλείστῳ μέρει τῆς ἐπικρατείας Οὐάλεντος, καὶ μάλιστα ἀνά τε τὸν Ἑλλήσποντον καὶ Θρᾴκην καὶ Βιθυνίαν, καὶ ἔτι τὰ κύκλῳ τούτων καὶ προσωτέρω, οὔτε ἐκκλησιῶν ἦρχον· ἀφῃρημένοι δὲ καὶ τῶν ἱεράσθαι τούτους λαχόντων ἦσαν. Πρὸς δὲ τοὺς τὰ Μακεδονίου φρονοῦντας, πολλαπλάσιοι γὰρ ἦσαν ἀνὰ τόδε τὸ κλίμα οὗτοι τῶν ὀρθὰ φρονεῖν ᾑρημένων, χαλεπαίνοντες τούτοις σφόδρα, ἀπανθρώπως ἐδίωκον. Οἱ δὲ τῶν ἐπικειμένων κακῶν τῷ δέει στενοχωρούμενοι, πρὸς ἀλλήλους κατὰ πόλεις διαπρεσβευόμενοι, δεῖν ἐδοκίμαζον ἐπί τε τὸν ἀδελφὸν Οὐάλεντος καταφεύγειν εἰς Ῥώμην, Λιβερίῳ τε κοινωνεῖν, ἢ τοῖς περὶ Εὐδόξιον (*a*).

Sebastiæ, cui aliquoties adempta fuerat dignitas, et Sylvanum Tarsi Ciliciæ, atque Theophilum Castabalorum (1) episcopos Romam legarunt, eisque mandarunt ut ne cum Liberio de fide contenderent, sed potius cum Romana communicarent Ecclesia, ac consubstantialis professionem comprobarent. Illi cum litteris eorum, qui ab aliis Seleuciæ segregati fuerant, in Italiam pervenere, atque ibi imperatorem Valentinianum, propterea quod in Gallia (2) contra Sauromatas bellum gereret, non viderunt. Cum autem Liberio epistolas quas secum attulerant offerrent, recipere is eas renuit, Arianos eos esse, nec ab Ecclesia sua agnosci posse, qui Nicænam abolevissent fidem, dicens. Cui illi responderunt, se per legitimam pœnitentiam ad veritatis cognitionem rediisse, sententiam τοῦ ἀνομοίου abjecisse, et Filium per omnia Patri similem professos esse : **120** nihilque ab ὁμοουσίου, consubstantiali, κατὰ πάντα ὅμοιον, hoc est, per omnia similem, differre. Quibus verbis auditis, Liberius professionem eorum in scriptum relatam ab eis exegit. Atque illi libellum ei, in quo etiam Nicænam fidem inseruerunt, obtulerunt. Epistolas quidem, quas secum Smyrna ex Asia et ex Pisidia, Isauria, Pamphylia et Lycia, ubi conventus egerant, attulere, propter prolixitatem hic non apposui. Libellus autem, quem Eustathius cum collegis suis Liberio dedit, sic habet :

(1) Ciliciæ hæc civitas est. (Socr.)

(2) Ecclesiasticæ historiæ scriptores videntur Gallos et Germanos pro eadem gente habuisse. In Gratiani rebus infra Almanorum nomen reperitur, et Germaniæ uno atque altero loco.

(a) Hic deficit textus Græcus hujus capitis et duodecim sequentium.

CAPUT VII.

Ὁμολογία τῶν πρέσβεων, Λιβερίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης ἐνθεῖσα.

Confessio legatorum Liberio episcopo Romano exhibita.

« Domino fratri et collegæ Liberio, Eustathius, et Sylvanus, Theophilus salutem in Domino. Ad evitandas insanas hæreticorum, qui non desinunt Ecclesiæ catholicæ offendicula creare, suspiciones, et ad earum causam et occasionem omnem præcidendam, synodi Lampsaci et Smyrnæ, et aliis variis in locis ab orthodoxis et recte sentientibus episcopis celebratæ decreta profitentes, apud bonitatem tuam, et universos Italiæ totiusque Occidentis episcopos legatione fungimur, et litteras afferimus catholicam nos fidem servare, quæ in sancta Nicæna synodo, sub beato Constantino imperatore, a trecentis decem et octo Patribus promulgata atque confirmata, hactenus in statu suo inviolata atque immota duravit, atque in perpetuam duratura est : in qua τὸ ὁμοούσιον, consubstantiale, rite pieque contra Arii improbitatem est constitutum. Fidemque eam nos una cum eis quos diximus episcopis et servasse, et usque ad finem servaturos esse, manibus ipsi nostris profitemur; condemnantes Arium, impiamque doctrinam sectatoresque ejusdem, necnon omnem Sabellii, Patripassianorum, Marcionis, Photini, Marcelli, ipsiusque Pauli Samosateni hæresim, doctrinamque eorum, necnon omnes eis assentientes; et si quæ præterea sunt aliæ sectæ sanctæ fidei, quæ pie atque catholice Nicææ a sanctis Patribus composita atque promulgata est, adversæ et contrariæ, anathemate quoque in primis ferientes formulam Arimini lectam, Nicænæ scilicet fidei prorsus repugnantem. Cui quidem formulæ Nica Thraciæ allatæ, nonnulli dolo malo et perjurio circumventi, Constantinopoli per errorem subscripserunt. Est autem fides nostra, atque eorum quorum nomine legatione fungimur, ista : Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, visibilium et omnium invisibilium factorem. Et in unum unigenitum Deum, Dominum nostrum Jesum Christum, Filium Dei, ex Patre, hoc est, ex substantia Patris genitum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, quæque in cœlo sunt, quæque in terra. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, et incarnatus, et homo factus, et passus est. Et resurrexit tertia die, et ascendit in cœlos, venturus inde ad judicandum vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Qui autem dicunt, fuisse aliquando tempus cum non fuerit, quodque priusquam genitus sit, non fuerit, et quod ex non exsistentibus factus sit, aut ex alia substantia vel subsistentia, vel mutationi et alterationi obnoxium Filium Dei esse, anathemate jugulat catholica et apostolica Ecclesia. Ego vero Eustathius, episcopus Sebastiæ urbis, et Theophilus, et Sylvanus, Lampsacenæ, Smyrnensis aliarumque synodorum legati, hanc fidei professionem manibus nostris voluntateque nostra scripsimus. Quod si quis præter hanc fidem, contra nos aut eos a quibus missi sumus, aliquid criminis intendere voluerit, ad quoscunque sanctitati tuæ visum fuerit episcopos, nos atque illos cum sanctitatis tuæ litteris remitte : ut cum apud eos ipsos judices causa dicatur, tum in eum qui criminis convictus fuerit, legitime animadvertatur.

121 CAPUT VIII.

Ἐπιστολὴ Λιβερίου τοῖς ἐν τῇ Ἑῴᾳ ἐπισκόποις πεμφθεῖσα.

Epistola Liberii, episcopis orientalibus missa.

Hoc libello veluti quodam pignore sibi obligatos Liberius ad communionem admisit, ac deinceps cum hujusmodi litteris eos dimisit : « Dilectis fratribus et collegis, Hythio, Cyrillo, Hyperechio, Heroni, Elpidio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, Eortasio, Neoni, Eumathio, Faustino, Procto, Passinico, Arsenico, Severo, Didymioni, Britannio, Callicrati, Damabio, Ædesio, Eustochio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paulo, Marcello, Heraclio, Alexandro, Adolio, Marciano, Sthenelo, Joanni, Macari, Charisio, Sylvano, Photino, Autho, Antonio, Celso, Euphranori, Milesio, Patricio, Severiano, Eusebio, Eumolpio, Athanasio, Diophanto, Minodoro, Diocli, Chrysampelo, Eugenio, Eustathio, Callicrati, Arsenio, Eugenio, Martyrio, Hieratio, Leontio, Philagrio, Lucio, et universis episcopis Orientalibus orthodoxis, et rectam fidem sectantibus, Liberius episcopus Italiæ, et reliqui Occidentis episcopi salutem perpetuam in Domino. Optatissimum nobis pacis et concordiæ gaudium litteræ vestræ, fidei lumine refulgentes, fratres dilecti, attulerunt, quas nobis reverendissimi fratres et episcopi Eustathius, Sylvanus atque Theophilus reddiderunt. Atque eo maxime nomine, quod sensum et persuasionem fidei vestræ, cum tenuitatis meæ atque Italicorum Occidentaliumque episcoporum omnium sententia, concordare confirmarunt et asseverarunt. Atque eam ipsam novimus catholicam et apostolicam esse fidem, quæ ad Nicænam usque synodum integra atque immota servata est : quam etiam Patres Nicæni cum ingenti lætitia, non solum sermone, verum etiam scriptura intercedente, ut vestigium et scintillam omnem absurdæ opinionis exstinguerent, sunt professi. Ejus exemplar necessario hisce litteris subjiciendum esse duximus, ne

postea locus et opportunitas hæreticis ad struendas fidei insidias relinquatur : quibus illi improbitatis suæ igniculos excitantes, discordiæ incendia more suo dilatare solent. Eustathius sane, Sylvanus atque Theophilus, fratres nostri reverendissimi, nobis vestro nomine receperunt, dilectionem vestram non minus atque ipsos fidem ejusmodi semper et antea servasse, et ad finem usque servaturam esse, in Nicæna videlicet urbe a trecentis decem et octo episcopis orthodoxis et recte sentientibus comprobatam. Quæ quod certam perfectamque complectitur veritatem, ora hæreticorum omnium omnia obstruit atque evertit. Non casu enim fortuito, sed divino prorsus nutu, contra Arii insaniam tantus episcoporum numerus est coactus, quanto scilicet numero beatus ille Abraham tot hostium millia fide debellavit. Ea fides cum in subsistentia et nomine τοῦ ὁμοουσίου, consubstantialis, consistat, perinde atque munitissima quædam et inexpugnabilis arx, impressiones et machinas malignas Arianæ perfidiæ omnes, ita uti decet, contemnit. Et quamvis episcopi Occidentales prope omnes Arimini convenerint, cum ibi concilium Arianorum coegisset vecordia, ut insidiosa quadam suasione, seu quod verius est, profana auctoritate et potentia, id quod in fidei formula tutissimum certissimumque positum fuerat, abolerent, aut oblique negarent, nihil tamen ea profuit calliditas. Nam omnes fere qui tum Arimini inescati atque fraude decepti fuerant, nunc resipiscentes, cum anathemati eorum qui ibi conventum egere, fidei formulam subjecerunt, tum universali et apostolicæ fidei, quæ Nicææ decreta est, subscripserunt. Et nobiscum communicantes, ardentioribus etiam animis contra Arii doctrinam et discipulos ejus feruntur. Quam rem ita deprehensam esse, ubi oratores etiam vestri cognoverunt, in subscriptione sua vos quoque addiderunt, et Arium, et quæ a sectatoribus ejus Arimini contra Nicænam fidem acta sunt, anathemate jugulantes. Quibus sane actis, vos etiam jurisjurandi sacramento fraudulento circumventi, subscripsistis. Quapropter convenire nobis visum est, ut ad dilectionem vestram scriberemus, et justa petentes adjuvaremus, præsertim cum ex legatorum vestrorum asseveratione, Orientales vos resipuisse, et cum Occidentalibus recte sentientibus consentire intellexerimus. Scribimus ergo vobis, ut noritis cum Ariminenses blasphemias, quæ tum per surreptionem sunt ab auctoribus earum magno Ecclesiæ detrimento subintroductæ, **122** anathemati subjectas, tum Occidentales universos in Nicænam fidei professionem conspirasse. Quamobrem per vos id omnibus indicari oportet, ut qui vi quadam seducti atque læsi sunt, tandem a tenebris hæreticis ad divinum catholicæ libertatis lumen reverti possint. Si qui vero deinceps venenum perfidiæ respuere, et Arii blasphemias omnes abolere anathematique subjicere noluerint, Arii, ejusque sectatorum, et cæterorum serpentium Sabellianorum, Patripassianorum, atque aliarum hæresium se complices, ab ecclesiastica communione et conjunctione exclusos et alienos esse, quæ adulterii filios non admittit, sciant. Deus vos incolumes servet, fratres dilecti. » Illisce litteris Eustathius et collegæ ejus acceptis, in Siciliam trajecerunt. Et postquam ibi Siculorum episcoporum synodus, eorum instinctu celebrata, atque ipsi τοῦ ὁμοουσίου, consubstantialis, fidem professi sunt, Nicænamque formulam auctoritate sua confirmarunt, acceptis ibi quoque ejusdem sententiæ litteris, *ad eos qui* se legaverant, sunt reversi. Atque *illi redditas ibi* litteras Liberii, ad urbes quasque *per oratores* ad consubstantialis fidei propugnatores misere, cohortantes eos, ut consentientibus animis Tarsi Ciliciæ convenirent, ad fidem Nicænam comprobandam, et quæ postea exortæ sunt, nugas abolendas. Et factum id forte esset, nisi qui plurimum apud imperatorem valebat, obstitisset, Eudoxius videlicet, Arianæ religionis præfectus, qui synodo ea indicta magis etiam commotus, majora illis intulit detrimenta. Quod vero Macedoniani per oratores suos cum Liberio communicarint, et fidem Nicænam approbarint, Sabinus ipse in synodalium Actorum collectaneis est confessus.

CAPUT IX.

Περὶ τῶν ἐν Τυάνοις καὶ Καρίᾳ συνόδων.

De synodis Tyanæ et in Caria coactis.

Eodem tempore concilium Tyanæ ab Eusebio Cæsareæ Cappadociæ, Athanasio Ancyræ, Pelagio Laodiceæ, Zenone Tarsi, Paulo Emesæ, Otreio (1) Melitinæ, Gregorio Nazianzi, aliisque multis episcopis, qui τοῦ ὁμοουσίου, consubstantialis, verbum servandum esse Antiochiæ, Joviniano imperante, decreverant, celebratum. Lectæ ibi Liberii et Occidentalium episcoporum litteræ, quas secum legati Lampsaco Romam missi attulerant. Quamobrem gaudio exsilientes, ad universas scripserunt Ecclesias, ut decreta Asiaticorum episcoporum et Liberii, Italorum, Afrorum, Gallorum occidentalium legerent epistolas : et tantum ipsis consentientium numerum, qui longe Ariminense concilium superabat, considerarent, et ad sententiam communionemque eorum accederent : necnon ut eis ejusdem se esse sententiæ litteris ipsi suis rescriberent. Scripserunt præterea, ut ad diem constitutum

(1) Mentio hujus etiam fit in quadam Theodosii constitutione, in C. Theodosiano lib. ult. t. *Episcopis*, De fide catholi.

verno adhuc tempore Tarsum Ciliciæ convenirent. Sedenim dum sic de Tarsensi synodo cogenda agitur, triginta et quatuor fere Asiani episcopi Antiochiæ in Caria convenientes, studium quidem ecclesiasticæ concordiæ sarciendæ laudarunt : ὁμοουσίου, consubstantialis, vero nomen repudiantes formulam fidei Antiochiæ et Seleuciæ compositam, A veluti quæ Luciani martyris esse crederetur, et a majoribus eorum periculo et sudore multo comprobata esset, confirmarunt. Imperator autem, Eudoxio annitente, synodum in Cilicia celebrari institutam prohibuit, edictis ea de causa et comminationibus publice propositis.

CAPUT X.

Περὶ τοῦ τηνικαῦτα γενομένου διωγμοῦ· καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ὡς αὐτὸς μόνος οὐκ ἐξηλάθη τοῦ θρόνου.

De ea quæ tum grassata est persecutione : et de sancto Athanasio, ut is solus sede sua non sit ejectus.

123 Provinciarum quoque præsidibus sigillatim mandavit, ut ex ecclesiis eos deturbarent episcopos, qui sub Constantio exauctorati, dignitatem pristinam sub Juliano recepissent. Per ejusmodi jussionem Ægyptii etiam magistratus Athanasium ecclesiis simul et urbe Alexandrina ejicere contenderunt. Non levis enim pœna imperiali inserta erat edicto, quod præfectis omnibus, et qui sub eorum signis et potestate essent militibus et senatoribus, cum ingentis pecuniæ multa, corporis quoque coercionem denuntiabat. At Christianus populus conveniens præfectum rogavit, ut episcopum causa non satis deliberata non exigeret, sed accuratius litterarum imperialium sententiam perpenderet, quæ eos tantum proscriberet, qui sub Constantio exsulare jussi, sub Juliano ab exsilio reversi essent. Athanasium porro sub Constantio quidem exsilii causa solum vertisse dicebant, atque ab eodem reductum atque in episcopatum suum restitutum esse : Julianum autem, cum omnes ab exsilio revocaret, unum hunc persecutum fuisse, quem tandem Jovinianus restituerit. Hæc cum dicerent, neque præfecto persuaderent, restitere tamen, et vim fieri non permisere. Cæterum cum vulgus undique confluereret, et turba ingens atque tumultus, adeo ut seditio exspectaretur, in urbe esset : præfectus rem eam imperatori significavit, Athanasium ibi manere permittens. Et diebus pluribus exactis, seditio ea sopita jam esse videbatur, cum Athanasius vesperi urbe egreditur, et in prædio quodam latitat. Ægypti autem præfectus, et copiarum militarium quæ ibi erant dux intempesta nocte in ecclesiam, ubi ille domicilium suum habebat, venit, et in habitaculis etiam superioribus diligenter eum quærit : sed opinione sua frustratus, re infecta abit. Existimaverat enim, quod plebs tandem prioris motus, quo excitata fuerat, oblita esset, et somnum omnes carperent, facile se imperatoris imperata exsecuturum, et urbem sine seditione pacatam conservaturum esse. Sedenim præfectus, et qui cum eo erant, quod Athanasium non invenissent, valde sunt admirati. Sive enim divini Numinis indicio, seu hominum aliquorum denuntiatione secesserit, eodem res recidit. Quod enim tam necessario tempore insidias sibi structas præviderit et vitarit, consilii esse visum est, quod captum humanum excederet. Alii vero dicunt, eum, quod vulgi insanum motum præsenserit, et simul veritus sit, si quid inde detrimenti provenisset, ne ipse auctor mali ejus esse videretur, toto eo tempore (1) in paterno monumento delituisse. Atque ille quidem sic profugit et latuit. Non longe autem post imperator litteris suis eum revocavit, et ecclesiam obtinere jussit. Scriptum hoc præter animi sententiam Valentem edidisse opinor, vel quod Athanasii gloriam secum ipse reputaret, ac reprehensionem ejus rei a Valentiniano, qui Nicænum decretum profitebatur, exspectaret : vel quod motum eorum qui plurimi illum laudabant, ne per novarum rerum studium respublica aliquid detrimenti caperet, suspectum haberet. Opinor quoque Arianæ hæresis antesignanos, ita ut par erat, non admodum jam in ejus viri proscriptionem urgendam incubuisse : illud perpendentes, si urbe ejiceretur, fore ut rursum imperatoribus molestus fieret, occasionemque ex ea re illos compellandi haberet, Valentemque in sententiam suam adduceret, Valentinianum autem sibi consentientem ad iram etiam commoveret. Plurimum namque eum metuerunt, virtutem ejus in rebus quæ sub Constantio acciderant, experti. Adeo enim tum quoque inimicorum consilia et insidias propulerat, ut ei illi non gravate ecclesiis in Ægypto cederent, et ea de causa ipse, vix Constantii litteris acquiescens, ex Italia rediret. Causam quidem, quamobrem Athanasius non itidem ut alii ex ecclesia pulsus sit, hanc esse conjicio. Alii vero episcopi tantum non persecutione, quæ illis par esset, quæ ab idololatris excitata fuerant, sunt expetiti. Exsilia enim et deportationes in eos qui non eadem cum Valente sentirent, decernebantur, et sacræ ædes iis quidem adimebantur, aliis autem committebantur. Ægyptus vero dum Athanasio vita suppetebat, malorum ejusmodi immunis et expers fuit.

(1) Mensibus quatuor. (Socrat.)

CAPUT XI.

Ως διηρέθησαν οἱ Ἀρειανοὶ καὶ Εὐνομιανοί· καὶ περὶ Εὐνομίου καὶ Ἀετίου· καὶ ὅσα κατὰ τῆς ὀρθοδόξου ἐνεωτέρισαν πίστεως.

Ut Ariani et Eunomiani per dissidium sint sejuncti : et de Eunomio et Aetio, et quæ ii contra orthodoxam fidem novarum rerum studio sint conati.

124 Sub idem tempus Eunomius ab Eudoxio A Arii sententia permansisse. Postquam vero Cyzici
recessit, et seorsim suos sibi conventus egit, propterea quod cum sæpius, ut præceptor ipsius Aetius in gratiam et communionem reciperetur, Eudoxium rogasset, id impetrare non potuerit. Non ideo autem Aetium aversatus est Eudoxius, quod hæresim ejus exosam haberet, quam scilicet maxime deprædicabat, sed quod omnes qui cum Eudoxio consentiebant ab Aetio utpote diversam ab eo doctrinam tenente abhorrerent. Atque hæc ipsa causa fuit, cur inter Eudoxium et Eunomium discessio fieret. Porro Aetius vehemens et acer Arianæ hæresis assertor et propugnator fuit, arte sophistica bene instructus. Eamdem autem hæresim magis etiam discipulus ejus Eunomius defendit, vir, quod Rufinus ait, et corpore et anima B leprosus, atque intra et extra morbo regio infectus (1), ipse quoque arte dialectica præpotens. Hæresim ejus quidam ab ejus nomine appellant. Alii τῶν ἀνομοίων, hoc est, dissimilium, vocant. Sunt auctores quidam, qui Eunomium istum primum ausum fuisse dicunt instituere, ut divinus baptismus mersione una perageretur : et eam quæ ab apostolis per manus accepta hodie quoque ubique servatur, traditionem adulterare, et ritum alium in ecclesia Cyzicena, accuratiore sanctioreque gravitate novitatem suam obtegentem, invenisse. Fuit autem, sicuti dictum est, et Sozomenus testatur, cujus verba ascribere libet, ad orationes scribendas non ineptus, contentioso dis- C putandi genere et syllogismis gaudens : quales sectatores ejus adhuc multos videre est. « Non tam enim illi vitam honestam, mores sanctos et benignam erga egenos misericordiam, si eadem cum ipsis sentiant, quam si quis contentiose disserere, et syllogismis atque ratiocinationibus vincere videatur, laudant. Tales namque pietate majore supra omnes esse existimantur : sicuti Theophronius Cappadox et Eutychius, sectæ hujus studiosi, qui obtinentis hujus imperii tempore (2), seipsos ab Ecclesia rescindentes, cum in aliis rebus ex Eunomii opinionibus, tum in sacro baptismo res novas induxerunt, non in Trinitatem, sed in Christi mortem baptizandum esse docentes. Eunomium sane aliqui dicunt nihil hac in re D novasse, sed quemadmodum ab initio cœperat, in

Arii sententia permansisse. Postquam vero Cyzici episcopus factus esset, a clero eum suo, quod nova institueret dogmata, accusatum esse. Eudoxium porro, qui tum Constantinopoli Arianæ hæresi præfuit, illum accersivisse, atque ut verba ad populum de doctrina sua faceret, ei permisisse. Et cum nihil in eo damnasset, eum ut Cyzicum rediret cohortatum esse : illum vero dixisse, se de cætero cum eis qui se suspectum haberent, futurum non esse, prætextumque eum discessionis suæ obtendisse : cum revera causa illa esset, quod præceptorem suum Aetium receptum non esse ægre ferret : hominemque in cœpto suo perseverasse, et nihil de priore opinione sua mutantem privatum vixisse. Et hæc quidem alii ad hunc modum, alii vero aliter tradunt. Sedenim sive Eunomius seu alii quidam traditionem baptismi innovarunt, soli illi periculosa ista ratione divini baptismi expertes mihi e vita excessisse videntur. Si enim ipsi ab initio recepta consuetudine baptizati, primum seipsos rebaptizare non potuerunt, aut quod in ipsis non accidit, primi introduxerunt : quodque neque ipsi per se habuere, neque per alios accepere, id in alios contulerunt : cum super initio et fundamento quod subsistere nequeat (3), suaque ipsorum arrogantia, dogma hoc instituerunt : tum quæ ipsi non acceperunt, aliis tradiderunt, quod sane stultum ac stolidum est. Illud enim sua etiam ipsorum confessione constat, qui ipse baptismi sacris initiatus non sit, eum alios baptizare non posse : qui vero traditionis eorum more baptizatus non sit, eum pro non baptizato ab eis haberi, ut qui non legitime sacramento eo initiatus sit. Testantur hoc ipsimet, dum quoscunque in sententiam suam pertraxere, etiamsi antea statis catholicæ Ecclesiæ cæremoniis tincti sint, rebaptizant. Quæ novitas non parum religionem turbavit, et Christianismum suscipere volentibus propter dogmatum dissensionem valde obstitit. De Eunomio porro et Aetio illud addere libet, Eunomianæ hæresis auctorem primum Aetium Syrum fuisse : et **125** qui juxta Arii sententiam Filium Patri inæqualem, creatumque esse, et ex non exsistentibus exstitisse decrevit. Et qui opinionem eam approbarunt, Aetiani prius sunt dicti. Cum autem, quemadmodum antea diximus, quidam

(1) Sozom. lib. VI, cap. 26.

(2) Theodosii Junioris imperium intelligendum, ad quem Historiam suam ecclesiasticam scripsit Sozomenus, cujus ea sunt verba lib. VI, cap. 26. Socrates propterea Eunomium Cyzico Constantinopolim ad Eudoxium reversum esse et cum eo mansisse dicit, quod Cyziceni non ferentes ampullosam ejus loquentiam, hominem urbe exegerint. In prolixitate enim orationis ejus et multiloquio ingens fuit sententiarum penuria. Et cum longos conscripsisset in epistolam Pauli ad Rom. commentarios, tamen is scopum Pauli pertingere et assequi non potuisse dicitur. Lib. IV, c. 9.

(3) Eodem argumento uti temporibus nostris possemus, in refutandis eis qui manus aliis imponere audent, cum eam potestatem non habeant, et consecrati prorsus non sint.

Filium Patri ὁμοούσιον, consubstantialem, quidam ὁμοιούσιον, æqui substantialem, dicendum esse assererent : et Imperatori tum placitum esset, ut de Ariminensis concilii sententia, Filius Patri ὅμοιος, æqualis, crederetur : Aetius quidem, ut qui blasphemus in Deum esset, exsilio est mactatus : hæresis autem ejus quodammodo ad tempus soluta jacuit, quod neque alius quispiam, qui alicujus esset nominis, neque ipse Eunomius (1) propalam et libere de ea disserere auderet. Cæterum ubi is A Cyzicenam ecclesiam pro Eleusio gubernandam accepit, conquiescere omnino non potuit, et in concionibus ad populum Aetii opinionem rursus in medium produxit. Atque ut fieri solet, cum homines primum hæreseos istius auctorem ignorarent, Eunomianos sectatores ejus cognominarunt, propterea quod post Aetium dogma hoc Eunomius renovavit, et majore audacia, quam qui id primum tradiderat, defendit.

CAPUT XII.

Περὶ τῆς αἱρέσεως τῶν Ἀπολλιναρίων, τοῦ τε πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ· καὶ ὅπως εἰς τὴν οἰκείαν ἐξέκλιναν αἵρεσιν.

De hæresi Apollinarium patris et filii, et quomodo in suam declinarint hæresim.

Apollinares duos fuisse, patrem et filium, antea diximus. Et pater quidem presbyter, filius autem lector fuit : uterque Græcis disciplinis valde eruditus. Pater grammaticus, filius rhetor insignis. Pater Alexandriæ ortus, aliquandiu Beryti litteras docuit. Laodiceæ vero matrimonio contracto, filium Apollinarem progenuit. Intima eis cum Epiphanio præclaro sophista amicitia fuit. A quo ut sejungerentur, ne Theodotus quidem episcopus Laodicensis auctoritate et interdicto suo obtinere potuit. Permultos hi et utiles Ecclesiæ edidere libros, sicuti antea a nobis est dictum. Deinde vero in hæresim nominis sui fœde sunt prolapsi. Nam Apollinaris filius, multis ab Ecclesia abductis, suos sibi conventus egit, sociumque constituendi dogmatis sui Vitalem accepit Antiochenum, ex eorum C numero qui Meletii Ecclesiam frequentabant, presbyterum, virum nemini illustri vitæ et morum sanctitate cedentem (2), et eorum qui fidei ejus commissi fuerant curandorum perquam studiosum, eaque de causa a populo egregie cultum et veneratum. Paulo post enim, cum a communione Meletii discessisset, Apollinari se conjunxit, sectatoribusque ejus Antiochiæ præfuit, vitæ reverentia non exiguam plebis partem addictam sibi habens : qui etiam nomine ab eo accepto, Vitaliani usque ad Theodosii junioris imperium ab Antiochenis sunt vocati. Dicitur autem hoc fecisse dolore impulsus : perinde atque a Flaviano, qui postea sedem Antiochenam accepit, tum autem presbyter D cum illo erat, despectus, et quominus familialiter cum episcopo esse posset, impeditus fuisset. Quod namque ea re diminutam esse famam suam putaret, hominum more, dolore eo victus, ad Apollinarem se contulit, et cum eo communicavit, amicitia ejus in primis usus. Ex eo tempore in aliis quoque urbibus sub episcopis suis conventus habuere, et ritus ab Ecclesia catholica alienos celebravere : præter receptas sacras cantilenas, B numerosa etiam carmina quædam ab ipso Apollinari inventa decantantes. Nam is præter eruditionem reliquam in poetica quoque varii generis versibus componendis excelluit. Qua ille oblectatione multis, ut sibi adhærerent, persuasit. Et viri in compotationibus manuumque **126** laboribus, mulieres quoque in lanificio suo carmina ejus psallebant. Ad studii enim et laborum laxamentum, ad dies festos, et ad res alias, prout tempus fert, poemata elaboravit, quæ ad laudem Dei pertinent omnia. Hanc hæresim latius serpere, cum primus urbis Romæ episcopus Damasus et Petrus Alexandrinus cognovissent, coacto Romæ concilio, alienam esse ab Ecclesia universali statuerunt. Apollinaris etiam ipse itidem propter animi imbecillitatem, dogmate suo instituendo, res novas molitus esse dicitur, hujusmodi de causa. Athanasius Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus, sub Constantio in exsilium actus, cum in Ægyptum redire jussus esset, et per Laodiceam iter faceret, cum Apollinari, quod amicissimus ei esset, familiariter versatus est. Quod autem, qui diversa erant secta, commercium et communionem ejus veluti jurisjurandi sacramento abnegatam aversarentur, inter quos et Georgius Laodicensis episcopus fuit : Apollinarem is eo nomine ab Ecclesia exclusit, tanquam contra canones et sacras constitutiones cum Athanasio fuisset. Et cum criminis loco id ei objecit, tum rationem etiam et pœnam veterum atque pœnitentia oblitteratorum erratorum cum convicio ab eo exegit. Cum namque Theodotus ante eum adhuc Laodicensem Ecclesiam regeret, maxime tum pollens Epiphanius sophista hymnum in Bacchum recitaverat, quo præceptore juvenis etiamnum Apollinaris utebatur. Recitationi ei is cum patre sibi cognomine grammatico insigni affuit. Atque ubi Epiphanius orationem eam exorsurus, sicuti eis qui specimen aliquod talium studiorum exhibent, mos est, non initiatos et profanos

(1) Ad declarandam ineptam et improbam Eunomii impietatem et vaniloquentiam Socrates verba ejus ista profert : Deus de sua ipse substantia nihil amplius, quam nos, novit : neque ea magis illi, quam nobis, est perspecta. Sed quod de ea nos scimus, idem et ipse prorsus scit : et rursus quod ille novit, id in nobis quoque similiter omnino reperias. Ut supra.

(2) Sozom. lib. VI, cap. 25.

exire et procul esse jussisset : neque Apollinaris, neque ejus pater, neque etiam alius quispiam qui ibi aderant Christianorum, ex auditorio secessit. Id postquam rescivit Theodotus episcopus, moleste tulit. Et aliis quidem ex populo aliquatenus objurgatis, gratiam delicti fecit : Apollinarim vero utrumque cum eis propalam peccatum objecisset, ab Ecclesia segregavit. Erant enim clerici, pater quidem presbyter, filius vero sacrarum Scripturarum adhuc lector. Intercesserat aliquid temporis, et eos, postquam lacrymis et jejuniis crimen admissum pœnitentes abolevissent, Theodotus rursum in gratiam recepit. Ubi autem Georgius episcopatum est adeptus, et Apollinaris cum Athanasio familiariter fuit, quemadmodum diximus, excommunicatum cum Ecclesia exegit. Atque ille sæpe Georgium dicitur, ut in communionem reciperetur, deprecando obsecrasse. Verum ubi id illi non persuasit, mœrore correptus Ecclesiam turbavit, et dogmate novo hæresim suam introduxit, quoad potuit : compositis arte orationibus, inimicum ulciscens, et quod se in sacrarum Litterarum doctrina illo præstantiorem exauctorasset arguens. Ad hunc modum scilicet privatæ clericorum, tempore quolibet, inimicitiæ, maximo Ecclesiam detrimento affecere, et religionem in sectas multas dissecuere. Id inde satis liquet. Si enim itidem ut Theodotus, Georgius quoque pœnitentem Apollinarim suscepisset, hæresis quæ ab eo nomen habet, ut ego quidem puto, non exstaret. Ingenia namque hominum si despici se videant, arrogantem audaciam concipiunt, et contendendi studio res novas moliuntur. At si id quod æquum est consequuntur, ad moderationem se dant, et sorte sua contenti sunt (1).

127 CAPUT XIII.

Ὡς Βασίλειος καὶ Γρηγόριος ἄμφω ἀντιῤῥήσεις κατὰ Εὐνομίου καὶ Ἀπολλιναρίου ἔγραψαν· καὶ τίνα ἦσαν ἃ ἐδογμάτιζον.

Ut Basilius et Gregorius uterque libros refutatorios contra Eunomium et Apollinarium scripserint : et quæ istorum hæreticorum fuerint opiniones.

Eunomium, quod diximus, eadem cum Aetio sentire negari non potest (2). Nam et ipse Aetium præceptorem jactat, et id in scriptis ipse suis aperte testatur. Apollinarem vero etiam accusans Gregorius Nazianzi episcopus, in epistola quadam ad Nectarium Constantinopolitanæ Ecclesiæ præsidem, hæc scribit : « Et detrimentum quidem nostrum, quod in sinu nostro fovemus, Eunomius minime eo quod alicujus nominis sit, contentus est : verum nisi omnes una secum in perniciem pertrahat, jacturam id esse judicat. Sedenim toleranda hæc quidem sunt. Quod autem in Ecclesiæ calamitatibus censeo longe gravissimum, Apollinaristarum est impunitas. Quos nescio quomodo sanctitas tua negligit, concionandi conventusque cogendi licentiam æqua nobiscum potestate et dignitate sibi ipsi usurpantes. Tu quidem, qui per omnia prorsus juxta Dei gratiam in divinis eruditus es mysteriis, non tantum quæ ad patrocinium et defensionem Dei verbi spectant, sed ea etiam quæ ab hæreticis adversus seniorem fidem excogitata sunt, tenes. Attamen non importunum fuerit, a tenuitate mea magnificentiam tuam audire aliquid. Incidi in Apollinaris libellum, qui omnem hæreticam improbitatem longe superat. Asseverat enim, carnem juxta salutis nostræ administrationem ab unigenito Filio naturæ nostræ transmutandæ gratia, non adventitiam (3) susceptam esse, sed a principio carnalem illam naturam in Filio fuisse. Atque perperam acceptum dictum quoddam evangelicum tanquam testimonium tantæ absurditati prætendit, dicens : *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui e cœlo descendit, Filius hominis* [1]. Ita ut priusquam descenderit, ipse *Filius hominis* fuerit : et descenderit, suam illam deferens carnem, quam in cœlo habuerit antesæcularem et consubstantiatam (4). Et rursus apostolicam aliam profert vocem : secundum hominem e cœlo esse. » Deinde instituit hominem illum qui e cœlo venerit mentem non habere, sed divinitatem Unigeniti naturam mentis adimplere, ut quæ (5) pars tertia humanæ coagmentationis sit facta, anima et corpore humanitus circa eam existentibus, mente illis decollante, et verbo Dei locum ejus obtinente. Atque equidem nondum hoc grave est spectaculum. Verum illud omnium longe gravissimum, quod ipsum unigenitum Deum, judicem omnium, auctorem et ducem vitæ, et vastatorem mortis, mortalem instituit : ita ut passionem ille in divinitate sua susceperit, et in triduana illa mortificatione corporis, simul etiam ea cum corpore commortua, et sic a Patre rursum a morte resuscitata sit. Reliqua quæ importunitati tantæ ille adjicit, longum esset recensere. Opiniones sane Apollinaris et Eunomii quales fuerint, ex iis quæ dicta sunt, quilibet cognoscet. Et ut facilis con-

[1] Joan. III, 13.

(1) In Græco Nicephori exemplari integer hic sexternio defuit. Delectum eum juxta capitum annotationem ex aliis ecclesiasticis scriptoribus explevi.

(2) Sozom. lib. VI, cap. 27.

(3) *Μὴ ἐπίκτητον.*

(4) Legendum in Græco συνουσιωμένην pro συνωσιωμένην.

(5) Μέρος τοῦ ἀνθρωπίνου συγκρίματος τὸ τριμέριον ψυχῆς τε καὶ σώματος κατὰ τὸ ἀνθρώπινον περὶ αὐτὴν ὄντων.

jectura est, permultos illi ab Ecclesia universali in eorum sententiam pertraxissent, nisi Basilium et Gregorium Cappadoces adversarios invenissent, qui ex professo multa adversus eos scripsere. Theodosii præterea, quod paulo post secutum est, imperium conatus eorum repressit. Nam duces ipsos hæresium ex frequentibus et populosis orbis partibus in solos locos relegavit. Obstitere etiam insuper illis ejus ætatis monachi. Mordicus namque Nicæna retinuere decreta, qui in Syria et Cappadocia finitimisque locis monasticam sunt philosophati. Et regio ea quæ a Cilicia ad Phœniciam usque tendit, ne in hæresim Apollinaris transiret, periclitabatur. Ab Eunomio autem, ne inficerentur populi a Cilicia et monte Tauro ad Hellespontum et Constantinopolim usque metus erat. Non difficile enim utrique erat, finitimis quoque eorum, apud quos versabantur, ut sententiam suam sequerentur, persuadere. Idem sane et Arianis contigit. Vulgus enim, monachorum, quos recensuimus, virtutem et opera admiratum, cum ipsos recte sentire credidit, tum aliter opinantes propter suspicionem impuræ et adulterinæ doctrinæ aversatum est : sicuti Ægyptii, monachos suos sequentes, Arianos pro hostibus habuere.

128 CAPUT XIV.

Περὶ τῆς αἱρέσεως τῶν Ἀνθρωπομορφιτῶν καὶ τῶν Μασσαλιανῶν· ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν Ναυατιανῶν· ὅτι καὶ οὗτοι εἰς πολλὰ διῃρέθησαν διὰ τὴν μετάθεσιν τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς.

De hæresi Anthropomorphitarum et Massalianorum : præterea de Novatianis, quod et jam ii in multas sectas sint divisi propter feriarum Paschæ mutationem.

Ea ætate Audæus quoque quidam, et genere et lingua Syrus, fuit novorum dogmatum inventor. Quæ enim mala dudum parturierat, aliquando tandem peperit. Primum namque cum perperam illud intellexisset, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, Deum humana esse forma opinatus est, eumdemque corporalia membra habere existimavit : sacræ Scripturæ sententiam non satis assecutus, quæ divini Numinis operibus humanarum partium vocabula tribuit, quandoquidem eo modo, qui res subtiliores percipere et audire nequeunt, facilius consilium Dei intelligunt. Addidit deinde ad impietatem eam consimilia alia. A Manente enim id mutuatus, conditorem universitatis hujus Deum neque ignem neque tenebras creasse docuit. Verum hæc quidem, et quæcumque sunt ejusmodi, qui factionis ejus sunt, celant. Dicuntur autem a publicis Ecclesiæ conventibus segregari, propterea quod nonnulli pecuniam apud nos exsecrando fenore locent, nonnulli cum mulieribus extra, non ut lex postulat, conjugii consuetudinem habentes impie vivant. Qui vero a talibus rebus sint alieni, libere cum eis communicare. At ideo illos suo quodam more ab aliis separatos vivere constat, quod dogmatum suorum occultent blasphemiam et impietatem. Porro ficta hæc et assimulata sanctitas arrogantiæ est plena, quæ scilicet a doctrina Pharisæorum provenerit. Nam et illi animarum simul et corporum medicum accusarunt, ad sanctos apostolos dicentes : *Cur cum publicanis et peccatoribus cibum sumit magister vester* [1] ? Et per prophetam de talibus hominibus dicit Deus : *Qui dicunt, Purus sum, ne me attigeris, iste fumus furoris mei est* [2]. Sedenim amentiam istorum refellere temporis istius non est. Proinde ad reliqua commemoranda progrediamur. Eodem tempore etiam Massalianorum (1) pullulavit hæresis. Εὐχήτας, hoc est *precatores*, hos cognominant, qui eam vocem in Græcum transtulere sermonem. Habent autem aliud quoque cognomen, ex re ipsa natum : Ἐνθουσιασταί enim, hoc est Numine afflati nominantur, dæmone quopiam vim in eis suam exercente, quam rem Spiritus sancti præsentiam esse opinantur. Qui vero in hoc vitio perfecti sunt, manuum opus omne et laborem perinde atque improbitatem aversantur. Itaque somno dediti, somniorum visiones et phantasias prophetiam vocant. Istius hæresis duces fuere Dadoes, Sabbas, Adelphius, Hermas et Symeones, atque præterea alii. Qui quidem se ab ecclesiastica communione non abstinuerunt, nihil prorsus vel prodesse vel obesse divinum escam dicentes. De qua Dominus Christus inquit : *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, vivet in æternum* [3]. Morbum autem eum supprimere sedulo conantur, et eumdem etiam convicti impudenter pernegant : et illis qui in eadem sunt opinione, quam ipsi animo complectuntur, Ecclesia interdicunt. Letoius sane Melitinensem gubernans Ecclesiam, vir divino ardore spectatus, cum multa monasteria seu potius prædonum speluncas contagione morbi ejus corripi videret, eas incendit, et lupos ab ovium grege depulit. Iidem et præclarissimus ille Amphilochius, qui metropolim Lycaoniæ fidei suæ creditam rexit, et gentem universam gubernavit, ubi pestem talem eo pervenisse cognovit, eam ejecit : et greges qui ab eo pascebantur, clade ea liberavit. Porro et Flavianus, celebri fama vir, postquam Antiochiæ episcopus est factus, et id genus homines Edessæ versari cognovit, veneno suo finitimos inficientes, monachorum sodalitate quadam ad eos missa, Antiochiam eos pertraxit, et ægritudinem suam

[1] Matth. IX, 11. [2] Isa. LII, 11. [3] Joan. VI, 55.

(1) Massalianorum istorum, qui et Euchitæ sive Enthusiastæ dicuntur, mentio fit, l. Arianis, ut supra

pernegantes ad hunc modum in crimine ipso deprehendit. Accusatores enim eorum falsa per calumniam deferre, et testes mendacia proferre dixit. Adelphium autem admodum jam senem blande compellans, assidere sibi jussit : Et nos, inquit, o senex, qui jam vitam prope exegimus, certius cum humanam naturam perspeximus, tum adversariorum dæmonum cognovimus molitiones, reipsa quoque gratiæ subministrationem perdidicimus. Juvenes autem isti, qui harum rerum accuratius nihil intelligunt, sermones spirituales audire non sustinent. Quapropter mihi dicite, quomodo vos perhibetis cum spiritum adversarium cedere, tum Spiritus sancti gratiam advenire? Verbis hisce senex demulsus, venenum omne suppressum evomuit, et nullam utilitatem ex **129** divino baptismo ad eos qui eo uterentur, pervenire dixit. Solam autem orationem sedulam dæmonem in animis habitantem ejicere. Unumquemque enim qui nascatur hominem a primo parente, sicuti naturam, ita dæmonum quoque servitutem trahere. Quibus precatione sedula exactis, deinceps Spiritum sanctum advenire, præsentiam suam, ita ut sentiatur et conspiciatur, indicantem, corpusque ab affectionum seu perpessionum metu liberantem, et animam ab inclinatione ea quæ in deterius fert, ita vindicantem, ut postea neque abstinentia et jejunio corpus castigante, neque doctrina quæ frenos nobis injiciat, et composite ambulare doceat, sit opus. Et cui ita Spiritus sanctus obveniret, eum non solum a corporis titillationibus liberari, verum etiam clare futura prævidere, et Trinitatem divinam oculis suis cernere. Hoc pacto divus Flavianus putido effosso fonte, et impio nudato latice, ad infelicem illum senem inquit : Inveterate dierum malorum, redarguit te os tuum, non ego : et labia tua testimonium perhibuerunt contra te. Et peste illa in apertum prolata, Syria sunt exacti, et Pamphyliam commigrantes, eam quoque clade impleverunt. Atque hæc quidem de absurdis istis et ineptis hæresibus sint dicta. Eodem tempore Novatiani (1) quoque Phrygiam incolentes, Paschæ diem festum mutavere. Id porro exponam, ubi primum dixero, quamobrem Phryges et Paphlagones Ecclesiæ eorum tam firmiter retineant hujusmodi sanctiones. Novatus presbyter propterea ab ecclesia Romana discessit, quod Cornelius episcopus eos ad communionem admiserat, qui in persecutione ab imperatore Decio excitata, diis sacrificaverant. Hanc ipsam ob causam segregatus, et a consentientibus sibi episcopis ad episcopatum evectus, omnibus ubique Ecclesiis scripsit, ne ad mysteria percipienda eos qui sacrificassent admitterent : sed ipsos quidem ad pœnitentiam cohortarentur, Deo autem veniæ concessionem permitterent, qui solus facultatem haberet et posset noxas remittere. Ejusmodi litteras in provinciis degentes homines cum accepissent, sententiam earum et judicium ad mores suos accommodabant. Ut enim ille significavit, non admittendos esse ad mysteria, qui post baptismum peccatum in mortem admisissent : aliis quidem acerba et inhumanis canonis hujusmodi visa est esse sententia, alii autem, quod justum et ad vitam moresque corrigendos accommodatum esse censerent decretum, suscepere (2). De quo cum per quæstionem ambigeretur, aliæ Cornelii episcopi supervenere litteræ, gratiam delicti etiam illis annuntiantes, qui post baptismum peccassent. Ad hunc modum cum utrique contraria inter se per epistolas scriberent, et quæ dicebant divinarum Litterarum oraculis obfirmarent, pro moribus quisque suis eam comprobabat sententiam, ad quam antea etiam inclinatus magis fuerat. Qui enim delinquere et peccare libenter soliti erant, ejuscemodi veniæ concessione tum accepta, per reliquum deinde vitæ tempus ea in delictis omnibus utebantur. Gens porro Phrygum populis aliis temperantior moderatiorque esse videtur. Perraro enim Phryges jurant. Et iracundia quidem apud Scythas et Thraces dominatur : libidini et concupiscentiæ Orientales populi magis inserviunt : Paphlagonum autem et Phrygum gens ad neutrum rerum istarum propensa est. Neque enim *ludi Circenses* neque spectacula nunc apud eos exhibentur. Quapropter illi atque item alii ejusdem sententiæ mihi magis inclinare videntur ad ea quæ a Novato præscripta sunt. Præcipuum namque apud illos tanquam piaculum et abominatio est fornicatio. Et sane Phryges et Paphlagones moderate magis, quam alias quascunque hæreses, vivere videmus. Eamdem causam esse opinor eis etiam qui in occidentalibus partibus habitant, et Novati decreto parent. Porro Novatus etiamsi propter exactius vitæ genus suam sibi sectam instituit, non ille tamen quidquam de Paschæ festo die mutavit. Semper namque, sicuti Occidentales partes facere solitæ erant, et ipse Pascha celebravit. Pascha autem illæ semper agunt jam inde ab initio, ex quo Christiani sunt facti, post æquinoctium. Hic postmodum sub Valeriano principe, qui persecutionem adversus Christianos concitaverat, martyrio vitam finiit. Qui vero ejus nomine in Phrygia censentur, ab institutis et communione ejus cum sibi ipsis indulgentes degenerassent, hoc tempore paschale quoque festum mutarunt. Concilio enim in Pazo vico, ubi Sangaris amnis **130** fontes sunt, coacto, pauci quidam et obscuri per Phrygiam Novatianorum episcopi statuerunt, Judæorum azyma observanda et cum eis Pascha celebrandum esse. Hæc sibi renuntiata esse Socrates (qui hoc loco non abhorrere se a Novatianorum institutis palam præ se fert) a sene quodam

(1) Socr. lib. IV, cap. 28.

(2) *Hæc ex Socr.* excerpta, quem Novatianæ hæresis sectatorem Nicephorus esse censuit.

scribit (1), qui se presbyteri filium fuisse dixit, quocum Synodo ei interfuerit. Cum quidem eo non convenerint vel Agelius Constantinopoli Novatianorum episcopus, vel Maximus Nicææ, vel etiam Nicomediæ aut Cotyæi (2) (urbs ea Phrygiæ est non incelebris) episcopi, a quibus tum maxime Novatianorum religio est administrata. Hæc sic tum acta. Postea vero Novatianorum ecclesia propter eam synodum in partes discessit : sicuti suo loco dicemus.

CAPUT XV.

Ὡς, Εὐδοξίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως τελευτήσαντος, οἱ Ἀρειανοὶ Δημόφιλον προεβάλλοντο· οἱ δὲ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας Εὐάγριον, Εὐσταθίου τοῦ Ἀντιοχείας τοῦτον χειροτονήσαντος· καὶ ὅσα ἐπὶ τούτοις συνέβη.

Ut Eudoxio Constantinopolitano episcopo mortuo, Ariani Demophilum, Catholici autem Evagrium, Eustathio Antiocheno episcopo hunc ordinante elegerint ; et quæ his acciderint.

Sed ut historiam persequamur (3), eo unde digressi sumus, revertendum nobis est. Imperator Valens Constantinopoli solvens, Antiochiam ad Orontem adire properavit. Et cum Nicomediam pervenisset (4), ibi hac de causa restitit. Eudoxius Arianæ sectæ episcopus statim post discessum imperatoris Constantinopoli vita defunctus fuerat, consulatu Valentiniani et Valentis tertio, cum quidem clavum Ecclesiæ Constantinopolitanæ annis undecim rexisset. Ejus in locum Ariani surrogarunt Demophilum quemdam. Professores autem ὁμοουσίου, consubstantialis, commodum se tempus, ut sedem episcopalem recuperarent, nactos esse rati, Evagrium suæ factionis presbyterum episcopum designarunt. Cui manus imposuit Eustathius, episcopus aliquando Antiochenus, qui a Joviniano quidem ab exsilio non ita pridem fuerat revocatus, tum autem Constantinopoli privatus latebat, ut sua saltem præsentia ὁμοουσίου, consubstantialis, professores confirmaret. Ita factum, ut Ariani persecutionem adversus nostros renovarent. Ea res postquam est ad principem delata, veritus ille ne seditione et tumultu civitas turbaretur, militarem manum Nicomedia Constantinopolim misit, cum mandato ejusmodi, ut simul et ordinator et ordinatus comprehenderetur, atque alius alio exsulatum mitteretur. Eustathius igitur Bizyam (5), quod Thraciæ oppidum est, Evagrius in locum alium deportatus est. Proinde Ariani, quod plerique omnes in rebus secundis faciunt, magis magisque efferari, orthodoxos et recte sentientes admodum vexare, cædere, contumeliis afficere, in vincula conjicere, pecuniis etiam spoliare, intoleranda omnia adversus eos facere.

CAPUT XVI.

Περὶ τῆς ὠμότητος τῶν Ἀρειανῶν, καὶ ὡς Οὐάλης κατὰ τὸν Ἀστακηνὸν τῆς Νικομηδείας κόλπον ὀγδοήκοντα ἐκκλησιαστικοὺς ἐπὶ μέσης θαλάσσης σὺν τῷ πλοίῳ πυρὶ παραδόσεν.

De crudelitate Arianorum, et ut Valens circa Astacenum Nicomediæ portum octoginta ecclesiasticos viros una cum navigio in medio mari igni combusserit.

131 Porro cum nostris dura hæc et gravia essent, ad principem precatores misere, si quo modo finem ærumnæ ejus obtinere possent. Cæterum illi opinione sua plurimum sunt falsi, ut qui justitiam se ab injusto impetraturos esse speraverint. Cum namque dilecti ex ecclesiastico ordine octoginta viri, quibus præfuit Urbasus, Theodorus, et Menedemus, Nicomediam venissent, preces imperatori obtulissent, et de vi tanta quiritati essent, indignatus ille, in præsentia quidem iram pressit : deinde autem clam Modesto præfecto præcepit, ut comprehensos eos necaret. Supplicii ejus modus, quia novus et insolens prorsus fuit, posteritatis memoriæ est mandatus. Præfectus, si viros religiosos, qui nihil commisissent, propalam perimeret, ne seditio in vulgo oriretur, veritus est : quapropter eos se in exsilium missurum esse assimulavit (6). In qua illi sententia magnis animis acquievere. Ille navim eos, veluti solum exsilii causa versuros conscendere jussit, et nautis præcepit, ut in medio mari navem incenderent, ut cum eo modo illi interiissent, sepulcri cura carerent. Ventum est in sinum medium, qui Astacenus vocatur : ibi nautæ imperata fecerunt. Nam ipsi scapha, quæ navem sequebatur, conscensa, navigium (7) in quo viri illi vehebantur, incenderunt. Vehementius tum subsolanus ventus flabat, et proinde navis eo citius flammam concepit. Duravit ea usque ad locum Bithyniæ, qui Dacidizus nuncupatur, ibique una cum piis illis hominibus erat instrumentum nauticum, imposuerunt, eamque pelago, ventis undisque temere ferendam commiserunt. Deinde populares quosdam suos in navigio alio submisere, qui ignem illi injicerent. Sic sancti illi viri cum igne et aqua conflictantes, postremo in mari submersi, martyrii coronam receperunt. (Theodor. IV, cap. 24.)

(1) Sozom. lib. VI, cap. 24.
(2) Socr. habet *Cotyanii*. Legendum ex Suida, *Cotyæi*.
(3) Socrat. lib. IV, cap. 14 et 15.
(4) Sozom. lib. VI, cap. 13.
(5) Bizya arx regum Thraciæ, a Terei nefasto crimine invisa hirundinibus. Plin. lib. IV, cap. 11.
(6) Constantinopoli autem Ariani plures pios catholicosque presbyteros navi, in qua nullum
(7) Socrates navale esse dicit.

in littore est absumpta. Sed enim factum tam truculentum vindicta est prosecuta. Fames siquidem repente tanta est in Phrygia orta, ut necessario incolæ patriam (1) relinquerent, et Constantinopolim se atque ad alias diversas provincias conferrent.

CAPUT XVII.

Περὶ βίου καὶ ἀγωγῆς καὶ παιδείας καὶ συμψυχίας τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου· καὶ ὅπως ἐπὶ τὴν ἱερατικὴν καθέδραν ἀνήχθησαν.

De vita, institutione, studiis, et intima amicitia magni Basilii et Gregorii Theologi : et ut ad sacerdotalem sedem sint provecti.

Cum vero multa nobis de Basilio Magno et Gregorio Theologo dicenda sint, operæ pretium facturum me esse putavi, si pauca quædam de arctissima, quæ tantis viris inter se fuit amicitia et conjunctione, præmitterem. Quod sane non rectius certiusque fecero, quam si Gregorii ipsius ea de re verba protulero, quæ in ea oratione sunt, quam is de Basilio funebrem conscripsit. « Tempore, inquit, procedente, ubi alter alteri mutuum amorem (factum id Athenis, ubi simul uterque litteris operam navavit) indicavit, affectionemque eam philosophiæ gratia conceptam esse constitit, tum alter alteri factus est omnia. Sub uno vixinus tecto contubernales, et arcta inter nos devincti conjunctione idem spectavimus : et alter alteri animum flagrantem et constantem præstitit. Corporum namque necessitudo, quoniam rerum fluxarum est, haud aliter quam verni flores, interit. Neque enim, materia igne consumpta, flamma durat, sed una cum re cremata evanescit : neque charitas, ubi fomitis ardor emarcuit, consistit. Divinus autem et pudicus amor, quandoquidem rei firmæ et stabilis est, propterea solet esse constantior. Et quanto magis amantes rei desideratæ pulchritudinem considerant, tanto inter se conjunguntur magis. Hæc amicitiæ nostræ lex erat. Atque cum ad hunc modum inter nos animati essemus, et tales firmo thalamo, ut Pindarus inquit, aureas columnas substruxissemus, ita deinceps processimus, Deo simul et desiderio mutuo opitulatoribus usi. Sed quomodo sine lacrymis necessitudinis tantæ recorder? Eadem erat nobis rei invidiosissimæ, doctrinæ scilicet, spes proposita. Sed invidia **132** abfuit, æmulatio autem utrumque exercuit : et certamen nobis erat, non uter nostrum primas ferret, verum uter alteri eas concederet. Alter enim alterius laudem et gloriam pro sua habebat. Et in utroque visa est anima una duo circumferre corpora. Quod si credendum non est dicentibus, omnia in omnibus esse sita : at nobis id saltem credatur, alterum in altero situm fuisse, et alterum ab altero pependisse. Utrique opus unum propositum fuit, virtus ipsa, et ut vitam omnem ad spem futuram dirigeremus, et prius inde animo transferremur quam corpore excederemus : ad quod spectantes, vitam et actionem omnem nostram ita instituimus, ut nos manu divinum duceret, et alter alterum ad virtutem acueret atque excitaret. Et si non insolens hoc verbum esset, regulam et amussim, quibus quæ recta sunt, quæve minus, explorantur, alterum alteri fuisse dicerem. Sodalibus nos conjunximus non impudicissimis, sed modestissimis : non contentiosissimis, sed pacificis maxime, et quibuscum esse utilissimum est, quod sciremus, facilius vitia contagione contrahi, quam virtutem cum aliis communicari. Quandoquidem et morbus in alios citius, quam valetudo transfertur. Disciplinas non jucundissimas magis quam honestissimas consectati sumus. Nam per eas vel ad virtutem, vel ad vitia effinguntur adolescentes. Duæ autem nobis erant notæ viæ : altera prior et honestior, altera posterior, et non ejusdem momenti : illa ad sacra templa, et qui in eis sunt doctores, hæc ad profanos magistros ducens. Reliquas insistere eis volentibus reliquimus, videlicet dies festos, theatra, spectacula, conventus publicos, convivia. Nihil enim admirandum et præclarum esse duco, quod ad virtutem non conducat, neque eos qui studio ejus tenentur, meliores reddat. Atque aliis quidem alia sunt, vel a patre accepta, vel domo ex quotidianis studiis et actionibus reportata cognomina : nobis vero ingens momentum fuit et nomen, ut Christiani et essemus et nominaremur. Athenæ equidem aliis non parum, quantum ad animos pertinet, nocent. Nam id non frustra pii opinantur, quod plus illæ quam reliquæ Græcia idolis abundant. Et profecto difficile est, non simul aliquem transversum rapi ab illorum laudatoribus et patronis. Nobis vero qui animis probe munitis atque instructi essemus, nullum ab illis obvenit detrimentum. Quin e diverso potius, quod quidem dictu mirabile est, ea ex re magis etiam in fide sumus confirmati, propterea quod errorem et impuritatem eorum cognoverimus : ibi dæmones despicientes ubi dæmones sunt in admiratione. Et si quis est aut creditur esse fluvius, qui per salsuginem amaram maris dulcedinem suam retinens fluit : aut animans aliqua, quæ in igne, a quo omnia consumantur, subsilit : id nos inter æquales omnes profecto fuimus. Et quod pulcherrimum est, sodalitas quædam nobiscum non ignobilis fuit, quæ ab illo tanquam duce instituebatur atque regebatur, eisdem nobiscum

(1) Constantinopolim Socrates scribit frequentissimam multitudinem alere, propterea quod *mare ei omne genus* commeatus suppeditet : et præterea cum opus sit, Euxino Ponto ingens frumenti copia eo subvehatur. (Lib. IV, cap. 16.)

studiis gaudens. Quamvis pedites, juxta Lydium currum, illius scilicet cursum et morem curreremus. Unde celebritas quædam nobis contigit apud magistros et commilitones nostros, præterea vero in Græcia omni, apud eos maxime qui in ea præcipue clari sunt. Quin jam fama quoque nominis nostri ultra Græciæ fines, sicuti hoc multorum sermone ferebatur, processit. Tanta namque præceptorum nostrorum, quanta Athenarum, et tanta nostra, quanta præceptorum laus fuit. Atque adeo per amicorum insigne, sicuti fuimus, ita et habiti sumus: ut nihil simile apud Græcos haberent vel Orestes et Pylades, vel Molionidæ, Homerici carminis miraculum (1). » Hæc Gregorius de sua et Basilii disciplina et amicitia, quam etiam cum scripta pleraque, tum epistolæ eorum magis declarant. Hos sane viros si quis inter se conferre, vitamque, mores et virtutem eorum exponere velit, alterum alteri præferre addubitabit. Fuit enim inter eos, et vitæ sanctioris, et profanæ simul sacræque doctrinæ concertatio. Nam adolescentes adhuc, Athenis Himerii et Prohæresii, qui tum inter sophistas præcipui erant, deinde etiam Antiochiæ in Syria Libanii auditores et discipuli artem rhetoricam summe perdidicerunt. Et cum, quod ad philosophiæ studia valde appositi essent, quidam eos ad ludos aperiendos, et sophisticam vitam complectendam, alii autem ad causas in foro agendas cohortarentur, studio utroque contempto, solitariam sunt vitam secuti.

133 Itaque postquam in philosophicis litteris satis versati erant, ex Origenis et aliorum, qui illum vel præcesserant, vel consecuti fuerant, libris, sacrarum Litterarum sententiam addidicerunt. Magna enim tum orbe toto Origenis gloria fuit. In ejus libris cum se exercuissent, Arianis strenue restiterunt. Et quia illi auctoritates et testimonia ex Origenis scriptis ad dogma suum comprobandum afferebant, ipsi eos refellerunt, non satis Origenis sententiam assecutos esse ostendentes. Apud multos quidem tum Ariani, atque Eunomius et ipse Arianizans, in magno fuere pretio. At illi postquam cum Gregorio et Basilio vel scriptis vel disputationibus sunt congressi, indocti prorsus esse comperti sunt. Basilius a Meletio Antiochiæ episcopo diaconus creatus, postea patriæ suæ Cæsareæ Cappadocum antistes factus, cum cura et fide ecclesiis præfuit. Veritus enim ne res Arianorum novæ Ponti etiam ditiones occuparent, celeriter ad eas partes percurrit, atque monachorum ibi exercitia instituens, et plerosque sacra doctrina erudiens, in fide etiam fluctuantes confirmavit. Gregorio autem, qui Nazianzi mediocri Cappadociæ oppido, patri suo in episcopatu successit, idem studium fuit. Circumiens enim et ipse oppida pleraque, eos qui in religione imbecilli erant, confortavit. Potissimum vero Constantinopolim frequentius visens, sententiæ suæ suffragatores in doctrina confirmavit: et postea in eam urbem legitime evocatus, administrationem Ecclesiæ ibi multorum episcoporum concursu et suffragio suscepit. Quod nisi divina gratia, ut is eo veniret, procurasset, quod expulsis omnibus, neque episcopus neque ecclesia ibi esset, periculum certe et metus fere fuisset, ne deinde Nicænæ fidei doctrinæ Constantinopoli locus deesset. Sed hac de re postea suo loco dicam. In præsentia historiam de Basilio persequar.

ὕστερον, συνδρομῇ πολλῶν ἱερέων τῆς ἐκεῖσε ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν ἐπετράπη. Εἰ μὴ γὰρ αὐτὸν ἡ θεία χάρις ἐκεῖσε παραβάλλειν ἐκίνει, μήτ' ἐπισκόπου μήτ' ἐκκλησίας οὔσης, πάντων δ' ἐλαυνομένων, ἐκινδύνευε σχεδὸν μηκέτ' εἶναι τῇ Κωνσταντίνου τὸ τῇ ἐν Νικαίᾳ πίστεως δόγμα. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου καὶ αὖθις κατὰ χώραν ἐροῦμεν· τὸ δέ γε νῦν περὶ Βασιλείου διέξειμι.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Ὡς μετὰ Εὐσέβιον Βασίλειος τὴν Καππαδοκῶν ἐπετράπη· καὶ περὶ τῆς πρὸς Οὐάλεντα παῤῥησίας αὐτοῦ.

Διαφορά τις συνέβη τῷ πρὸ τοῦ Βασιλείου τῆς Ἐκκλησίας καθηγεμόνι Εὐσεβίῳ, ἔτι ἐν διακόνοις τελοῦντος. Ἦν δὲ ὁ Εὐσέβιος καὶ τἆλλα μὲν ἐπαινετὸς ὁ ἀνήρ, καὶ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας κινδύνοις μάλιστα διαπρέψας, ὡς ὁ τότε ἔδειξε διωγμός. Τῆς οὖν διαφορᾶς γενομένης, Βασίλειος μὲν ἐπὶ τὸν Πόντον ἐχώρει, καὶ τοῖς ἐκεῖσε φιλοσόφως ζῶσι συνῆν· ὁ δὲ τῶν Καισαρέων δῆμος, καὶ μᾶλλον ὅσοι τοῦ πλήθους ἦσαν σοφώτεροι, δι' ὑπονοίας εἶχον Εὐσέβιον, καὶ ἀπολιπεῖν τε αὐτὸν ἐβουλεύοντο, καὶ κατ' ἰδίαν χωρισθέντες, τὰς συναγωγὰς δῆτα ποιεῖσθαι, ὅτι φυγῆς αἴτιος ἐγεγόνει ἀνδρὶ τοσούτῳ τὴν ἀρετὴν καὶ βιοῦν λέγειν ὑπὲρ ἅπαντας εὐδοκίμῳ, καὶ ταῦτα στίφους τοσούτων αἱρετικῶν περιθέοντος. Ὁ μὲν οὖν Βασίλειος,

CAPUT XVIII.

Ut post Eusebium Basilio Ecclesia Cappadocum sit commissa: et de insigni ejus adversus Valentem dicendi libertate.

Eusebio, qui ante Basilium ecclesiæ Cæsariensis gubernator fuit, dissidium quoddam cum Basilio etiamnum diacono intercessit. Fuit autem Eusebius cum aliis in rebus vir magnus, tum certaminibus et periculis pro pietate subeundis maxime spectatus. Id quod ejus temporis persecutio declaravit. Dissidium autem cum eis intercessisset, Basilius in Pontum secessit, atque ibi cum monachis philosophice viventibus fuit. Plebs autem Cæsariensis, atque in primis qui ea erant cordatiores, quod Eusebium suspectum habebant, quasi fugæ causa esset viri tanti, qui virtute et moribus et eloquentia omnibus aliis clarior esset, eo præcipue tempore quo hæreticorum ingens multitudo circumcursa-

(1) Sozom. eod. cap. 14. Socrat. eod. cap. 26.

ret, consilium ejus relinquendi et seorsim conventus sibi suos agendi cepere. **134** Atque ita quidem Basilius, ne, quantum in eo situm erat, Ecclesiam plurimis tumultibus ab eis qui aliena sentiebant, conturbatam amplius affligeret, quietam in Ponticis monasteriis agebat vitam. Valens autem, et quæ cum eo erat sacra cohors (semper enim illum incitantes episcopi Ariani sequebantur) opportunum se tempus nactos esse dicentes, ut in Cappadocum Cæsarea quod vellent perficerent, propterea quod Basilius secessisset, et populus Eusebii odio ad discessionem spectaret, Nicomedia profecti Cæsaream, tanquam et hanc eversuri, venerunt: atque ibi quæ soliti fuerant, peragere sunt conati, videlicet ut recta sentientes ecclesiis exigerent, easque Arianis traderent. Cæterum consilium id frustra fuit. Quamprimum enim hos Cæsaream pervenisse nuntiatum est, Basilius monasticis in Ponto scholis vale dicto, Cæsaream et ipse redit, et Eusebio rebus omnibus aliis posthabitis conciliatur. Quo quidem facto animi sui benevolentiam maxime ostendit. Et quod in tempore magno judicio omnia cum ratione egit, disputationibusque opportune est usus, examen hæreticorum ingens repulit, et ecclesiæ temporibus durissimis profuit. Valens, postquam ei conatus non successit, una cum episcopis suis Antiochiam concessit (1): atque inde aliquanto post in Cappadociam reversus, Basilium, post Eusebii mortem ecclesias administrantem invenit: quem cum exigere vellet, cœlitus ea in re est impeditus. Atenim nihilominus leonem statim se larva et terriculamento exterriturum esse credens, ad præfecti tribunal eum misit (2). Ibi præfectus assistens eum interrogat, quanam de causa religionem imperatoris non complecteretur. Atque ille: Quod hoc sic Deus non præcepit, inquit. Et insuper imperatoris errorem reprehendit, atque ὁμοούσιον, consubstantiale, defendit. Ubi vero ille mortem ei minatus est, Basilius gratiam se illi eo nomine habere dixit, quippe qui discedere ex tali rerum statu non gravate cuperet. Et cum præfectus amplius eam rem deliberare juberet, Basilius, Ego quidem, inquit, et hodie et cras idem futurus sum. Utinam vero tu teipsum non mutasses. Creatura enim cum sim, creaturam adorare, Deumque esse profiteri, in animum non inducam meum. Sed neque religioni vestræ me aggregari sustinebo. Tametsi enim vos clarissimi et non minima orbis pars esse existimamini, **135** me tamen minime decet hominibus gratificari, et propterea fidem in Deum parvi pendere: quam ego mediusfidius proditurus non sum, etiamsi mihi bonorum publicationem, et exsilium, et aliud quidquam gravium ærumnarum, mortemque adeo ipsam minetis. Nihil enim rerum talium mœrorem mihi afferre potest. Quod si facultates meas expetis, pan-

ἵνα μὴ τὸ ἐφ' ἑαυτῷ τὴν ἐκκλησίαν ἐπιτρέψῃ. πλείστοις θορύβοις παρὰ τῶν ἑτεροδόξων κυμαινομένην, τοῖς κατὰ Πόντον φροντιστηρίοις ἐνδιάγων ἡσυχῇ διαζῶν, Οὐάλης δὲ καὶ ὁ περὶ αὐτὸν ἱερὸς στρατὸς (ἀεὶ γὰρ ἐκείνῳ συνῆσαν διερεθίζοντες) καιρὸν ἔχειν εἰπόντες καὶ ἐν τῇ Καππαδοκῶν ἀνύσαι τὸ σπουδαζόμενον, τό τε ἀπόδημον εἶναι Βασίλειον, καὶ τὸ διὰ μίσους ἄγεσθαι τῷ λαῷ τὸν Εὐσέβιον καὶ εἰς ῥῆξιν ὁρᾷν, ἐκ τῆς Νικομηδείας ἀπάραντες, ὡς καὶ ταύτην καταστρεψόμενοι, τῇ Καισαρέων προσέβαλον, καὶ τὰ εἰωθότα ποιεῖν ἐπεχείρουν· ἐκβάλλειν μὲν τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς ὀρθόφρονας, τοῖς δ' ἐξ Ἀρείου ταύτας διδόναι. Ἥκιστα δ' αὐτοῖς μετὰ σκοπὸν ἀπέβη τὸ βουλευόμενον· ἅμα γὰρ ἠγγέλλετο τούτους ἐπὶ Καισαρείας ἐλαύνειν, καὶ Βασίλειος τὰς ἐν Πόντῳ διατριβὰς χαίρειν εἰπών, ἐπὶ τὴν Καισαρέων ἦκει· καὶ πάντα θέμενος ἐν δευτέρῳ, σπένδεται Εὐσεβίῳ, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα τὸ εὐνοϊκὸν ἐπεδείκνυ, κατὰ καιρὸν ἐν κρίσει τοὺς λόγους οἰκονομῶν. Ἐγκαίρως δὲ τοῖς λόγοις, τὸ πολὺ τῶν αἱρετικῶν ἀπεκρούσατο σμῆνος· καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τὰ μίγιστα τηνικαῦτα ἐπήμυνεν. Οὐάλης δὲ ἀποτυχὼν τῆς σπουδῆς, σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἱερεῦσιν ἐπὶ τῆς Ἀντιόχου ἐχώρει. Μετὰ δέ τινα χρόνον ἐκεῖθεν αὖθις εἰς Καππαδοκίαν γενόμενος, εὑρίσκεται Βασίλειον μετὰ τὴν Εὐσεβίου τελευτὴν τὰς ἐκκλησίας ἐπιτραπέντα. Καὶ δὴ βουλευσάμενος αὐτὸν ἐξελάσαι, ἄνωθεν ἀπίσχετο τῆς ἐπιβουλῆς. Ὅμως δ' οὖν εὐθὺς μορμολυκείας τὸν Λέοντα οἰόμενος ἐκφοβεῖν, εἰς τὸ τῶν ὑπάρχων ἔπεμπε δικαστήριον. Ὁ δὲ ὕπαρχος παραστησάμενος, πεῦσιν προσῆγεν ὅτου χάριν, μὴ τὰ βασιλέως θρησκεύειν αἱρεῖται· τὸν δ' ἀποκρίνασθαι, ὅτι περ μὴ κελεῦσαι οὕτω Θεόν. Καὶ προσῆγε τὰς μέμψεις καὶ τὸ ὁμοούσιον συνεκρότει. Ὡς δὲ θάνατον αὐτῷ διηπείλει, καὶ χάριν ἔλεγεν ἔχειν ἀπαλλάττειν ἠρημένῳ τῶν ὧδε. Εἰς σκέψιν δὲ τοῦ ὑπάρχου θεῖναι τὸν λόγον προτρεπομένου, τὸν Βασίλειον φάναι· « Ἐγὼ μὲν καὶ σήμερον καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ὁ αὐτὸς ἔσομαι· εἶδε δὲ σὺ σαυτὸν μὴ ἐνήλλαττες· κτίσμα γὰρ ὤν, οὐκ ἂν κτίσματι προσκυνεῖν ἑλοίμην καὶ Θεὸν εἶναι ὁμολογεῖν. Ἀλλ' οὐδ' ὑμῖν κοινωνεῖν τῆς θρησκείας ἀνέξομαι. Εἰ γὰρ καὶ τῶν λίαν ἐπισήμων ὑμεῖς, καὶ οὐκ ἐλαχίστης ἡγεῖσθε μοίρας τῆς γῆς, ἀλλ' οὐκ ἐμοιγε χαρίζεσθαι πρόσηκον ἀνθρώποις, τῆς δ' εἰς τὸ Θεῖον πίστεως διὰ ταῦτα ὀλιγωρεῖν· ἣν οὐκ ἂν προδοίην, κἂν δήμευσιν, κἂν ὑπερορίαν, κἂν ἄλλο τι τῶν δεινῶν, κἂν θάνατον αὐτὸν ἀπειλῇς· οὐδέν με γάρ τι τούτων ἀνιᾷ, ἔχει. Εἰ δὲ τὴν ἐμὴν περιουσίαν ζητεῖς, ῥάκια ταῦτα τρίχινα καὶ βιβλία ὀλίγα, οἷς ἐγὼ καλλωπίζομαι, εἰ τούτων σοι ἔρως, ἀπόλαυε. Εἰ δὲ καὶ ὑπερόριον βούλει ποιεῖν, ἕτοιμος. Πῶ, δ' ἔσομαι ἀεὶ τὴν γῆν παροδεύων, καὶ πρὸς ἄλλην χώραν σφοδρῶς ἐπειγόμενος; Τὸ δὲ σῶμα μετὰ τὴν πρώτην πληγήν, αἰσθήσεως ἀμοιρῆσαν, καὶ βασάνων κρεῖττον ἔσται πάντων. » Ταῦτα καὶ τοιαῦθ' ἕτερα παῤῥησιασαμένου, καταπλαγεὶς ὁ ὕπαρχος τὴν σύνεσιν

(1) Ad episcopatum eum, multorum episcoporum suffragiis est evectus. (Socrat.)

(2) *Socrates, Basilium* ab imperatore Cæsarea Antiochiam evocatum, ibi comparuisse, et causam dixisse scribit. Lib. IV, cap. 26.

τοῦ ἀνδρὸς, δρομαῖος τῷ βασιλεῖ προσιὼν ἀνήγγειλεν ὡς πιθανὸς στερρότερος ὁ ἀνήρ· καὶ ἢ προφανῶς κολάζειν, ἢ μηδαμῶς οἴεσθαι ταῖς ἀπειλαῖς πειθήνιον σχεῖν. Ὁ δὲ τέως ἠρέμει· τῆς δ' ἡμέρας τῶν Θεοφανίων ἐνισταμένης σὺν τῇ περὶ αὐτὸν φαντασίᾳ τῇ ἐκκλησίᾳ παραγενόμενος, δῶρά τε τῇ θείᾳ τραπέζῃ προσήνεγκε· καὶ τῷ πολλῷ τῆς εὐταξίας καταπλαγείς, παρατραπείς, μικροῦ δὲ εἰς τοὔδαφος ἔρριπτο, εἰ μή τις τῶν ἐκ τοῦ βήματος ὁραξάμενος τοῦ χιτῶνος, τὸν βασιλέα πεσεῖν ἐπειγόμενον, ἀνεκτήσατο. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς λόγους ἦκε τάνδρὶ, ἔτι μᾶλλον ἐθαύμασε τῆς τε σοφίας καὶ τοῦ περὶ τὸ ἱεράσθαι καὶ ἐκκλησιάζειν, καὶ εὐταξίας κόσμον τὸν μέγαν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ταῖς τῶν ἐναντίων διαβολαῖς ἐδόκει ὑπερορίαν αὐτὸν κατοικεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἡ νὺξ παρῆν, καὶ ὁ δίφρος ἠτρέπιστο, ἐξαπίνης προσβάλλει νόσος τῷ τοῦ βασιλέως παιδὶ, ᾧ Γαλάτης ἦν ὄνομα. Ἐπὶ τόσον δ' ἦν ἰσχυρά τε ἡ νόσος καὶ σφαλερὰ, ὡς ἀπαγορεύειν ἐκείνῳ τὸ ζῆν, οἳ θεραπεύειν ἦσαν μάλιστα δόκιμοι. Οὐάλης δὲ ἀφόρητον ἡγούμενος τὸ πραχθὲν, κατὰ τοῦ ἐδάφους ἔρριπτετο, πρὸ τοῦ παιδὸς ἠρημένος θανεῖν, καὶ ἀνήκεστα ἐπένθει τὸν παῖδα. Δομνίκα δὲ ἡ βασίλισσα καὶ αὐτὴ χείρονα πάσχουσα, δείμασιν ἔλεγε φοβεροῖς νυκτὸς ἐμπεσεῖν καὶ πάσχειν ταῦτα διὰ τὴν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον διατείνετο ὕβριν. Καὶ αὐτίκα τὸν Βασίλειον τοῖς οἰκείοις ἐπέτρεπε μεταστέλλεσθαι, καὶ τῷ κειμένῳ ὅσα γε δυνατὰ βοηθεῖν· παρητεῖτο γὰρ αὐτὸς περὶ τούτου κελεύειν ἔναγχος περιυβρισμένῳ. Ὁ δὲ παρῆν, καὶ ὁ παῖς ῥᾷον ἔσχε. Πεῖραν δ' ὅλως εἰσάγων, διεμηνύετο, « Εἰ ἀληθῆ, λέγων, ἃ σὺ δοξάζεις περὶ Θεοῦ, εὐχὴν πρᾶττε, καὶ δυσώπει Θεὸν, ἵνα μοι ὁ παῖς μὴ ἀπόληται. Ἀλλ' εἰ πιστεύεις, ἔφη Βασίλειος, ὥσπερ ἐγὼ, καὶ τὴν νόσον τῶν ἐκκλησιῶν ἀποξέσεις, πάντως που ζήσεταί σοι ὁ παῖς. » Τοῦ δὲ συνθεμένου καὶ ἄλλως πράξαντος, ὁ παῖς τοῦ βιοῦν ἀπηλλάττετο. Ἰσχυρίζοντο δ' ἅπαντες, ὡς οὐκ ἂν ἀπολώλει, εἰ μὴ τοὺς ἑτεροδόξους καλέσας, σύναμα Βασιλείῳ εὔξασθαι ὑπὲρ τοῦ παιδὸς παρηγγύα· οἷς καὶ βαπτίζειν μᾶλλον τὸν παῖδα προὐτρέπετο. Βασιλεὺς δὲ τὸν ἄνδρα δι' αἰδοῦς ἄγων, χωρὶς τὰ κάλλιστα ὧν εἶχεν αὐτοῦθι, τοῖς αὐτοῦ ξενῶσιν ἀπεχαρίζετο· ἀλλὰ πάλιν ὑπὸ τῶν συνήθων πολιορκούμενος ὁ κρατῶν, αὖθις τὸν δοῦον μετεστέλλετο· καὶ τῆς τῶν ἐναντίων μερίδος γενέσθαι παρῄνει. Ὡς δὲ τὸν ἀδάμαντα πείθειν οὐδαμῶς εἶχεν, εἰς ἐξορίαν ἀπάγειν ἐκέλευε. Καὶ ὁ μὲν τῆς ἐξορίας χάρτης ἐγράφετο· τῇ χειρὶ δὲ τοῦτον πειραθεὶς βεβαιῶσαι, οὐδὲν τῶν στοιχείων γράψαι δεδύνητο. Ὁ γὰρ κάλαμος εὐθὺς συνετρίβη. Ἐπὶ δὲ καὶ ὁ δεύτερος καὶ ὁ τρίτος ὡς τὸ εἰκὸς εὐθυννούμενος ἐπίσης τῷ πρώτῳ ἔπασχον· ἔτι δὲ τὸ δυσσεβὲς γραμματεῖον ἐκεῖνο βεβαιοῦν ἐπειρᾶτο, σείεται μὲν αὐτῷ ἡ χεὶρ παραδόξως. Τρόμος δ' ἄσχετος αὐτὴν διεδίκετο. Ἐντεῦθεν δὲ καταπεισθεὶς τὴν ψυχὴν, καὶ

nos hosce et cilicia, atque libros paucos qui in mundo meo sunt, si hos, inquam, adamasti, recipe. Sin ut exsilii causa solum vertam, mavis, paratus ad id sum. Exsul vero quomodo ero, qui semper terram quasi peregrinus pererro, et ad regionem aliam vehementer aspiro? Corpus porro hoc, vel post primam plagam, sensus omnino expers, et cruciatibus superius prorsus futurum est. » Hæc atque his similia alia cum liberrime Basilius dixisset, consternatus ad viri prudentiam præfectus, celeriter ad imperatorem accurrit, eidemque, Basilium constantiorem esse, quam ut a sententia sua suasione deducatur, renuntiat: quapropter aut propalam in eum animadverteret, aut persuaderi minis illum posse, existimare desineret. Imperator tum quidem quievit. Cum autem Epiphaniorum festus dies adesset, cum universa quam secum habebat, inani et splendida pompa in ecclesiam venit, et munus suum (3) ad sacram mensam attulit: atque ibi quod omnia miro ordine gererentur, ad stuporem delapsus et totus mutatus, in solum concidisset, nisi quidam ex ordine sacerdotali, tunica correpta imperatorem jam ruentem retinuisset. Ubi vero sermonem quoque cum viro contulit, magis etiam sapientiam, sacrisque obeundis et concionibus atque conventibus peragendis dexteritatem, nec non rerum omnium ordinem pulcherrimum admiratus est. Sedenim postea brevi adversariorum calumniis permotus, in exsilium eum mittere constituit. Et jam nox aderat, et currus præparabatur, cum derepente morbus imperatoris filium, cui Gallo nomen erat, invadit. Tam vehemens autem et periculosus is erat, ut qui puerum curabant medici insignes, de vita ejus desperarent. Valens casum eum impatientissime ferens, in solo volvitur, pro filii salute mortem sibi ipsi optat, et insolabiliter luget. Dominica quoque imperatoris conjux graviter affligitur, et horrendis noctu pavoribus territam, atque id propter eam quæ episcopo illata esset injuriam, passam se esse confirmat. **136** Proinde Basilium statim per suos accersit: eumque, ut jacentem puerum, quod posset, adjuvaret, rogat. Ipse namque imperator, propter recentem etiamnum ei factam injuriam, quidquam ab eo petere verebatur. Basilius adest, et puer meliuscule habet. Imperator nihilominus periculum facturus, ad illum: « Si vera, inquit, sunt quæ de Deo doces, precare, et Deum exora, ne mihi filius intereat. » At ille: « Si idem quod ego credis, morbumque grassantem ab ecclesiis dispellere constituis, omnino puer convalescet. » Cæterum cum Valens id se facturum reciperet, et aliter tamen faceret, puer e vita excessit. Omnes autem asseverarunt, non periturum

(1) Munus offertorium: quod αὐτουργὸς, hoc est, sua ipse manu obtulit. (Greg. Naz.)

(2) Cum autem id non annueret imperator: Basilius, *De puero*, inquit, *voluntas Domini fiet.* (Socr.)

(3) Affuit isti colloquio Demosthenes quidam, imperatoris obsonator, qui orbis universi doctorem carpens, barbare loquebatur. At Basilius subridens, Ἐθεασάμεθα, inquit, καὶ Δημοσθένην ἀράχνην, hoc est, En Demosthenem quoque

fuisse puerum, nisi imperator eis qui aliena sentiebant, evocatis, precari eos una cum Basilio pro pueri salute jussisset: quos etiam ut puerum baptizarent, est exhortatus. Imperator porro virum veneratione prosequens, prædia quæ ibi habuit pulcherrima, xenonibus seu hospitalibus ejus domibus donavit. Sed rursum a familiaribus expugnatus, virum sanctum ad se accivit, et ut se adversariorum factioni adjungeret, hortatus est. Postquam autem adamantem permovere suasione non potuit, exsulare eum jussit. Et jam exsilii libellus scriptus erat: quem ubi manu sua Valens roborare est conatus, litteram nullam exarare potuit; calamus namque statim est confractus. Quod ubi in altero, et etiam tertio, ad scribendum, sicuti convenit, adaptato, itidem ut primo accidit, et ipse adhuc in scripto impio confirmando perstitit, manus ei supra quam credi possit concussa, tremore intolerabili est occupata. Proinde animo perculsus, atque pavore plenus, charta correpta, ambabus eam dilaceravit manibus. Paulo vero post, præfecto quoque accidisse dicunt, ut, morbo circumventus gravi, ubi vindictam supplex est deprecatus, totus convalesceret. Verum quid hæc sunt ad alias viri hujus primarias virtutes, qui et factis et doctrina mirificam est consecutus gloriam? Multa autem pulcherrima scripta vir iste et Gregorius Ecclesiæ Christi reliquerunt. Quæ nisi omnibus fere nota esse scirem, aliquid etiam de eis sigillatim dixissem. Horum plurima Rufinus dicitur in Latinam linguam transtulisse. Atque hæc de Basilio et Gregorio breviter sint dicta.

A δείματος πλήρης γενόμενος, τὸν χάρτην δραξάμενος, ἀμφοῖν διέῤῥηξε ταῖν χεροῖν. Μικρὸν δ' ὕστερον καὶ τῷ ὑπάρχῳ ταῦτα συμβῆναί φασι· νόσῳ γὰρ περιπεσὼν χαλεπῇ, ἐπειδὴ ἀντιβολῶν παρῃτεῖτο τὴν νέμεσιν, ὑγιὴς ὅλος ἦν. Ἀλλὰ τί ταῦτα πρὸς τἄλλα τοῦ ἀνδρὸς προτερήματα, ἔργοις καὶ λόγοις ὑπερφυῶς εὐδοκιμηκότος; Βιβλία δὲ πολλά τε καὶ κάλλιστα οὗτός τε καὶ Γρηγόριος καταλέλοιπε τῇ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ. Ἅπερ εἰ μὴ δῆλα πᾶσιν ἦσαν σχεδὸν, καὶ κατὰ μέρος περὶ τούτων διεξῆειν ἄν· ὧν τὰ πλεῖστα, φησὶ, Ῥουφῖνος εἰς τὴν Ῥωμαΐδην μετέβαλε γλῶσσαν. Καὶ περὶ μὲν Βασιλείου καὶ Γρηγορίου τοσαῦτα ἐν ἐπιτόμῳ εἰρήσθω.

137 CAPUT XIX.

De fraterna conjunctione et amicitia Basilii et Gregorii, et de sancto Gregorio Nysseno: et quod tres in Ecclesia fuerint Gregorii, sanctitatis omnes participes: et præterea quartus quidem hæreticus.

Habuit autem Basilius fratres, quorum unus Gregorius fuit, Ecclesiæ Nyssenæ lux et ornamentum: vir secundum fratrem doctrina, moribus et vitæ sanctitate spectatus. Et quamvis is conjugem habuerit, rebus tamen aliis fratri minime cessit. Qui Basilio mortuo, *Hexaemeron* sive sex dierum opus illius adimplevit, et adversus Eunomium et Apollinarem confutationes scripsit. Constantinopoli quoque in divum Meletium orationem funebrem composuit, aliaque insuper plurima opuscula doctrinis et institutionibus plena Ecclesiæ Dei reliquit. Ostendunt autem virum talem cum alia tum præcipue in Gregorium illum miraculis celebrem oratio ab eo edita. Secundus Basilii frater Petrus fuit, qui una cum illo vitam monasticam primum consectatus, deinde urbem Sebastiam sacrorum antistes gubernavit. Tertius Naucratius, qui juvenis in ascetico instituto defunctus est. Accessit ad hos celebris illa Macrina soror, cui Gregorius libellum *De anima* dicavit. Ei, sicuti accepi, hæretici quidam Origenica dogmata injecerunt. Omnes autem isti propter vitæ integritatem, in numerum sanctorum sunt relati: quemadmodum sane et Gregorii Cæsarius frater, et Gorgonia soror. Quoniam autem Gregoriorum nominis similitudine in librorum inscriptionibus discernendis nonnulli errant, scire peropus est, tres fuisse Gregorios in Ecclesia Dei præclaros. Pontiillitteratum vidimus. Et cum ille magis etiam exardescens, minus profunderet: *Tuum est*, Basilius ait, *de delicatioribus jusculorum condimentis curam gerere. Divina enim dogmata, qui aures obturatas habeas, exaudire non potes.* (Theod. lib. IV, cap. 19.)

B

ΚΕΦΑΛ. ιθ'.

Περὶ τῆς ἀδελφότητος Βασιλείου καὶ Γρηγορίου· καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Νύσσης· καὶ ὅτι τρεῖς εἰσι τῇ Ἐκκλησίᾳ Γρηγόριοι· καὶ ὅτι πάντες ἁγωσύνης μετέσχον· ἕτερος καὶ τέταρτος, αἱρετικός.

Ἀδελφοὶ δὲ Βασιλείῳ ἦσαν, Γρηγόριος ὁ τῶν Νυσσαέων φωστὴρ, ἀνὴρ μετὰ τὸν ἀδελφὸν δεύτερος ἔν τε λόγοις καὶ τρόποις καὶ βίου σεμνότητι· καίπερ δ' οὗτος καὶ γυναικὶ ὁμιλήσας κατ' οὐδὲν τοῖς ἄλλοις τἀδελφοῦ λείπεται· ὃς Βασιλείου τεθνηκότος, καὶ τὴν ἐκείνου *Ἑξαήμερον* ἀνεπλήρου, καὶ κατ' Εὐνομίου καὶ Ἀπολλιναρίου ἀντιῤῥήσεις συνέταξε, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπιτάφιον τῷ θείῳ Μελετίῳ συγγράφει, καὶ ἄλλα πλεῖστα βιβλία διδασκαλίας καὶ δογμάτων ἀνάμεστα τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ καταλέλοιπε. Δείκνυσι δὲ καὶ τἄλλα μὲν τὸν ἄνδρα, μάλιστα δὲ ὃς ἐπονήθη αὐτῷ λόγος εἰς Γρηγόριον τὸν ἐν θαύμασι περιβόητον. Ἦν δὲ τούτῳ καὶ ἀδελφὸς ἕτερος Πέτρος, ὃς τὸν μονήρη βίον μετὰ Βασιλείου ἐζήλωσεν, ὕστερον δὲ τὴν Σεβαστηνῶν ἔθυνε πόλιν. Ἀλλὰ καὶ Ναυκράτιος ἕτερος ἐν ἀσκητικῇ πολιτείᾳ νέος τὸν βίον λιπών· καὶ Μακρίνα ἡ περιώνυμος, ᾗ καὶ τὸ *Περὶ ψυχῆς* βιβλίον Γρηγόριος ἀνατίθησιν· ᾧ τινες τῶν αἱρετικῶν, ὡς ἐπυθόμην, Ὠριγένεια ὑπέσπειραν δόγματα. Πάντες δ' οὗτοι τῷ τῆς πολιτείας σεμνῷ, τῆς ἁγιωσύνης κατηξιώθησαν· ὥσπερ δῆτα καὶ Γρηγορίου Καισάρειος καὶ ἡ Γοργονία. Ἐπεὶ δέ τινες τῇ ὁμωνυμίᾳ τῶν Γρηγορίων πλανῶνται τῇ ἐπιγραφῇ τῶν βιβλίων, ἰστέον ὡς τρεῖς εἰσι Γρηγόριοι τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ διαπρέψαντες· ὅ τε εἰρημένος Ποντικὸς ἐκ Νεοκαισαρείας ὁρμώμενος ἀρχαιότερος τούτων, τῷ Ὠριγένει διδασκάλῳ χρησάμενος. Περὶ οὗ πολὺς;

C

D

λόγος ἔν τε Ἀθήναις καὶ Βηρυτῷ, καὶ τῇ Ποντικῇ διοικήσει, καὶ ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, ἣν τοῖς θαύμασι, καὶ τοῖς λόγοις ἐπέδραμεν. Ἐν δὲ Καισαρείᾳ τῷ Ὠριγένει συγγενόμενος, ἀχώριστος αὐτοῦ διέμεινε τοῦ λοιποῦ, καὶ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν ὑπ' αὐτοῦ παιδευθείς· ἔπειτα τὴν πατρίδα καταλαβών, ἀνεχώρησε, καὶ λαϊκὸς ὢν πολλὰ διεπράξατο, δαίμονας ἐλαύνων, νόσους ἰώμενος, τοὺς δ' Ἑλληνίζοντας λόγοις καὶ πλέον τοῖς τεραστίοις προσεπαγόμενος· τούτου καὶ ὁ μάρτυς Πάμφιλος μέμνηται ἐν τοῖς εἰς Ὠριγένην πονηθεῖσιν αὐτῷ βιβλίοις· ἐν οἷς καὶ συστατικὸς λόγος Γρηγορίου πρὸς Ὠριγένην παράκειται. Καὶ τρεῖς μὲν οὗτοι Γρηγόριοι, ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, γεγόνασιν· ὅ τε προῤῥηθεὶς οὗτος, καὶ ὁ τοῖς παλαιοῖς Ναζιανζηνός, ἡμῖν δὲ ἀξίως τῆς προσηγορίας τυχών· Θεολόγος γάρ· καὶ ὁ ἀδελφὸς Βασιλείου. Ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλος Ἀρειανὸς ὁ μετ' Ἀθανάσιον γεγονὼς, ὃς καὶ ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀνῄρηται. Τοσαῦτα καὶ περὶ τούτων.

A cum illum, quem diximus Neocæsarea ortum, et reliquis antiquiorem, Origenis discipulum: de quo celebris fama est Athenis, et Beryti, et in provincia Pontica, totoque adeo orbe, quem miraculis et doctrina percurrit. Hic Cæsareæ cum Origene fuit, ac deinde ab eo non discedens, veriorem philosophiam perdidicit (1). Postea in patriam reversus, primum ut laicus et profanus multa præclare egit, dæmones expulit, morbos sanavit, Græcæ superstitionis sectatores eloquentia, seu potius prodigiis ad fidei nostræ professionem adduxit. **138** Meminit etiam hujus Pamphilus martyr in suis, quos in Origenem elaboravit, commentariis: in quibus oratio laudatoria Gregorii ad Origenem inserta invenitur. Tres isti Gregorii ut breviter dicam, fuere: is de quo modo memoravimus, et qui a veteribus Nazianzenus, a nobis autem, quod tali cognomine dignus sit, Theologus est vocatus: et frater Basilii. Fuit præterea alius Arianus, Athanasii successor, qui a plebe (2) occisus est. De his satis.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ὡς δι' ἀγγέλου τὴν χειροτονίαν ἔσχε· καὶ ὡς τηνικαῦτα καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος νέος ὤν, τὰς τῆς ἐνούσης αὐτῷ χάριτος παρεδείκνυ μαρμαρυγάς.

Τοῖς δ' αὐτοῖς χρόνοις καὶ ὁ τῆς Ἰκονιέων προεδρεύσας διέλαμπεν Ἀμφιλόχιος, ᾧ φίλῳ μάλα ἀριστῳ ἐχρῶντο Γρηγόριος καὶ Βασίλειος· καὶ δείκνυσί γε τὰ πρὸς αὐτὸν αὐτῶν γράμματα, καὶ μάλιστα Βασιλείου, αἵ τε νομοθεσίαι, καὶ τὰ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰρημένα ἐν κεφαλαίοις τριάκοντα, ἃ τοῖς πολλοῖς καὶ Ἀμφιλόχια κέκληται. Περὶ τούτου δὴ τοῦ Ἀμφιλοχίου πολλὰ μὲν ἱστοροῦσι λόγου καὶ μνήμης ἄξια· ἁπλοῦς γὰρ ἦν ὁ πρεσβύτης· καὶ βίῳ καὶ λόγῳ ἐφαμίλλῳ ἐχρῆτο, ὡς καὶ πολλὰ τῶν συγγραμμάτων ἐξενεγκεῖν. Πλὴν ἡ θεία χάρις ἄλλοτε ἄλλως τὰ ἡμέτερα διοικοῦσα, καὶ διευθύνουσα, καινοτομεῖ τι καὶ περὶ τοῦτον τὸν ἄνδρα ὑπερφυές τι καὶ ξένον τεράστιον. Ταῖς γὰρ ἐρήμοις φιλοσοφοῦντι τῷ περιόντι τοῦ βίου καὶ λόγου, ἀγγέλους ἐπιπέμπει Θεὸς, οἳ εὐλογίας τε μυστικῆς καὶ ἀρχιερατικῆς υἱοθεσίας καταξιώσαντες, νοερῶς ἐτελείωσαν, καὶ εἰς ἱεράρχην τῆς Ἰκονιέων ἀνεκήρυξαν πόλεως. Ὃν δὴ καὶ εἰσέπειτα οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον χειροτονεῖν κατὰ τὸν τόπον συνελθόντες ἐπίσκοποι, ἐπείπερ παρ' αὐτοῦ ἔγνωσαν ὑπ' ἀγγέλων Θεοῦ τὴν τελεσιουργίαν λαβεῖν, δόξαν τῷ τῶν ὅλων Θεῷ ἀναπέμψαντες ἐπὶ τῷ ἱερῷ καὶ θείῳ τούτῳ χαρίσματι, ὡς ἀρχιερέα Θεοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου συνήγορον, καὶ τῆς πίστεως πρόμαχον, εὖ μάλα καὶ μετὰ δέους προσήκαντο· καὶ τὸν συνήθη ἀσπασμὸν ἐπιδεδωκότες, τὰ τῆς ἱερατείας πράττειν ἐπέτρεπον. Τηνικαῦτα δὲ καὶ Ὄπτιμος καὶ Λητώϊος ἦσαν ἐπίσκοποι, ἄνδρες βίῳ καὶ λόγῳ τῆς προγονικῆς καὶ θείας ὑπερεστάμενοι πίστεως· ὧν ὁ μὲν Πισιδίας, Λητώϊος δὲ τῆς Μελιτινῆς τὴν ἐπιτροπὴν εἶχε. Καὶ ὁ Θεῖος δὲ

B

C

D

CAPUT XX.

De sancto Amphilochio episcopo Iconii, ut is per angelum sit ordinatus: et ut tum divinus Chrysostomus etiamnum adolescens, gratiæ ejus quæ ei inerat, egregium de se præbuerit specimen.

Temporibus eisdem etiam, qui Iconii ecclesiæ præfuit, enituit Amphilochius: quem amicum egregie charum habuere Gregorius et Basilius. Indicant hoc eorum ad illum datæ litteræ et constitutiones, maxime vero Basilii scriptum De Spiritu sancto in triginta capita relatum: quæ a multis etiam *Amphilochia* vocantur. De Amphilochio isto permulta tradita sunt consideratione et memoria digna. Fuit enim senex simplex, in quo doctrina et vita ex æquo inter se ita certarent, ut aliquot etiam ediderit libros. Sedenim divina gratia alias aliter res nostras dispensans et ordinans, incredibili quodam modo mirificum, naturæque captum excedens, atque novum in hoc viro exhibuit prodigium. Siquidem ad eum in solis locis philosophantem, propter excellentem et vitam et doctrinam ejus angelos Deus misit, qui mystica et arcana benedictione et episcopali ordinatione eum dignati, intellectuali modo consecrarunt, et hierarcham civitatis Iconii renuntiarunt. Ad hunc quoque non longo post tempore ordinandum, in eum locum episcopi convenere. At ubi ex eo cognoverunt ab angelis Dei consecrationem eum suscepisse, data, de tam sacra et divina gratia, Deo gloria, ut pontificem Dei, et Evangelii præconem, fideique defensorem, cum timore reverenter hominem admisere: et solita salutatione atque osculo ei impertito, ea quæ episcopalis functionis sunt, administrare et exsequi permisere. Ea ætate Optimus quoque, et Letoius, episcopi exstitere, viri qui et vita et doctrina acceptam a majoribus divinam fidem propugna-

(1) Socrat. eod. cap. 27.

(2) A plebe Ariana. (Supra lib. IX, cap. 7.)

rent : **139** quorum hic Melitinensi, ille Pisidiæ præfuit ecclesiæ. Divus etiam Chrysostomus, juvenis etiamnum, præstantem ingenii animique vim et specimen Antiochiæ vivens ostendit. Et disciplinam morum admodum consectans, magis magisque in ea proficiebat : nondum ille quidem in episcoporum cooptatus ordinem, sed inter sacras functiones diaconi ministerium adimplens. Cujus cum epistolas Basilius et Gregorius viderent, admirati eas sunt, et egregium quiddam in eo juvene exstare perhibuerunt. Sed de Amphilochio et Joanne, suo loco plura dicemus. Nunc ad impium Valentem progrediamur.

A Χρυσόστομος, νέος ὢν ἔτι, τὸ περιὸν τῆς δυνάμεως παρεδείκνυ ἐν Ἀντιοχείᾳ ποιούμενος τὰς διατριβάς· καὶ πολὺς ἦν ῥέων τῇ ἠθικῇ διδασκαλίᾳ ἐπὶ μᾶλλον προβαίνων, οὕπω μὲν τεταγμένος ἐν ἐπισκόποις, ἱερατικοῖς δὲ βαθμοῖς τὴν διακονίαν ἀποπληρῶν· οὗ τὰ συγγράμματα Βασίλειος καὶ Γρηγόριος θεώμενοι, διὰ θαύματος ἐποιοῦντο, καὶ ξένον εἶναι τὸ κατ' αὐτὸν διήγγελλον. Ἀλλὰ περὶ μὲν Ἀμφιλοχίου καὶ Ἰωάννου καὶ αὖθις κατὰ χώραν διαληψόμεθα, ἐπὶ δὲ τὰ κατὰ τὸν δυσσεβῆ Οὐάλεντα καὶ αὖθις προϊωμεν.

CAPUT XXI.

Ut Valens Antiochiæ maximam persecutionem contra pios moverit, in fluvio eos submergens : et divinum Meletium et Pelagium et Samosatenum Eusebium, de cujus rebus gestis brevis inserta est narratio, in exsilium egerit.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Ὡς Οὐάλης ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενος, δεινῶς μέγιστον κατὰ τῶν εὐσεβούντων ἐκίνησεν, ἀποπνίγων τῷ ποταμῷ· ὑπερόριον δ' ἐποίει τὸν θεῖον Μελέτιον, καὶ Πελάγιον, καὶ τὸν Σαμοσάτων Εὐσέβιον· περὶ οὗ καὶ βραχεῖα τῶν ἔργων διήγησις.

Cum is Antiochiæ, sicuti diximus, diutius moraretur, et ab externis bellis quietus esset, adversus eos qui consubstantialis fidem sectantur, se armavit : et non modo ex Antiochena (1), verumetiam ex finitimis quæ circumcirca sunt ecclesiis, rectæ sententiæ propugnatores ejecit. Aliis quoque eos cladibus affligens, cum varii generis supplicils sustulit, tum maxime in præterfluentem amnem Orontem conjecit et suffocavit. Et Meletium quidem, egregium de vera pietate certatorem, ex ecclesia deturbatum in exsilium misit. Samosatis autem divinum ejecit Eusebium. Præterea vero ut Laodicca egregio pastore Pelagio orbaretur, et ad viduitatem redigeretur, effecit. Qui adhuc juvenis, invitus etiam jugum matrimonii subiit. In ipso vero nuptiali cubiculo, ad primam cohabitationem sponsæ suæ persuasit, ut castitatem consectans, sororis sibi potius pietatem, quam conjugalem consuetudinem præstaret. Ac tali quidem pudicitia Pelagius fuit : quam etiam in eo, reliquæ ejus conjunctæ et veluti sorores virtutes, tanquam in chorea aliqua sunt consecutæ. Quam ob causam omnium calculis et suffragiis episcopali honore dignus judicatus est. Verum tam splendida episcopalis muneris administratio ejus, flectere impium principem non potuit. Illicet hunc ille in Arabiam, Meletium autem in Armeniam, et Eusebium in Thraciam deportari jussit, viros apostolicis donis relucentes. **140** Eusebius iste antehac cum ecclesias multas vacuas esse pastoribus cognovisset, militis habitu sumpto, et capite, tiara, quam ex pileo confecerat, tecto, Syriam, Phœniciam, et Palæstinam peragraverat : ordines vacuos in ecclesiis, presbyteris, diaconis, aliis sacris ministris supplens. Alicubi etiam episcopos ecclesiis præfecerat, si quos esset nactus, qui cum eo sententiæ ejusdem essent. Quam præclarum autem fortis et generosi animi ediderit specimen, in Thraciam exsulatum ire jussus, nefas esset, si silentio præ-

Κατὰ τὴν Ἀντιόχου γενόμενος, ὥσπερ εἴρηται, καὶ πλεῖστον χρόνον ἐκεῖ διατρίβων, ἐπεὶ τὰ τῶν ἔξωθεν πολέμων ἠρέμει, κατὰ τῶν ὑπὲρ τῆς ὁμοουσίου πίστεως καθωπλίζετο· καὶ τῶν μὲν ἐκεῖσε καὶ περιξ ἐκκλησιῶν ἀπελαύνει τοὺς τῆς ὀρθοδοξίας προμάχους· καὶ ἄλλαις μὲν παντοδαπαῖς ἐπιτρίβων αὐτοὺς συμφοραῖς, καὶ διαφόροις ἀναιρῶν τρόποις, μάλιστα δὲ τῷ παραῤῥέοντι ποταμῷ Ὀρόντῃ ἐμβαλὼν καὶ ἀποπνίγων. Καὶ Μελέτιον μὲν τὸν τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἀπελάσας, ὑπερόριον ἔθετο· ἐκ δὲ Σαμοσάτων τὸν θεῖον ἐλαύνει Εὐσέβιον· Λαοδίκειαν δὲ χηρεύειν τοῦ καλοῦ ποιμένος Πελαγίου ἐποίει· ὃς νέος μὲν ὢν, τὸν τοῦ γάμου καὶ ἄκων ὑπῆλθε ζυγόν· ἐπ' αὐτῆς δὲ τῆς παστάδος κατὰ τὴν πρώτην μονὴν ἔπεισε τὴν νύμφην μᾶλλον τὴν ἀγνείαν ἑλέσθαι, φιλοστοργίαν ἀδελφικὴν μᾶλλον ἢ γαμικὴν συνάφειαν ἔχειν προτιμήσασαν. Τοιοῦτος μὲν Πελάγιος ἐπὶ σωφροσύνῃ· συνεχόρευον μέντοι καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν ἀδελφῶν ἀρεταὶ τούτῳ· ὧν δὴ χάριν ψήφῳ κοινῇ τῆς προεδρίας ἠξίωται. Ἀλλ' αἱ τῆς πολιτείας ἀκτῖνες ἥκιστα ἴσχυσαν δυσωπῆσαι τὸν δυσσεβῆ. Ἀμέλει τοῦτον μὲν εἰς Ἀραβίαν ἐξώριζεν· εἰς Ἀρμενίαν δὲ τὸν Μελέτιον· εἰς δὲ Θρᾴκην Εὐσέβιον, ἄνδρας ἀποστολικοῖς χαρίσμασι διαπρέποντας. Ὁ δ' Εὐσέβιος οὗτος, πρότερον πολλὰς ἐκκλησίας ἐρήμους ποιμένων εἶναι μαθών, στρατιώτου σχῆμα ἀναλαβών, καὶ τιάρᾳ ἐκ πίλου σκέπων τὴν κεφαλήν, τήν τε Συρίαν καὶ Φοινίκην καὶ Παλαιστίνην διῆει· διακόνους καὶ πρεσβυτέρους καὶ τἆλλα τῆς Ἐκκλησίας τάγματα ἐκπληρῶν. Καὶ ἐπισκόπους δέ ποτε ἀπεπλήρου, εἴπερ τέως ὁμοδόξων ἐπισκόπων ἐπέτυχεν. Οἷον δὲ ἀνδρίας καὶ ψυχῆς γενναίας ἐχέγγυον ἐπεδείξατο, κελευσθεὶς τὴν Θρᾴκην καταλαβεῖν, οὐ θέμις δοῦναι σιγῇ. Ἐπεὶ γὰρ ὁ τὸ γράμμα κομίζων περὶ δείλην ἦκεν ὀψίαν, σιγᾷν τέως ἐπέτρεπε, καὶ τὴν τῆς ἀφίξεως ἐπικρύπτειν αἰτίαν. « Εἰ γὰρ, φησὶ, τὸ πλῆθος γνοίη, θερμότητι ζήλου κινούμενον, σοὶ μὲν εὐθὺς θάνα-

(1) Sozom. eod. cap. 18.

τος ἕψεται· ἐγὼ δὲ τὰς δίκας δώσω τῆς σῆς ἀναιρέσεως. » Ταῦτ' εἰπὼν, κατὰ πρώτην εἰσβολὴν τῆς νυκτὸς, μεθ' ἑνὸς οἰκέτου ἐξιὼν, μόνος ἐβάδιζεν· ὁ δ' εἵπετο προσκεφάλαιον μόνον καὶ βιβλίον ὁ θεράπων ἐπιφερόμενος. Πρὸς δὲ τὴν ὄχθην τοῦ Εὐφράτου γενόμενος, διείσι δὲ ὁ ποταμὸς τὸν περίβολον τοῦ ἄστεος περιθέων, ἔνθα καὶ τὸν πόρον ἔχειν λέγεται· ἐπιβὰς ἀλιάδι, ἐπὶ τὸ πέραν ἐλαύνειν τοῖς ἐρέταις ἐνεκελεύετο περὶ τὸν, ὃς καλεῖται Ζεῦγμα. Καὶ ὁ μὲν ἦει τοῦ πρόσω· Σαμοσατεῖς δὲ γνόντες τὸ δρᾶμα, ὀδυρμοῖς καὶ δάκρυσιν εἶχοντο. Καὶ αὐτίκα πλήρης ὁ πόρος τῶν ἐμπλεόντων ἦν. Ὡς δὲ μόλις κατέλαβον, ἐπιπολὺ τὸ ῥόθιον διατρέχοντες, δεδακρυμένοι πάντες, πείθειν ἐπεχείρουν, μὴ τοῖς λύκοις προδιδόναι τὰ πρόβατα. Ἐπεὶ δὲ πολλὰ λέγοντες πείθειν οὐκ εἶχον (τὸ γὰρ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο προὐβάλλετο, ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι)· ὁ μὲν ἄλλος ἄλλο τι χρυσίον καὶ ἐσθῆτα καὶ οἰκέτας ὡς ἐπὶ ξένης ἀπαίροντι προσῆγον· ὁ δὲ τἀναγκαῖα παρὰ τῶν γνωριμωτέρων λαβὼν, ταῖς εὐχαῖς τε καθοπλίσας ὡς δεῖ, καὶ τῶν παραδεδομένων ἀκριβῶς ἔχεσθαι παρεγγυήσας, ἐπὶ τὸν Ἴστρον διέβαινεν. Οἱ δ' ἀχθόμενοι τὸ ἄστυ κατειληφότες, ἕτοιμοι πρὸς τὴν τῶν λύκων συμπλοκὴν ἦσαν· καλὸν γὰρ καὶ αὐτῶν ἐκεῖνον τὸν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ ζῆλον ἐκδιηγήσασθαι· ἀδικεῖν γὰρ νομίσω, εἰ μὴ τὸ θερμὸν καὶ ἀκραιφνὲς αὐτῶν τῆς πίστεως παραδώσω τῇ μνήμῃ. Ὡς γὰρ οἱ τῆς Ἀρείου συμμορίας, ὅλας ἐκκλησίας τῶν ποιμένων γυμνώσαντες, καὶ ἐπὶ Σαμόσατα ἕτερον ἀντ' Εὐσεβίου, Εὐνόμιον ὄνομα, ἀντεισήγαγον· οὐδεὶς τῶν ἁπάντων, οὐ πένης, οὐ πλούσιος, οὐ νέος, οὐ πρεσβύτης, ἁπλῶς οὐδεὶς φάναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσῆει, ὥσπερ ἦν ἔθος· μόνος δ' ἐκεῖνος τῷ ἐπισκοπείῳ διῆγεν, οὐδενὸς αὐτὸν οὔθ' ὁρῶντος, οὔτε τὸ παράπαν λόγον μεταδιδόντος. Καίτοι φασὶν αὐτὸν ἄλλως ἐπιεικῆ τε ὄντα καὶ μέτριον· καὶ τοῦτο παρίστησιν. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς δημόσιον ἦκε λουτρὸν, τῶν οἰκετῶν ἐγκλεισαμένων τὰς θύρας, πλῆθος πρὸ τῶν θυρῶν ἑστάναι μαθὼν, τοῖς οἰκέταις αὖθις ἀναπετάσαι τὰς θύρας τοῦ βαλανείου ἐνεκελεύετο, καὶ ἀδεῶς τοῦ λουτροῦ κοινωνεῖν τῷ βουλομένῳ ἐπέτρεπε. Τὸ ἴσον δὲ καὶ ἐν τοῖς θόλοις ἔνδον ἐποίει. Ἐπεὶ δ' εἰσῆεσάν τινες καὶ κύκλῳ εἱστήκεσαν, συμμετέχειν τῶν θερμῶν ὑδάτων προὐτρέπετο. Ὡς δ' ἱστάμενοι καὶ ἔτι σιγὴν ἦγον, τιμὴν τὴν σιγὴν ὑπολαβὼν, θᾶττον καταλιπὼν τὸ θερμὸν, ἀπηλλάττετο. Οἱ δὲ συμμετασχεῖν τὸ ὕδωρ τοῦ τῆς αἱρέσεως ἄγους νομίσαντες, ἐκεῖνο μὲν τοῖς ὑπονόμοις ἐξέχεον· ἕτερον δὲ κεράσαντες, ἀπελούοντο. Ὁ δὴ μαθὼν ὁ Εὐνόμιος, εὐθὺς τὴν πόλιν λιπὼν, οἴκαδε ἦλθε· λίαν γὰρ ἀνόητον ᾤετο πόλει δυσμενῶς ἐχούσῃ κοινῶς παραμένειν αἱρεῖσθαι. Καὶ οὕτω μὲν ἐκεῖνος ἐκὼν ἀπεχώρει τῶν Σαμοσάτων. Οἱ δ' Ἀρειανοὶ ἕτερον προβάλλονται, Λούκιον ὄνομα, λύκον ὄντως καὶ οὐ ποιμένα. Τά γε μὴν πρόβατα, καίπερ ποιμένα μὴ ἔχοντες, ὅμως τὰ ποιμένων ἔδρων, ἄσυλον διατη-

terremus. Cum is qui exsilii libellum ab imperatore afferebat, circa crepusculum advenisset, ut tacitus esset, causamque adventus sui premeret, eum admonuit (1). « Si enim, inquit, hoc multitudo resciverit, ardore zeli excitata, te quidem illa statim necabit, me autem cædis ejus pœnas luere oportebit. » Hæc ubi dixisset, ad primam facem, unico servulo, qui cervical tantum et libellum secum ferebat, comitatus, solus se in viam dedit: atque ubi ad Euphratis ripam venit, qui urbis ejus mœnia præterlabitur, ubi etiam transitum habere dicitur, piscatoriam conscendit navim, et remiges in ripam alteram eum locum versus qui Zeugma nominatur, appellere jussit. Atque ille quidem sic est profectus. At Samosateni re cognita, in lacrymis et luctu esse, et confestim trajectus navigantibus repleri. Ubi vero eum multa parte fluvii emensa sunt consecuti, plorantes omnes suadere ei contenderunt, ne lupis oves proderet. Sed postquam multa dicentes, eum in sententiam suam adducere non potuerunt (nam apostolicum illud dictum eis objecit, magistratibus et potestatibus subditos esse); alius quidem aliud, aurum scilicet et vestem et famulos ei in terram alienam et longinquam proficiscenti obtulit: ipse vero necessariis tantum a familiarissimis quibusque acceptis rebus, precatione eos ita ut convenit, munivit, et ut doctrinam traditam diligenter et accurate retinerent, hortatus est, et sic ad Istrum usque contendit. Illi factum id ægre ferentes, ubi in urbem sunt reversi, parati erant cum lupis manus conserere. Æquum enim est, ut ardorem et zelum quoque eorum, propter rem honestam et pulchram, exponam. Et profecto injuriam eis me facere existimarem, si non flagrantem illorum in fide sinceritatem memoriæ posteritatis mandarem. **141** Nam ubi, qui Arii factionis erant, pastoribus ex ecclesiis omnibus expulsis, Samosata quoque pro Eusebio Eunomium quemdam adduxerunt, nemo hominum omnium vel pauper, vel locuples, vel juvenis, vel senex, atque ut simpliciter dicam, nemo prorsus, ita ut mos est, ecclesiam est ingressus. Ipse vero solus in episcopalibus ædibus versatus est, nemine eum respiciente, aut conveniente: cum quidem vir humanus et modestus fuisse dictus sit. Quod inde satis patet; cum enim in publicum venisset balneum, et famuli fores lavacri clausissent, ubi pro foribus staro plurimos cognovit, ministris, ut eas recluderent, præcepit, atque ut communiter et libere, qui vellent, lavatione uterentur, illos admonuit: quod itidem in interiori conclavi fecit. Atque ubi nonnulli ingressi eum circumsteterunt, ut una cum eo in calidis aquis lavarent, eos est cohortatus. Cæterum cum illi sic stantes tacerent, honorem statione ejusmodi haberi sibi ratus, celeriter aquas calidas reliquit, et abiit. At illi aquas ejus piaculum hæ-

(1) Theod. cod. cap. 14.
(2) Plin. lib. v, c. 24. Pulchrum exemplum τῆς πειθαρχίας.

resis contraxisse existimantes, per cuniculos eas A emiserunt, atque aliis immissis lavarunt. Id verò postquam Eunomius cognovit, statim urbe relicta, domum est reversus : stultum esse ratus, in ea manere urbe, quæ publico et communi in eum flagraret odio. Atque ita ille quidem sua sponte Samosatis discessit. Ariani autem alium eo misere, Lucium nomine, lupum revera, non pastorem. At oves tametsi pastorem non haberent; quæ tamen pastorum sunt, fidei dogma sartum tectum conservantes, fecere. Porro quantum Samosatenorum et in hunc odium fuerit, inde liquebit. Pueri quidam pilam inter se impellentes in foro ludebant, et Lucius præteribat. Accidit autem, ut pila ex cujusdam pueri manibus excidens, per mulæ ejus qua Lucius vehebatur, pedes volveretur. B Atque illi ululatum ingentem edidere, piaculo pilam repletam esse opinati. Lucius clamorem eum non intelligens, ex comitibus quemdam paulisper ibi manere, et rem ipsam perspicere jussit (1). Et ecce pueri per accensum ignem, lustrare ita piaculum volentes, pilam jecerunt. Puerile hoc quidem fortasse, satis tamen idoneum, quod demonstret, quam constans civitas ea odium erga eos habuerit, qui fidei doctrinam depravare ausi fuissent. **142** Sedenim Lucius non eo quo Eunomius, fuit animo. Verum suasionibus suis apud magistratus tantum effecit, ut e sacro ordine multos quidem urbe exigerent : qui vero ei vehementius resisterent, longius etiam abigerent. Sic Evolcius ille diaconus Oasim deportatus : Antiochus autem presbyter, et magni Eusebii cognatione clarus (sororis enim ejus filius fuit), permultis primariis virtutibus polleus, ad quasdam ultimas Armeniæ oras in exsilium missus est. Ubi vero divinus Eusebius, post multa pro vera pietate obita certamina, postremo etiam martyrii recepit coronam : provinciales, conventu coacto, cui etiam Jovianus, qui Pergensis episcopus, brevi tempore Arianam secutus fuerat religionem, interfuit, Antiochum in locum avunculi communibus suffragiis subrogarunt. Atque is ubi ad sacram mensam accessit, et, ut mos est, inclinatus in genua magna vi procidit, conversus, quoniam Jovianum dextram capiti suo imponentem conspexit, suffragium illius rejecit, et reliquis quoque electoribus suis restitit, dicens, nequaquam se ejus dextræ consecrationem seu ordinationem suscepturum, quæ per blasphemias divina suscepisset mysteria. » Sed hæc longe post sunt facta. Eo vero tempore in interiorem Armeniam concessit. Divus autem Eusebius ad Istrum vitam egit, Gothis tum Thraciam percurrentibus, et urbes ejus populantibus : quemadmodum ipse scripto quodam suo testatus est.

ροῦντες τὸ δόγμα τῆς πίστεως. Ἀλλ' ὅπως καὶ τοῦτον διὰ μίσους εἶχον, ἐντεῦθεν ἔσται κατάδηλον. Μειρακές τινες ἀνὰ τὴν ἀγορὰν παίζοντες, σφαῖραν ἀλλήλοις ἀντέπεμπον· τοῦ δὲ Λουκίου παριόντος, συνέβη τὴν σφαῖραν τῶν τινος παίδων τῆς χειρὸς ἐκπεσοῦσαν, διὰ τῶν τῆς ἡμιόνου ποδῶν διελθεῖν, ᾗ ἔποχος ἦν Λούκιος. Οἱ δ' ἀνωλόλυξαν, μίσους ἔμπλεω καταστῆναι τὴν σφαῖραν νομίσαντες. Ὁ δὲ τὴν βοὴν ἀγνοῶν, ἐνὶ τῶν ἀκολούθων προσέταττε μικρὸν παραμεῖναι καὶ διαγνῶναι τὸ δρώμενον. Οἱ δὲ παῖδες πῦρ ἀνάψαντες, τὴν σφαῖραν ἔνδον ἠκόντιζον, καθαίρειν οὕτω τοῦ ἄγους βουλόμενοι. Καὶ μειρακιώδες μὲν ἴσως τοῦτο· ὅμως ἱκανόν ἐστι δεῖξαι ὅσον ἡ πόλις αὐτὴ ἐντροφὸν εἶχε τὸ μῖσος πρὸς τοὺς τὸ δόγμα τῆς πίστεως ᾑρημένους παραχαράττειν. Ὁ δὲ Λούκιος οὐ κατὰ τὸν Εὐνόμιον διετίθετο, ἀλλὰ πολλοὺς μὲν τῶν ἱερωμένων ἐξέωσε, τοὺς ἄρχοντας ἀναπεισθείς, τοὺς δὲ σφόδρα ἀντεχομένους καὶ μακρὰν ἤλασεν. Εὐόλκιον γὰρ ἐκεῖνον διακονίας ἠξιωμένον, εἰς Ὄασιν κατεδίκαζεν. Ἀντίοχον δὲ πρεσβυτέρου καθέδρας μετεσχηκότα, καὶ συγγενείᾳ τοῦ μεγάλου Εὐσεβίου κοσμούμενον (ἀδελφιδοῦς γὰρ ἦν ἐκείνου, πολλοῖς διαλάμπων τοῖς προτερήμασιν), εἰς τινα τῆς Ἀρμενίας ἐσχατιὰν κατεδίκαζεν. Ὡς δὲ ὁ θεῖος Εὐσέβιος μετὰ πολλοὺς τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶνας, τέλος καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀνελάμβανε στέφανον, εἰς ταυτὸ ἡ τοῦ ἔθνους σύνοδος συνελθοῦσα, παρόντος καὶ Ἰοβιανοῦ· Πέργης δ' οὗτος ἐπίσκοπος ἦν, ὃς ἐπ' ὀλίγον τῆς Ἀρειανικῆς μετέσχε θρησκείας· καὶ τὸν Ἀντίοχον ψηφιζομένων εἰς τὴν τοῦ θείου διαδοχήν, ἐπεὶ τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσῆει, καὶ κλίνων κατ' ἔθος τὰ γόνατα σὺν πολλῇ βίᾳ, στραφεὶς καὶ Ἰοβιανὸν ἰδὼν τὴν δεξιὰν τῇ κεφαλῇ ἐπιθέμενον, ἀπεστρέψατο τὴν χειροτονίαν, καὶ τῶν χειροτονούντων διίστατο, εἰπών, « μηδαμῶς ἀνέξεσθαι χειροτονίας καὶ δεξιᾶς, ᾗ διὰ βλασφημίας τὰ θεῖα μυστήρια παρεδέξατο. Ταῦτα μὲν πολλῷ ὕστερον ἐγεγόνει· τότε δὲ, εἰς τὴν ἐνδοτέραν Ἀρμενίαν διέβαινεν. Ὁ δέ γε θεῖος Εὐσέβιος παρὰ τὸν Ἴστρον διῆγε, τηνικαῦτα τὴν Θρᾴκην Γότθων κατατρεχόντων, καὶ τὰς ἐκεῖσε πόλεις ληζομένων, ὡς αὐτὸς ἰδίῳ συγγράμματι καθιστόρησεν.

CAPUT XXII.

De Barse, et tyrannide ea quam in civitate Edessa Valens in martyrio seu templo sancti Thomæ perpetravit.

Porro Barsen Edessenorum episcopum, cujus ingens est gloria in Phœnicia, Ægypto et Thebaide, siquidem has peragrans virtutis suæ splendore illustravit, ut insulam Aradum incoleret,

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Περὶ Βάρσου, καὶ περὶ τῶν ἐν Ἐδέσσῃ πεπραγμένων Οὐάλητι ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ.

Καὶ Βάρσην δὲ, ὃς τὴν Ἐδεσσηνῶν πόλιν διῴθυνεν, οὗ πολὺ κλέος ἐν Φοινίκῃ καὶ Αἰγύπτῳ καὶ Θηβαΐδι· καὶ γὰρ αὐτοῖς ἅπασι διερχόμενος, τὰς τῆς ἀρετῆς ἀπήστραπτε λαμπηδόνας, τοῦτον δὲ εἰς

(1) Theod. cod. c. 15.

Ἄρειον κατεδίκαζε τὴν ἶσον οἰκεῖν. Ἐπεὶ δ' ἀποστολικοῖς χαρίσμασι διαπρέπων, τῷ τῆς διδασκαλίας φωτὶ τὰ πλήθη πρὸς αὐτὸν εἵλκε, καὶ τὰ τῶν νοσημάτων ὅσα ἰατρῶν ἀπείρηκε τέχνη, ἴᾶτο· ἐκεῖθεν εἴς τινα πόλιν Αἰγυπτίαν μεθίστα, Ὀξύρυγχον ὄνομα. Ὡς δὲ κἀκεῖ πάντας ἐφείλκε κατὰ κλέος τῆς ἀρετῆς, εἴς τινα ἐσχατιὰν οὐ πόρρω τῶν γειτονούντων βαρβάρων μετετίθει (φίλον ἦν ὄνομα τῷ χώρῳ) τὸν τῶν οὐρανίων θαλάμων ἄξιον. Φασὶ μέντοι ἐν Ἀράδῳ ἐς δεῦρο τὴν ἐκείνου διαμένειν κλίνην πλείστης ἠξιωμένην τιμῆς· πολλοὺς γὰρ ἀπ' ἐκείνης κατακλινομένους τῶν νοσούντων τὴν ὑγείαν διὰ τῆς πίστεως δρέπεσθαι. Οἷα δὲ καὶ ἐν Ἐδέσσῃ τῇ πόλει τῷ Οὐάλεντι πέπρακται, οὐ θέμις διδόναι σιγῇ. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν εἰρημένον Βάρσην τῆς ποίμνης ἐστέρησε, Λύκον ἀντικαθίστη. Ὡς δὲ τὸ πλῆθος δυσχεραῖνον τὴν κοινωνίαν σφοδρῶς ἀπεσείετο, πάντες τὴν πόλιν καταλιπόντες πρὸ τοῦ ἄστεος συνηθροίζοντο· ἦν δ' ἐκεῖσε Θωμᾶ τῷ ἀποστόλῳ ἐπιφανὲς εὐκτήριον· ὃ ἱστορῆσαι βουλόμενος Οὐάλης, σύναμα τῷ ὑπάρχῳ, Μόδεστος οὗτος ἦν, ἦκεν ἐντειλάμενος πρότερον, τὸ συνιστάμενον ἐκεῖσε πλῆθος μετὰ τῆς ὁπλιτικῆς περὶ αὐτὸν δυνάμεως διασκεδάσαι, ῥάβδοις καὶ ῥοπάλοις παίοντας, εἰ δὲ δεήσει, χρησομένους καὶ ξίφει. Ὃ δὲ τὸ κελευόμενον ἔδρα· καὶ λάθρα τοῖς Ἐδεσσηνοῖς ἐδήλου φυλάξασθαι τὴν ὑστεραίαν, μὴ εἰς τὸν εἰωθότα συνελθεῖν τόπον· πρόσταγμα γὰρ βασιλέως εἶναι τιμωρίαν ἐπάγειν οἷς ἁλῶναι συμβαίη. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἠπείλει καίπερ ἑτερόδοξος· ἢ μηδένα ἢ ὀλίγους κινδυνεῦσαι προμηθούμενος, ἢ ἴσως καὶ παραιτούμενος ἑαυτὸν πρὸς τὴν τοῦ κρατοῦντος ὀργήν. Ἐδεσσηνοὶ μέντοι ἐν δευτέρῳ θέμενοι τὰς ἀπειλάς, ἅμα ἕῳ πρόθυμοι μᾶλλον ἢ πρότερον ἐπὶ τὸν τόπον ἐχώρουν, καὶ τὸ εἰωθὸς ἔπραττον. Ἀγγελθέντος δὲ Μοδέστῳ τοῦ πράγματος, οὐκ εἶχεν, ὅ τι καὶ δράσειεν. Ἀμηχάνως δ' ἔχων, ὅσον τάχος στίχα στρατιωτικὴν ἐπαγόμενος, διῄει τὴν ἀγοράν, καὶ ἐπὶ τὸ πεδίον ἦλθε. Γυναίῳ δέ τινι περιτυχὼν, βρέφος ἐφέλκοντι τῇ χειρὶ, ἀκόσμως δὲ καὶ παρὰ τὸ πρέπον γυναικὶ τὸ ᾄχος εἰκῇ πως ἐπισυρομένῃ, καὶ ὡς ἐπί τι σπουδαῖον ὁρῶντι τὴν τῶν ἡγουμένων στρατιωτικὴν διακόπτοντι φάλαγγα, ὁ ὕπαρχος συλληφθῆναι ταύτην ἐκέλευε, καὶ ὅτου χάριν σπεύδει, τὴν αἰτίαν ἀπῄτει. Τῆς δ' εἰπούσης, Ἐπὶ τὸ πεδίον ἔνθα οἱ τῆς εὐσεβείας θεράποντες· ἔγνων γὰρ, ἔγνων τὰς ὑφ' ὑμῶν τυρευομένας ἐπιβουλάς· καὶ σπεύδω καὶ αὐτὴ τῶν ἴσων ἐκείνοις ἀξιωθῆναι γερῶν, ἵνα μὴ κατόπιν ὁρόμου γεγενημένη τῆς παρὰ Θεῷ δόξης ἁμάρτω. Τὸ δὲ παιδίον τί, φησὶ, μεθ' ἑαυτῆς ἄγεις, αὐθις ὁ ὕπαρχος; ἀνηρώτα. Ἡ δὲ, Ἵνα καὶ σύτὸ τῆς ἴσης ἀξιωθείη τιμῆς, μετασχὸν τῶν παθῶν. Καταπλαγεὶς δὲ τῆς ἀνδρείας ἐκείνης τὴν γενναιότητα, καὶ ἐκ ταύτης τὴν ἁπάντων τεκμηράμενος προθυμίαν, εἰς τὸ βασίλεια καθ-

A Valens condemnavit. Quoniam vero apostolicis donis clarus, doctrinæ suæ luce multitudinem ad se pertrahebat, et morbos quos medici curari posse desperaverant, sanabat, in Ægyptiam inde urbem quamdam Oxyrynchum nomine est deportatus (1). **143** Ubi vero et ibi virtutis gloria animos omnium in se convertit, in extremos quosdam fines a quibus non longe Barbari aberant (Philo locus is nominatur) translatus est, cum quidem cœlesti domicilio esset dignus. Etiammunc in Arado lectulum esse dicunt, quem plurimo honore Deus sit dignatus, quod ægroti multi in eum repositi valetudinem per fidem recuperent. Verum enimvero quæ Edessæ etiam crudeliter Valens egerit, silentio ea mandare non licet. Cum namque B Barsen, quem diximus, a grege suo exclusisset, Lycum (2) pro eo substituit: quam rem quia multitudo ægre tulit, et communionem ejus respuit, relicta urbe omnes extra ejus mœnia conventus egere. Erat autem ibi Thomæ apostoli insigne oratorium, quod videre volens Valens, una cum præfecto Modesto, quosdam prius cum mandato eo misit, ut multitudinem ibi congregatam, armatorum quos secum ducebat opera dissiparent, baculis et clavis eam pulsantes, si vero opus esset, gladios quoque adhibentes. Præfectus imperata facere, et clam Edessenis denuntiare, ne postridie more suo in loco eo convenirent. Mandatum enim ab imperatore esse, ut in eos qui ibi deprehensi C essent, graviter animadverteretur. Præfectus sane, quamvis diversæ sententiæ et religionis, ad eum modum illis est minatus: vel quod neminem aut paucos certe periclitari vellet, vel quod fortasse imperatorem graviter indignantem opera sua uti nollet. Edesseni vero minarum denuntiationem parvi pendentes, una cum diluculo alacrioribus etiam quam antea animis in locum designatum convenere, et solita sacra sua peregere. Quod ubi Modesto est indicatum, cum quod faceret non haberet, consilii inops, quam celerrime militari manu contracta, per forum ad campum eum contendit: et in mulierculam incidit, manu puellum raptantem, palliumque sic temere et incomposite, contra quam feminam decet, trahentem, at que D adeo militarem doctorum phalangem, perinde atque ad rem magni momenti properaret, rumpentem. Eam jussu suo comprehensam, cujusnam rei gratia tantopere festinaret, interrogat. Tum illa (3): In campum eum, inquit, in quo veræ pietatis cultores sunt congregati. **144** Novi enim, et certo novi vestras quas struitis insidias: et propterea eo venire propero, ut æqualia cum illis consequar præmia, ne scilicet cursu intermisso tardius vadens, gloria quæ a Deo est, excidam. Puerum autem (præfectus subinfert) quid ita te-

(1) Theod. eod. cap 16.

(2) Λύκος. Lycus, proprium esse hoc loco nomen potest: alioqui λύκος lupus Græcis dicitur, et sic appellativum nomen fuerit.

(3) Animus enim divina æmulatione succensus, humanum non capit metum, sed terriculamenta omnia pro risu habet et ludicro. Theod. lib. IV, cap. 26.

cum ducis? Et rursum illa : Ut et ipse, ait, post afflictionem et arumnam toleratam, honoris ejus particeps fiat. Ille animo ad tam generosam fortitudinem mulieris consternatus, ubi ex ejus unius aliorum omnium conjecisset alacritatem, ad imperialem domum reversus, imperatori rem omnem indicavit, et ut a consilio cœpisque suo desisteret suasit : turpem et adversam dicens ex tali facto consecuturam famam, atque Edessenorum nihilo magis alacritatem exstinctum iri. Verbis hisce innumeram multitudinem præfectus conservavit. At imperator ubi illum contumeliosis vocibus proscidit, pugno etiam cecidit : multitudinis nihilominus duces comprehensos cogi præcepit, ut per optionem vel cum Lyco seu lupo, et non pastore, communicarent, vel citra moram urbe excederent, atque ad ultimas oras exsulatum irent.

A ὑπέστρεψε · καὶ κοινωσάμενος αὐτῷ βασιλεῖ, ἔπειθε μὴ εἰς πέρας ἄγειν τὰ δόξαντα · αἰσχρότητα γὰρ εἶναι ἐκ τοῦ ὁρωμένου καὶ δύσκλειαν · ἐκείνοις δέ, μὴ ἐφικτὸν εἶναι, σβέσαι τὴν προθυμίαν. Ταῦτ' εἰπὼν, τὸ πλῆθος ἀπείρατον διετήρει. Λοιδορησάμενος δ' ἐκεῖνος τὸν ὕπαρχον καὶ πύξ παίσας, ἀλλά γε τοὺς ἡγουμένους τοῦ πλήθους προσέταττε συλληφθέντας, ἢ τῷ Λύκῳ, καὶ οὐ ποιμένι, κοινωνεῖν ἐλίσθαι, ἢ θᾶττον τῆς πόλεως ἀπελᾶν, καὶ ἐπί τινας ἐσχατιὰς γῆς παραπέμπειν.

CAPUT XXIII.

De Eulogio et Protogene, ut magnifice pro fide decertaverint : et ut post reditum ab exsilio, alter Edessæ, alter autem Carris Ecclesiæ episcopi præfuerint.

Porro ubi præfectus illos omnes congregasset, imperatoris mandata in medium protulit, lenibus uteus verbis, stolidumque esse dicens, eos tam paucos et imbecilles homines contra imperatorem tantum, et tot populis imperantem niti. Illi autem taciti omnes constitere, in ducem suum (Eulogius is erat, vir vita simul et doctrina condignam laudem consecutus) respectantes. Ad hunc igitur Modestus conversus : Quid ita tandem, inquit, o senex, non respondes? Atqui, respondit ille, responso nihil opus esse, qui interrogatus non essem, putavi. Rursum præfectus : Multa certe ad vos, quæ utilia vobis essent, exponens, verba feci. Tum Eulogius : Illa quidem ad universos sunt dicta. Ego autem ineptum esse existimavi, si multis rejectis, ipse responderem. **145** Quod si me solum percunctatus fueris, illico tibi sententiam meam exponam. Ibi præfectus : Ergo ut cum imperatore tibi communio sit, facito. » Eulogius vero magna cum gratia facete admodum arridens : « Offert enim, inquit, et una cum imperio sacerdotium quoque sortitus est (1) : » Verum ille ironicum et amarulentum dictum sentiens, graviter id tulit, et jactis in senem conviciis, ad alia hæc insuper addidit : « Non hoc dixi, attonite et stulte, sed communicare te debere, cum quibus ille præcipit, episcopis. At ego, inquit, et senex sum, et pastoris non expers : cujus vocem ut germanam intelligo, et doctrinam sequor, neque mihi tam perniciosa et pestifera herba opus est. » Hisce verbis furore incensus, celeriter octoginta ex eis qui multitudinis essent velut columnæ, comprehensos in Thraciam relegavit. Atque illi vincti circumeuntes, benigne a multis sunt curati. Vici enim et civitates eis obviam progredientes, tanquam veræ pietatis defensoribus debitum præstiterunt honorem. Porro invidia nunquam non aciem instruens, ad impera-

B

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Περὶ Εὐλογίου καὶ Πρωτογένους, ὡς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἠγωνίσαντο · καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ὁ μὲν τῆς Ἐδεσσηνῶν, Πρωτογένης δὲ τῆς ἐν Καρραῖς ἐκκλησίας προέστησαν.

Ἐπεὶ δὲ πάντας ἀθροίσας τὰ τῷ βασιλεῖ προστατόμενα εἰς μέσον ἐτίθει, ἠπίοις τὰ πρῶτα χρώμενος λόγοις · ἠλίθιον γὰρ εἶναι ἔλεγε βασιλεῖ τοσούτῳ καὶ τοσούτων κατάρχοντι, βραχυτάτους οὕτως ἀντιτείνειν ἀνθρώπους · ὡς δ' ἅπαντες ἐν σιγῇ ἦσαν, πρὸς τὸν τούτων ἡγούμενον ἀφορῶντες (Εὐλόγιος οὗτος ἦν, ἀνὴρ βίῳ καὶ λόγῳ τὸ ἀξιέπαινον ἔχων) · ὁ ὕπαρχος πρὸς ἐκεῖνον στραφείς, Τίδή ποτε, ἔφη, πρεσβύτα, οὐκ ἀποκρίνῃ; Ὁ δὲ, Οὐκ οἶμαι δεῖν εἶναι, μηδὲν ἐρωτώμενος, ἀποκρίνεσθαι. Καὶ μὴν ἐκεῖνος, Πολλοὺς, φησὶ, διεξελήλυθα λόγους, τὰ συνοίσοντα ὑμῖν εἰσηγούμενος. Ὁ δ' Εὐλόγιος, Ἐκεῖνα μὲν πρὸς ἅπαντας εἴρηται · καὶ γε ἄτοπον ᾠμην, τοὺς πολλοὺς παρωσάμενος, αὐτὸν ἀποκρίνασθαι · εἰ δ' ἐμὲ μόνον ἔροιο, τὸ δοκοῦν εὐθύς σοι δηλώσω. Καὶ ὁ ὕπαρχος, Τοιγάρ τοι βασιλεῖ κοινωνῆσαι ἐλοῦ, ὁ δὲ, ἀστείως μάλα καὶ χαρίεντι τῷ ἤθει προσμειδιάσας, Προσφέρει γάρ, ἔφη, καὶ μετὰ τῆς βασιλείας καὶ τὸ ἱεράσθαι κεκλήρωται. » Ὁ δὲ χαλεπῶς εἰρωνείας ἐπησθημένος, λοιδορησάμενος δὲ τῷ πρεσβύτῃ, πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτα ἐπήγαγεν · « Οὐ τοῦτο εἶπον, ἐμβρόντητε, ἀλλὰ κοινωνῆσαι οἷς ἐκεῖνος ἐπισκόποις κτλεύει. Ἀλλ' ἐγὼ, φησὶν ὁ πρεσβύτης, καὶ ποιμένος οὐκ ἄμοιρος · οὗ τῆς φωνῆς ὡς γνησίας ἐπησθημένος, καὶ τοῖς ἐκείνου δόγμασιν ἕπομαι · καὶ οὐ χρή μοι τῆς τοιαύτης νοσερᾶς πόας καὶ θανασίμου. » Τούτοις ἀναφλεγεὶς εἰς θυμὸν, θᾶττον ὀγδοήκοντα τούτων συλλαβὼν, ὅσοι τοῦ πλήθους ἦσαν ὥσπερ στηρίγματα, πρὸς Θρᾴκην ἐξέπεμπεν. Οἱ δὲ δέσμιοι διιόντες, πολλῆς τινος ἀπήλαυον τῆς κηδεμονίας · καὶ κῶμαι γὰρ καὶ πόλεις ἐξιοῦσαι προυπήντων, ὡς εὐσεβείας προμάχοις τὸ εἰκὸς ἀφοσιούμεναι γέρας. Ὁ δὲ φθόνος ἀεὶ στρατεύων, εἰς βασιλέα θᾶττον ἀπέτρεχε · καὶ παμπόλλης, ἔλεγε, πρόξενος τιμῆς ἐγεγόνει ἡ παρ' ὑμῖν νομισθεῖσα ἐξορία τοῖς καταδίκοις. Ὁ δὴ μαθὼν ἐκεῖνος, κατὰ δύο διαιρεθῆναι προστάττει · καὶ

C

D

(1) Apud Theodoret. dictum hoc per interrogationem effertur : *An cum imperio episcopatum etiam tuit?* Lib. IV, cap. 18.

τοὺς μὲν Θρᾴκην, τοὺς δ' Ἀραβίαν καὶ Θηβαΐδα οἰκεῖν, καὶ ἄλλους ἀλλαχοῦ διασπαρῆναι τοῖς πολιτνίοις. Εἰ δέ που καὶ ἀδελφοὶ παρῆσαν, ἀπ' ἀλλήλων δ ἵστα Εὐλόγιον μέντοι καὶ Πρωτογένην τὰ δεύτερα μετ' ἐκεῖνον ἔχοντα, εἰς Ἀντινὼ τὴν Θηβαίων ἐξώριζεν. Ὅση δ' ἐκείνων ἡ ἀρετὴ, ἐντεῦθεν δειχθήσεται. Ἐπεὶ γὰρ σύμφρονά τινα ἐπίσκοπον εὗρον ἐκεῖσε, κοινωνεῖν εἵλοντο, καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν μετεῖχον συλλόγων. Ὀλίγον δὲ σφόδρα ἀθροιζομένων, ὡς ἔγνωσαν τὴν αἰτίαν, Ἕλληνας εἶναι ἐποίκους τῆς πόλεως, τὰ εἰκότα τῆς πλάνης θρηνήσαντες, οὐ δεῖν ἐνόμισαν μέχρι τοῦ κόψασθαι ἵστασθαι· ἀλλ' ὡς εἰκὸς, καὶ τῆς ἐκείνων ἰατρείας φροντίδα ἐποίουν. Καὶ Εὐλόγιος μὲν οἰκίδιόν ἑαυτὸν καθείρξας, ἡσυχῇ καθῆστο, τὸν τῶν ὅλων ἐκδυσωπῶν Θεόν. Ὁ δὲ Πρωτογένης, τὰ ἱερὰ γράμματα ἐκπεπαιδευμένος, καὶ γράφειν μάλα ἐξησκημένος, διδασκαλείου μειρακίων προΐστατο, τόπον εἰς παιδαγωγεῖον ἐπιτήδειον εὑρηκώς. Ἀμέλει καὶ γράφειν εἴς τε κάλλος καὶ τάχος, καὶ τὰ ἱερὰ ἐξεπαίδευε λόγια· τά τε Δαυϊδικὰ μέλη καὶ τὰ πρόπομπα τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἐκμανθάνειν παρεσκευάζετο. Ἐπεὶ δὲ τῶν μειρακίων ἐν νόσῳ κατειργασμένον θανεῖν προσδόκιμον ἦν, ἐπὶ τῆς οἰκίας ὁ Πρωτογένης ἦκεν, καὶ τῇ τῆς χειρὸς ἁφῇ τὸ λυποῦν ποιεῖν ἐδραπέτευεν, οἱ τῶν ἄλλων πατέρες διαγνόντες, ἐπὶ τῆς οἰκίας τὸν πρεσβύτην ἀνῆγον ἕκαστος, καὶ τοῖς ἀῤῥωστοῦσι τῶν παίδων ἐπικουρεῖν ἠντιβόλουν. Ὁ δὲ μὴ δύνασθαι βοηθεῖν ἔλεγεν, εἰ μὴ πρότερον ὁ νοτῶν τὸ θεῖον ὑπέλθοι λουτρόν. Οἱ δὲ τῷ πόθῳ τῆς ἀπαλλαγῆς ἠπειγμένοι, θᾶττον ἐπείθοντο, καὶ διὰ τῆς σωματικῆς νόσου καὶ τὴν ψυχικὴν ὑγείαν ἐδρέποντο. Εἰ δέ τις καὶ τῶν ἐῤῥωμένων πεισθεὶς τῆς θείας χάριτος μετασχεῖν ἤθελε, παρὰ τὸν Εὐλόγιον ἰὼν, καὶ τὴν θύραν πατάξων, ἀνοίγειν ἔπειθε· καὶ τῷ θηράματι καὶ τὴν ἐν Χριστῷ ἐπιβαλλειν παρεκάλει σφραγῖδα· ὡς δ' ἐκεῖνος ἐχαλέπαινεν, ἅτε διακοπτομένης αὐτοῦ τῆς εὐχῆς, ὁ Πρωτογένης, « Ἀλλ' ἀναγκαιοτέρα πάντως, ἔλεγεν, ἡ τῶν πλανωμένων ἐπιστροφὴ πρὸς Χριστόν. » Καὶ διὰ θαύματος ἦν τὸ πραττόμενον· πῶς Πρωτογένης, τοσαῦτα θαυματουργῶν, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας φῶς τοσαῦτα ποδηγῶν πλήθη, παραχωρῶν τῶν πρωτείων Εὐλογίῳ ἐωρᾶτο· καί γ' ἐνομίζετο ἐπὶ πολὺ πλείονα εἶναι Πρωτογένους τὴν ἀρετὴν, καὶ ὑπερτεροῦσαν τῆς Εὐλογίου ὡς μάλιστα. Ὡς δὲ τὰ τοῦ κλύδωνος ἔληγε, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ οὗτοι ἀνήχθησαν, δεδακρυμένοι προὔπεμπον τούτους οἱ ἐπιχώριοι· καὶ μάλιστα ὁ ἐπίσκοπος τοσαύτης συμμαχίας ἐστερημένος. Ὁ μὲν οὖν Εὐλόγιος Βάρσου τοῦ θείου τέλει χρησαμένου τοῦ βίου, τῆς ἐκείνου ἐκκλησίας τοὺς οἴακας ἐγχειρίζεται. Ὁ δὲ θαυμαστὸς Πρωτογένης, τὴν ἠκανθωμένην πόλιν ἐξ Ἑλληνικῆς τερθρείας Καρῶν γεωργεῖν ἐπιστεύθη· ἣν καὶ φιλοπόνως ἐξεργασάμενος, τὸν θεῖον τῆς εὐσεβείας καρπὸν ἐδράψατο. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον.

torem mox procurrit, et multorum honorum causam esse dixit, quod condemnatis exsilium fore putaretur. Imperator re cognita, disgregari eos, et binos partim in Thraciam, partim in Arabiam, quosdam in Thebaidem, atque alios alio in oppida dispergi jussit (1). Si qui etiam inter eos fratres essent, disjungi curavit (2). Eulogius sane, et Protogenes, qui secundas ab illo ferebat, Antinoen (3) Thebæorum oppidum deportati sunt. Quanta autem illorum virtus fuerit, illud indicabit. Cum namque sententiæ suæ episcopum ibi reperissent, communicare cœperunt, et ecclesiasticos conventus egerunt. Porro cum pauci valde ad eos convenirent, et causam ejus rei esse comperirent, quod Græcæ superstitionis studiosi oppidani essent : ubi pro eo atque decet, errorem eum eluxissent, non cessandum sibi esse, usque dum ipsi pectora sua plangerent, duxerunt, sed ita ut par erat, illorum quoque medicinæ et salutis curam gesserunt. Et Eulogius quidem in domunculam quamdam se ipsum abdidit, ibique tacitus vixit, rerum universarum Deum precibus exorans. Protogenes autem sacras Litteras edoctus, et in scribendi arte valde exercitatus, ludum litterarium aperuit, commodo scholæ puerilis loco invento. **146** In ea et pulchre et celeriter adolescentulos scribere, et sacra docuit oracula, ita ut illi Davidica carmina, et alia apostolicæ doctrinæ consona addiscerent. Cum autem ex pueris unus morbo confectus, in exspectatione mortis esset, Protogenes in domum ubi is jacebat, venit, et manus contrectatione ægritudinem fugavit. Quod ubi aliorum parentes cognoverunt, in suas quisque ædes senem adduxerunt, et ut invalidis eorum liberis opem ferret, rogarunt. Tum ille se auxilio eis non prius esse posse dixit, quam ægri divinum subirent lavacrum. Et illi, quod eos desiderium recuperandæ suis valetudinis adurgeret, statim dicto audientes fuere, atque ita per corporis morbum, animæ quoque salutem sunt consecuti. Si quis autem valentium quoque ab eo persuasus divinam gratiam ambiret, ad Eulogium vadens, et fores pulsans, ut ille eas apperiret, et ei quem venatus esset, sigillum in Christo imponeret, rogabat. Atque ubi Eulogius eam rem, quod in precatione identidem interpellaretur, gravius tulit, Protogenes : « Atqui (inquit) longe necessaria magis est errantium ad Christum conversio. » Id vero factum admirationi erat omnibus, Protogenem videlicet, qui tanta ederet miracula, et tantam multitudinem ad veritatis lucem produceret, partes primas Eulogio concedere. Et omnes longe præstantiorem superioremque Protogenis virtutem ipsius Eulogii vita esse existimabant. Cæterum postquam persecutionis procella sævire desiit, atque una cum aliis et isti ab exsilio reducti sunt, incolæ ejus regionis lacrymantes eos produxerunt : potissimum vero episcopus ipse, qui auxilio tanto orbabatur. Et Eulogius quidem divo Barsæ vita de-

(1) *Tripart.* lib. VII, cap. 35.
(2) Infra lib. XII, cap. 5.
(3) Al. *Antinoum.*

functo, ecclesiæ ipsius gubernacula suscepit. Admirando autem Protogeni, Carræ civitas Græcarum præstigiarum spinis obsita, excolenda credita est : qua labore multo repurgata, cœlestem veræ pietatis fructum percepit. Sed de his postea.

147 CAPUT XXIV.

De sancto Flaviano et Diodoro, ut ipsi gregem Meletii rexerint, cum nondum episcopalem dignitatem suscepissent.

Valens diutius Antiochiæ commoratus, Euzoio ibi ecclesias regente, Judæis, et ethnicis Græcis, atque etiam qui Christianorum nomine censentur, et diversa ab Evangelica doctrina dogmata complecterentur, omnibus quæ animis eorum placita essent, ut libere peragerent, permisit. Nam impius error sub Joviniano quidem exstinctus, a Juliano autem excitatus, paulatim reflorescebat (1), et Dialia, Dionysia et Cereris sacra, non in angulis, imperatore veluti præeunte, peragebantur : et homines in medio foro, nemine obsistente, bacchantium, qui numine afflantur, more, discurrebant. Eorum vero tantum, qui catholicæ Ecclesiæ doctrinam sequebantur, implacabilis hostis erat. Et primum quidem recens constructam ecclesiam, quam illis Jovinianus dederat, ademit; deinde vero ex aliis quoque eos sacris ædibus exegit. Atque ubi illi sub dio agentes, ad montis radices Deum consuetudine sua hymnis et laudibus celebrarent, et varias easdemque adversas aeris mutationes, aliquando quidem cum pluviis et nive et immenso frigore conflictati, aliquando autem æstu solis admodum adusti perferrent, ne eo quidem loco ut permanerent voluit, et immissis in eos militibus, æruminosum hoc vitæ agendæ institutum dissipavit. Flavianus autem et Diodorus generosi veritatis athletæ tum florebant : qui imminentes gregi Christi fluctus, veluti scopuli quidam, quamprimum in spumam redegerunt. Illi enim post Meletium in exsilium ejectum, pro grege Christi decertabant, cum lupis ipsis fortiter obviam eundo, tum Christi ovibus convenientem doctrinam proponendo. Atque ubi ex locis ad radices montis sitis deturbati sunt, ad proximi fluminis ripas oves paverunt : non frustra, perinde atque illi in Babylone captivi, ad salices carminum organa suspendentes : sed libere Deum, juxta divinum Davidem, in omni loco dominationis ejus laudantes. Verum ne hoc quidem in loco diu eos durare, orthodoxorum et recte sentientium hostis passus est : **148** sed primo quoque tempore inde etiam secedere coegit, conventumque eum solvere atque dissipare est conatus. Sedenim divinum duorum istorum virorum, qui pro pastoribus rem gerebant, par, spiritualem gregem, ad id quod in Christo est bellum, exercuit, atque ubi pabulandum esset, monstravit. Et generosus quidem Diodorus, perinde atque prærultus et pellucidus amnis, divino flumine suos potavit. Adversus alienos autem vehementius cum impetu ruens, illegitima dogmata diluit et abolevit : non

(1) Theod. cod. cap. 21, 25.

A

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Φλαβιανοῦ καὶ Διοδώρου, ὡς τὴν ποίμνην Μελετίου αὐτοὶ διεῖχον, μήπω ἱερατικοῦ ἐπιβάντες βαθμοῦ.

Πλεῖστον δ' ὅτι χρόνον ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίψας Οὐάλης, Εὐζωΐου τῶν ἐκκλησιῶν ἡγουμένου, Ἰουδαίοις μὲν καὶ Ἕλλησι καὶ πᾶσι Χριστιανῶν ὄνομα περικειμένοις, τέναντία δὲ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας ἀσπαζομένοις, τὰ θυμήρη πράττειν ἀδεῶς εἴασεν. Ἀμέλει καὶ ἡ ἐπὶ Ἰοβιανοῦ μὲν σβεσθεῖσα πλάνη, ἀπὸ Ἰουλιανοῦ δὲ ἐξαφθεῖσα, κατὰ μικρὸν πάλιν ἤνθει· καὶ τὰ Διάσια καὶ Διονύσια, τά τε Δήμητρος ἔργα, οὐκ ἐν γωνίᾳ, ἅτε δὴ βασιλέως κατάρχοντος, ἐτελοῦντο· καὶ βακχεύοντες ἄνδρες ἔθεον κατὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς, οὐδενὸς ἐμποδὼν καθεστῶτος. Μόνοις δ' ἐχθρὸς ἄσπονδος ἦν τοῖς φρονοῦσι τὰ τῆς καθόλου ἐκκλησίας διδάγματα. Καὶ δὴ πρῶτον ἀφῄρει αὐτῶν τὴν νεόδμητον Ἐκκλησίαν, ἣν Ἰοβιανὸς ἔδοτο· καὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν περιβόλων ἐξήλαυνεν. Ὡς δ' ἐκεῖνοι ἐν ὑπαίθρῳ διάγοντες παρὰ τὰς ὑπωρείας τοῦ ὄρους ὕμνουν μὲν, ὡς ἔθος, Θεὸν, τῶν δ' ἐναντίων τοῦ ἀέρος μετεῖχον μεταβολῶν, ποτὲ μὲν ὑετοῖς καὶ νιφετοῖς καὶ κρυμοῖς προσπαλαίοντες, ἄλλοτε δὲ φλογμοῖς ἡλιακοῖς σφόδρα κατακαιόμενοι, οὐδ' ἐν ταύταις ἐᾶν αὐτοὺς ἤθελε· στρατιώτας δὲ πέμπων, καὶ τὴν ἐπίπονον ταύτην διαγωγὴν διεσκέδαζεν. Φλαβιανὸς δὲ καὶ Διόδωρος οἱ γενναῖοι τῆς ἀληθείας ἀγωνισταὶ τηνικαῦτα διέλαμπον· καὶ τὰ προσβάλλοντα κύματα τῇ ποίμνῃ Χριστοῦ, οἷά τινες πρόβολοι, πρὸς ἀφρὸν ὡς τάχος διέλυον. Αὐτοὶ γὰρ μετὰ Μελέτιον γενόμενον ὑπερόριον τῆς ποίμνης ἀντεποιοῦντο Χριστοῦ· τοὺς μὲν λύκους ἀνδρείως ἀντιτασσόμενοι, τοῖς γε μὴν Χριστοῦ θρέμμασι τὴν προσήκουσαν διδασκαλίαν προσφέροντες. Ὡς δὲ κἀκ τῆς ὑπωρείας ἠλαύνοντο, παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ γείτονος ποταμοῦ τὰ πρόβατα ἔνεμον, οὐκ εἰκῇ, κατὰ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτους, παρὰ τὰς ἰτέας κρεμῶντες τὰ τῶν ᾠδῶν ὄργανα, ἀλλ' ἀδεῶς ὕμνουν Θεὸν, κατὰ τὸν θεῖον Δαυΐδ, ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ. Ἀλλ' οὐδ' ἐν ἐκείνῳ τῷ χώρῳ ἐπιπολὺ διατρίβειν εἴασεν ὁ τῶν ὀρθοδόξων μόνων πολέμιος· ἀλλ' ὡς τάχος κἀκεῖθεν ἀφίστα, καὶ τὴν συναγωγὴν διασπᾷν ἐπειρᾶτο. Ἡ θεία τῶν ὑποποιμένων τουτωνὶ ξυνωρὶς, γυμνάζουσα μὲν ἦν τὸ πνευματικὸν τοῦτο ποίμνιον πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ μάχην, καὶ ᾗ δὴ νέμεσθαι, ἐπεδείκνυον. Καὶ ὁ μὲν γενναῖος Διόδωρος, οἷά τις ποταμὸς βαθυδίνης καὶ διειδέστατος, τὸ θεῖον νᾶμα τοῖς σφετέροις ἐπήγαγε· βαγδαῖος δὲ τοῖς ἀλλοτρίοις κατιὼν, τὰ νόθα τῶν δογμάτων ἐπέκλυζε καὶ ἠφάνιζε, μὴ τὸ τοῦ γένους περιφανὲς οὐδαμῶς ἐν λόγῳ τιθέμενος, φιλῶν δ' εὖ μάλα τὸ πάσχειν ὑπὲρ τῆς πίστεως. Φλαβιανὸς δὲ καὶ αὐτὸς τῶν εὖ γεγονότων ὤν, τὸ εὐσεβὲς τῆς εὐγενείας προὐτίθει· καὶ καθά τι,

παιδοτρίβης Διοδώρῳ καθίστατο, παρατεταμένῳ πρὸς τὸ ἱερὸν τῆς εὐσεβείας πένταθλον· ὃς δὴ καὶ ἐπ' ἐκκλησίας δημηγορεῖν οὐκ εἶχεν, ἅτε νέος ὤν, καὶ μήπω εἰς ἱερωσύνης παραγγελίας βαθμόν. Οὐκ ὀλιγίστην μέντοι μοῖραν εἰσῆγεν ἐνθυμημάτων καὶ γραφικῶν νοημάτων τοῖς τοῦτο δρῶσιν ἐκ προτροπῆς. Καὶ οἱ μὲν τοῖς ἐξ Ἀρείου βλάσφημα βάλλουσι συνεχῆ τόξα κατέτεινον· ὁ δὲ καθάπερ ἔκ τινος βελοθήκης ἢ φαρέτρας τῆς σοφῆς διανοίας ἐκείνου τὰ βέλη τῶν νοημάτων πυκνὰ προσέφερε. Καὶ ἐπ' ἐκκλησίας μὲν λέγειν οὐκ εἶχεν, ὡς εἴρηται· οἴκοι δὲ καὶ δημοσίᾳ τοὺς διαλόγους τιθέμενος, τὰς ἄρκυς τῶν δυσσεβούντων διέσπα, ἀραχνίων κατ' οὐδὲν διαφέρειν δεικνὺς τὰ γ' ἐκείνοις ἀναντίῤῥητα δοκοῦντα τῶν προβλημάτων.

A magni ille generis sui præclari splendorem faciens, afflictiones autem et ærumnas pro fide non gravate ferens. Flavianus vero, qui et ipse ex nobilitate erat, veram pietatem generis claritati longe quoque præposuit. Is veluti quidam ludimagister, Diodoro ad sacrum pietatis quinquertium instructo affuit : atque in ecclesiis quidem ille concionari non potuit, quod junior adhuc ad sacerdotii gradum non conscendisset : sed non pœnitendum enthymematum seu argumentorum, atque ex Scripturis depromptarum sententiarum momentum eis, qui id legitima cohortatione exciti faciebant, suppeditavit. Et illi quidem adversus Arianos blasphema verba jactantes, continue arcum intendebant : hic autem veluti ex pharetra quapiam, sic ex sapienti mente sua, frequentia sententiarum tela subministrabat. Et in ecclesia, quemadmodum diximus, docere non potuit : domi vero et in publicis disputationibus impiorum retia disrupit, et nihil ab aranearum telis differre ostendit, quas ipsi irrefragabiles esse putabant quæstiones atque propositiones.

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Περὶ τῶν ὁσίων Ἀφραάτου καὶ Ἰουλιανοῦ· ὡς τὰς ἐν ἐρήμῳ λιπόντες διατριβὰς, τῆς ποίμνης Χριστοῦ ὑπερίσταντο.

Οὐ μικρὰ δὲ τῷ ἀγῶνι τούτοις τηνικαῦτα συνήρατο καὶ ὁ τὴν πολιτείαν ἐκεῖνος πολὺς Ἀφραάτης· οὗ τὸν βίον καὶ ὁ σοφὸς Θεοδώριτος ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ συγγραφείσῃ βίβλῳ τῆς φιλοθέου ἱστορίας συνέγραψε. Καὶ οὗτος γὰρ τῆς ἡσύχου διαγωγῆς προτιμήσας τὴν σωτηρίαν τῆς Χριστοῦ ποίμνης, τὴν ἀσκητικὴν καλύβην ἀφεὶς, τῆς μάνδρας ἐπεμελεῖτο Χριστοῦ· καὶ ἰδρῶσι περιερῥεῖτο πάντοθεν τοὺς λύκους ἐλαύνων. Ἀλλ' ὅσος μὲν ὁ τῆς ἀρετῆς αὐτῷ πλοῦτος, καὶ οἷα ποιῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐγεγόνει, ἡ εἰρημένη βίβλος τῷ βουλομένῳ δηλώσει. Ἐγὼ δὲ ἓν τῶν ἐκείνου, ὃ προσῆκον εἶναι νομίζω τῇ παρούσῃ ἐμῇ πραγματείᾳ, δώσω τῷ λόγῳ. Ὀρόντης ὁ ποταμὸς, ἐκ μὲν βορρᾶ παραῤῥεῖ τὰ ἐπὶ τῆς Ἀντιόχου βασίλεια· στοὰ δέ τις μεγίστη κατὰ μεσημβρίαν διώροφος ἀνεγήγερται τῷ τῆς πόλεως περιβόλῳ, πύργοις ὑψηλοῖς ἑκατέρωθεν κοσμουμένη· μεταξὺ δὲ τῶν βασιλείων οἴκων καὶ τοῦ ποταμοῦ ὁδός τίς ἐστιν, ὑποδεχομένη τοὺς ἐκ τῶν ἐκεῖσε διιόντας πυλῶν, καὶ εἰς τοὺς γείτονας ἀστικοὺς ἀγροὺς παραπέμπουσα. Ταύτην δὴ τὴν ὁδὸν ὁ Θεσπέσιός ποτε Ἀφραάτης ἰὼν, εἰς τὸ τῆς πίστεως ἀσκεῖν γυμνάσιον, τοῖς Χριστοῦ προβάτοις τὴν ἁρμόττουσαν εἰσοίσων τροφήν. Ὄν ἄνωθεν βασιλεὺς παριόντα ἑώρα τῆς στοᾶς ὑπερκύπτων (σισύραν γὰρ ἠμφίεστο)· καὶ βαθεῖ τῷ γήρᾳ πεπονημένῳ, θᾶττον διέτρεχε. Τινὸς δ' εἰπόντος τῷ βασιλεῖ, ἐκεῖνον εἶναι τὸν Ἀφραάτην, οὗτινος τὸ τῆς πόλεως ἐξήρτηται πλῆθος, ὁ βασιλεὺς, « Ποῦ δὴ βαδίζεις; ἄνωθεν ἠρώτα τὸν ὅσιον. » Ὁ δὲ, « Ὑπὲρ τῆς σῆς βασιλείας, φησὶ, προσευξόμενος. » Καὶ ὁ βασιλεὺς, « Ἀλλ' ἐχρῆν σε νόμοις ἑπόμενον μοναχῶν, οἴκοι μένειν, καὶ ἡσυχῇ καθήμενον τοῦτο δρᾷν. » Ὁ δὲ θεῖος πρεσβύτης σοφῶς μάλα ἐπέφερεν· « Εὖ, φησὶ, λέγεις, ὦ βασιλεῦ, τοῦτό με δρᾷν ἔδει, καὶ τοῦτο διετέλουν πράτ-

B

CAPUT XXV.

De sancto Aphraate et Juliano : ut monasticam in solitudine vitam relinquentes, gregem Christi sint tutati.

Non parum vero (1) illis tum in certamine hoc opis quoque attulit insigni vita præclarus ille Aphraates, quam sapiens Theodoritus in volumine Dei amantium historiæ conscripsit. Nam et hic quieto vitæ instituto gregis Christi salutem prætulit : et monasticum relinquens tuguriolum, ovilis Christi curam gessit, et multo diffluens sudore, lupos undique ab eo repulit. Cæterum quam locuples virtute fuerit, et quæ supra captum hominis fecerit, **149** is quem diximus liber evolvere eum volenti ostendet. Ego vero unum quidlam illius actorum huic loco accommodatum, recensendum in opere hoc duxi. Orontes fluvius ab Aquilonari parte imperialem Antiochiæ domum præterlabitur. Porticus autem quædam maxima duorum culminum, in parte meridionali ad urbis mœnia, prælatis turribus utraque ex parte conspicua, est exstructa. Inter imperiales ædes et amnem via est, quæ per portam quæ isthic est, euntes excipiens, in vicinos suburbanos agros deducit. Hanc viam aliquando divus insistebat Aphraates, ad filii gymnasium iturus, et ovibus Christi congruens pabulum allaturus. Eum e superiore loco porticus prospectans imperator vidit : sisyra enim, seu veste ex ovium villosis pellibus consuta, amictus, et senio multo confectus, celerius tamen currebat. Et quidam imperatori, hunc esse Aphraatem illum, ex quo totius urbis multitudo penderet, dixit. Et ille e porticu virum sanctum interrogans : « Quonam, inquit, vadis? » Atque Aphraates, « Pro imperio tuo precaturus, » respondit. « Atqui, » imperator intulit, « domi te, qui leges monachorum sequeris, manere, ibique quiete considentem hoc facere oportuit. » Tum divinus senex perquam sapienter ait : « Recte tu quidem, o imperator, di-

(1) Theod. cap. 26.

cis me id facere debere : facturusque id adeo constanter fueram, si pax Christi ovibus esset. Sed cum multa quædam insaniæ caligo loca omnia occuparit, et maximus insuper subrepat timor, ne plurimo imminente periculo, a feris oves dilanientur, necessitas mihi quoque incumbit, ut vigilem, omnemque funem moveam, ne quod grex Christi capiat detrimentum. Age enim, o imperator, si puella essem domi in conclavi abdita, fusos manibus tractans, et lanificium meum curans, atque alicunde subito conspicerem flammam exortam, et omni ex parte paternæ domui circumfusam, fœdo incendio eam jamjam consumpturam, quid me facere oporteret? dic, te per Deum oro. Utrumne me sic sedere, et penates patrios conflagrantes despicere, ignemque proserpentem exspectare : an conclavi statim relicto, sursum et deorsum currere, aquam in manibus habere, et modis omnibus flammam exstinguere conari oporteret? **150** Satis sane scio, dicturum te, faciendum mihi esse, quod et sagacis sanæque mentis puella faceret. Id ipsum vero nunc quoque fieri debere existimo. Cum tu enim quasi fulmen quoddam in paternam domum nostram incideris, et veriorem pietatem omnem igne vastes, undiquaque circumcursamus, flammam gliscentem exstinguere satagentes. » Hæc quidem ille dixit. Imperator autem ad minas usque progressus, silere eum coegit. Ex cubicularii autem imperatoris quidam, qui sanctum virum propter animi temeritatem gravius tractaverat, in balneum confestim ingressus, ut principi lavationem præpararet, mente captus, et in calidas aquas delapsus, ibi vitam finivit. Imperator aliquandiu exspectans, et extrahi ea mora tempus querens, aliis causam ejus rei inquisitam sibi renuntiare præcepit. Qui cum eo venissent, et omnia circumspexissent, illum in calidis undis morte frigida peremptum repererunt. Quod ubi imperator cognovit, opus id quidem petulantis, Aphraatæ sancto illatæ injuriæ et contumeliæ esse, recte arbitratus est : de impio autem dogmate eumdem, juxta indurati cordis Pharaonem, retinuit animum. Et perinde atque fulmine afflatus et attonitus imperator, miraculo eo magis etiam est contra veram pietatem concitatus. Eadem tempestate idem quod Aphraates, plurimum laudatus ille Julianus fecit. Nam hic quoque solitudine relicta, Antiochiam venit. Cum enim mendacii artifices, Ariani inquam, per sycophantiam virum sanctum traducere conarentur, veluti factionis eorum esset, et dogmati Ariano consentiret : Flavianus, Diodorus, et Aphraates, veritatis lumina, Acacium illum qui postea Berræensem civitatem sacrorum antistes optime administravit, ad celebrem illum virum cum hujusmodi postulatis misere, ut multorum (1) millium hominum misertus veniret, et cum adversariorum redarguere mendacium, tum veritatem libere confir-

(1) Theod. cap. 27.

A των, ἐν εἰρήνῃ τῶν Χριστοῦ θρεμμάτων μενόντων. Ἐπεὶ δὲ πολλή τις τὸ πᾶν κατέχει σκοτόμαινα, καὶ δέος ὑφέρπει πλεῖστον, μὴ θηριάλωτα γένηται, μεγίστου ἐπηρτημένου κινδύνου, ἀνάγκη κἀμὲ γρηγορεῖν, καὶ πάντα κάλων κινεῖν, ἀλώβητον διασῶσαι τὴν ποίμνην Χριστοῦ. Ἆρα γάρ, ὦ βασιλεῦ, εἴγε κόρη τις ἐτύγχανον ὤν, οἴκοι τε καὶ πρὸς θάλαμον κεκρυμμένη, καὶ πρὸς ἄτρακτον ἐρεῖδουσα χεῖρας, καὶ τῆς οἰκείας ταλασίας καθεστῶσα εἰς ἐπιμέλειαν· εἶτά ποθεν ἐξαπίνης φλόγα προσπεσοῦσαν ἑώρων, τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἁπανταχοῦ περιθέουσαν, καὶ κατεπειγομένην ἀπηνέστερον δαπανᾷν, τί μι δρᾷν ἔδει, εἰπὲ πρὸς Θεοῦ; Ἆρ' ἐχρῆν ἡσυχῇ καθῆσθαι, καὶ τὴν πατρικὴν ἑστίαν οὕτως ἐμπιπραμένην περιορᾷν, καὶ τὸ πῦρ ἔρπον προσμένειν· ἢ τὸν θάλαμον λιποῦσαν εὐθύς, ἄνω καὶ κάτω χωρεῖν, ὕδωρ μετὰ χεῖρας ἔχουσαν, καὶ παντὶ τρόπῳ σβεννύειν πειρᾶσθαι τὴν φλόγα; Οἶδα πάντως, τοῦτο ἐρεῖς, ὃ καὶ κόρη ἀγχίνους, καὶ φρενὸς ὑγιοῦς ἀντιποιουμένη, ἔδρασεν ἄν· ὃ κἀγὼ νομίζω ἄρτι χρῆναι δρᾷν. Σοῦ γὰρ οἷά τινος κεραυνοῦ ἐπὶ τὴν πατρῴαν ἡμῶν οἰκίαν κατασκήψαντος, καὶ τὸ σύμπαν πυρπολοῦντος τῆς εὐσεβείας, ἁπανταχοῦ περιθέομεν τὸ τῆς φλογὸς ἀκμάζον σβέσαι πειρώμενοι. » Ταῦτα ὁ μὲν εἶπεν· ὁ δὲ μέχρις ἀπειλῆς προχωρήσας, σιγᾷν ἠναγκάζετο. Τῶν τις δὲ περὶ τὸν βασιλικὸν κοιτῶνα θρασύτερον τῷ ὁσίῳ διατεθεὶς, περὶ τὸ βαλανεῖον εὐθὺς εἰσιὼν, ὥστ' αὐτὸ βασιλεῖ εὐτρεπίσαι, τὸ λογιστικὸν ἐκτραπείς, εἰς τὴν θερμοβρόην διολισθήσας, καὶ ἀκράτου μετασχὼν τοῦ θερμοῦ, τὸν βίον ἐκ-

B λιπεν. Ἐπεὶ δ' ὁ βασιλεὺς ἐπιπολὺ διατρίβων τὸ βραδὺ κατηγιᾶτο τοῦ χρόνου, ἑτέροις ἐπέτρεπε μηνύειν τὸ αἴτιον. Ὡς δ' ἦκον πάντα περισκοποῦντες, ὁρῶσιν ἐκεῖνον ἔνδον τοῦ ἀκράτου θερμοῦ, τῷ ψύχει διαλυόμενον τῆς νεκρώσεως. Ὅ δὴ οἱ περὶ τὸν βασιλέα μαθόντες, ἔργον μὲν εἶναι τῆς ἐς Ἀφραάτην, τὸν ὅσιον, παροινίας καλῶς ἐλογίσαντο· πρός γε μὴν τὸ δυσσεβὲς δόγμα κατὰ τὸν σκληροκάρδιον διέκειντο Φαραώ. Ὁ δὲ ἐμβρόντητος βασιλεὺς τῇ θαυματουργίᾳ μᾶλλον κατὰ τῆς εὐσεβείας ὠπλίζετο. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ τὰ ἴσα τῷ Ἀφραάτῃ καὶ πολυύμνητος Ἰουλιανὸς ἔπραττε· τὰς γὰρ ἐν ἐρήμῳ διατριβὰς καὶ οὗτος καταλιπὼν, τὴν Ἀντιόχου κατέλαβεν. Ἐπεὶ γὰρ οἱ τοῦ ψεύδους ἐργάται, οἱ τὸ

D Ἀρείου λέγω φρονοῦντες, συκοφαντεῖν ἐπειρῶντο τὸν ὅσιον, ὡς τῆς αὐτῶν εἴη φατρίας, καὶ τοῖς ἐκείνων στοιχεῖ δόγμασι· Φλαβιανὸς καὶ Διόδωρος καὶ Ἀφραάτης οὗτος, οἱ τῆς ἀληθείας φωστῆρες, Ἀκάκιον ἐκεῖνον, ὃς τὴν Βερροιαίων πόλιν εἰσέπειτα δείθυνεν ἄριστα, πρὸς τὸν πανεύφημον ἐκεῖνον ἄνδρα προσάγοντες, δέησιν ἔπεμπον, πολλῶν ἀνθρώπων μυριάδας οἰκτείραι· ὥστ' ἰόντα, τὸ μὲν τῶν ἐναντίων διελέγξαι ψεῦδος, τὴν δ' ἀλήθειαν παρρησιάσασθαι, καὶ τὸ τῆς πίστεως δόγμα κηρύξαι. Καὶ ἃ μὲν οὗτος καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον εἰσιὼν τὴν Ἀντιόχου παράδοξα διεπράξατο, ἡ φιλόθεος ἱστορία διδάξει τοὺς βουλομένους· ὅτι δὲ τὸ τῆς πόλεως σύμ

παν εἰς τὸν τῆς ἀληθείας ἤθροισε σύλλογον, οὐδένα οἶμαι μὴ ἀκριβῶς διειδέναι, ὅσοι καλῶς τὰ ἀνθρώπινα ἐξετάζειν εἰώθασι· φιλεῖ γὰρ τὰ τῶν ἔργων παράδοξα πάντας ἕλκειν ὡς ἐπίπαν πρὸς ἑαυτὰ, καὶ πείθειν τὴν ἴσην δόξαν τῷ ἐνεργοῦντι ἀσπάζεσθαι. Ὅτι δ' ἐξαίσια καὶ λόγον ἐκβαίνοντα διετέλεσεν Ἰουλιανὸς, οὐχ ἡμεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς ἀληθείας μαρτυροῦσι κατήγοροι. Τοῦτο δὴ καὶ Ἀντώνιος ἐκεῖνος, ὁ τῆς μοναχικῆς ἡγησάμενος πολιτείας, ἐπὶ τῶν Κωνσταντίου διεπράξατο χρόνων· ἐν δευτέρῳ γὰρ τὰς ἐν ἐρήμῳ διατριβὰς θέμενος, τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν ἁπανταχοῦ περιῇει, γλώσσῃ τρανοτέρᾳ διαμαρτυρούμενος ἅπασιν, ὡς Ἀθανάσιος πρόμαχος μὲν τῆς ἀληθείας ἐστὶ, καὶ τῶν ἀποστολικῶν συνήγορος διδαγμάτων· οἱ δὲ τῆς Ἀρείου μετεσχηκότες λύττης πόρρω τῆς ἀληθείας ἐκτρέχουσιν. Οὕτω καλῶς σκοποῦντες οἱ θεῖοι ἐκεῖνοι ἄνδρες, ἤδεσαν ἑκάστῳ καιρῷ τὸ προσῆκον ἁρμόττειν· καὶ τηνίκα μὲν χρὴ τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζεσθαι, τηνίκα δὲ τὴν ἔρημον παραιτουμένους, προτιμᾶν τὰς ἐν πόλει διατριβάς.

A mans, fidei doctrinam deprædicaret. Et quæ vir iste semel atque iterum Antiochiam adveniens mirifice peregerit, Dei amantium historia quemvis edocebit. Quod vero urbs tota opera ipsius ad conventum se et cœtum veritatis contulerit, neminem non certo nosse puto, qui recte res humanas dijudicare consueverit. **151** Opera namque præter opinionem hominum edita, omnes omnino ad se pertrahere, eamdemque cum eorum auctore sententiam complecti, persuadere solent. Julianum porro præcipua quædam et rationem superantia miracula perfecisse, non nos solum, sed etiam veritatis accusatores testantur. Idem vero Antonius ille monasticæ auctor vitæ, Constantii temporibus fecit. Posthabita enim quandoque solitudine, Alexandrinam urbem ubique perambulans, verbis clarioribus omnibus est attestatus, Athanasium quidem veritatis esse propugnatorem, et apostolicorum dogmatum defensorem: qui vero Arii rabie affecti essent, a veritate ipsa longe aberrare. Adeo rem ipsam recte putantes divini illi viri, tempori B cuique munia sua tribuerunt, quando vel quietiorem vitam complecti, vel locis relictis solis degere in urbibus potius deberent, minime ignorantes.

ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς Ἀθανασίου, οὗ Πέτρος διάδοχος. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς τοῦ Ἀρειανοῦ Λουκίου ὠμότητος, ὃν οἱ Ἀρειανοὶ ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου κατέστησαν, ἐξελάσαντες Πέτρον.

CAPUT XXVI.

De obitu Athanasii, cujus successor fuit Petrus. Præterea de crudelitate Lucii Ariani: quem Ariani Alexandrinæ Ecclesiæ, Petro pulso, præfecerunt.

Τοιαῦτα καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ ὁ δυσσεβὴς Οὐάλης C ἐνήργει. Μετιτέον δ' ἐνταῦθεν ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τούτῳ γενόμενα. Ἤρεμα γὰρ εἶχεν ἡ κατ' Αἴγυπτον Ἐκκλησία περιόντος Ἀθανασίου, δι' ἃς αἰτίας μικρὸν ἄνωθεν διελάβομεν· ὑπερτέρει γὰρ τὸ πλῆθος ἐνθάδε τῶν εὐσεβεῖν ἠρημένων τῆς Ἀρειανικῆς φάλαγγος, σφόδρα τῷ Ἀθανασίῳ προσκείμενον. Ἐνθερμὸν δὲ μάλιστα ὂν καὶ πρὸς στάσιν ἐπιῤῥεπῶς ἔχον, παρεῖχε δέος, μὴ στάσεως κινηθείσης τὰ δημόσια παραβλάψειε πράγματα. Ὅθεν ἐκ τινος θείας προνοίας ἀπείρατος τῶν δεινῶν διέμεινεν Ἀλεξάνδρεια, ἕως οὗ περιῆν ὁ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴς Ἀθανάσιος. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος μετὰ τοὺς πολλοὺς κινδύνους καὶ τοὺς ἴσους στεφάνους εἰς τὴν ἄπονον μετεχώρησε λῆξιν, ἀμφὶ τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτη τῇ ἀρχιερωσύνῃ ἐμπρέψας, Πέτρος, ἀνὴρ D ἄριστος καὶ ἐλλόγιμος, τοῦ κλήρου διάδοχος γίνεται, αὐτῆς ἐκείνης ψηφισαμένης τῆς μακαρίας κεφαλῆς πρότερον· ἔπειτα καὶ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων πάντων συμψήφων γεγενημένων, τῆς τε ἱερωσύνης πάσης, καὶ τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιώμασι προεχόντων τῆς πόλεως. Καὶ τὸ δημῶδες δ' ἅπαν ἐπεκύρου ταῖς εὐφημίαις τὴν μεθ' ἡδονῆς βούλησιν. Κοινωνὸς γὰρ Ἀθανασίῳ τῶν μακρῶν ἱδρώτων ἐγένετο, ἀεὶ τῷ μεγάλῳ τούτῳ συνὼν, ἔν τε ταῖς ἀποδημίαις καὶ ταῖς οἴκοι διατριβαῖς, παντοδαποῖς σὺν ἐκείνῳ προσπαλαίων κινδύνοις· ἔνθεν τοι καὶ ὅσοι γειτνιάζοντες ἦσαν τῶν ἱερέων, καὶ ὅσοι τὸν ἡσύχιον βίον μετῆσαν, τὰς ἀσκητικὰς καταλιπόντες παλαίστρας, ἠξίουν μᾶλλον τὸν Πέτρον διάδοχον τοῦ θρόνου γενέ-

Talia impius Valens Antiochiæ quoque egit. Transeundum autem hinc ad ea quæ Alexandriæ sunt gesta. Quiete siquidem in Ægypto Ecclesia fuit, Athanasio superstite, ob eas quas supra narravimus causas. Multitudo namque ea, quæ veram pietatem sibi sequendam statuerat, Arianam phalangem superabat: idque propter suum erga Athanasium amorem. Et cum ea esset ardentior, et ad seditionem movendam propensior, metum de se præbuit, ne tumultu concitato, respublica detrimento mulctaretur. Proinde divina quadam providentia immunis a gravibus malis Alexandria permansit, tantisper dum veritatis propugnator superfuit Athanasius. Ubi autem ille post pericula plura, nec coronas pauciores, ad vitæ conditionem laboris omnis expertem, ad quadraginta et sex annos episcopatum cum gloria magna functus, discessit: Petrus, vir optimus et clarissimus, in functionem ejus successit, suffragio quidem primum beati illius capitis, deinde etiam episcoporum provinciæ ejus universorum, **152** totiusque cleri et eorum qui Alexandriæ primos honores et magistratus gerebant, votis et calculis, plebe etiam cuncta faustis acclamationibus consilium id perquam libenter confirmante. Particeps enim diuturnorum sudorum Athanasii fuerat, nunquam a magno illo viro vel domi vel peregre discedens, variisque cum illo periculis colluctans. Quapropter quicunque erant finitimi episcopi, et qui tranquillam vitam sectabantur, monasticas relinquentes

tius libelli fragmentis collectis: « Habeo, inquit, o imperator, et donum teneo, neque aliud petam. Consilii enim mei judex erit, qui judex est omnium. » Gothorum autem bellum metuens Valens, ipse quidem tum Constantinopoli se continuit: Trajanum autem ducem, armatum cum exercitu non contemnendo adversus eos misit. Ubi vero ille, **213** ne primum quidem congressum eorum sustinens, victus rediit, ignaviam ei et timiditatem cum convicio imperator objecit. Ille autem cum ea dicendi libertate, quæ virum fortem et strenuum decet, « Non ego, inquit, o imperator, victus sum, sed tu ipse sponte tua victoriam a teipso rejicis, qui ita cum Deo belligeraris, et auxilium quod ab eo pervenit, repellens ad hostes potius transmittis. Deus semper vincit. Et victoria illis favere solet, qui auspicium ductumque ejus sequuntur. Is nunc ab adversariorum partibus stat, quod eum tu bello persequeris. Non enim prorsus nescius es, quibus viris ex ecclesiis ejectis, quos in illorum locum substitueris. » Hæc ita se habere, non Terentius tantum, et Trajanus, sed et Rodantus et Victor, qui et ipsi belli duces fuere, affirmarunt: imperatoremque ipsum, ne reprehensione ea, quæ cum veritate conjuncta esset, gravius commoveretur, rogarunt. Exsecratione etiam multorum est expetitus, quod Constantinopoli moraretur. Nam Gothi Thracia omni vastata, et suburbanis etiam ædificiis cunctis direptis, nemine scilicet crumpente, mœnia quoque ipsa adoriri contendebant. Id urbs moleste tulit: et imperatorem, qui non dudum exiisset, sed ita bellum cunctando duceret, accusarunt. Ne a convicis quidem abstinuere, quasi ipse socordia sua bellorum esset auctor. Postremo ludis Circensibus propalam adversus eum vociferati, arma ab eo, quibus in bello uterentur, petiere. Imperator autem veluti ingenti injuria affectus esset, furore plenus contra Barbaros est progressus, plurima civibus comminatus: daturos videlicet illos sibi, si reverteretur, pœnas condignas, de contumeliis a vulgo sibi illatis, et quod non ita dudum Procopii tyrannidi se conjunxissent. Quin etiam urbem ipsam se solo æquaturum, et aratro proscissurum esse, denuntiavit.

χριτής. » Δεύτερον δὲ τὸν τῶν Γότθων πόλεμον ὁ Οὐάλης, αὐτὸς μὲν τότε ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει διέτριβε· Τραϊανὸν δὲ τὸν στρατηγὸν καθοπλίσας σὺν ὁπλομάχῳ στρατῷ κατ' ἐκείνων ἐξέπεμψεν. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος μηδὲ τὴν πρώτην προσβολὴν ὑπομείνας, ἡττης ἔμπλεως ἐπανῆλθε, μαλακίαν ἐκείνῳ καὶ δειλίαν ἐγκαλῶν ὁ βασιλεὺς διελοιδορεῖτο· ὁ δὲ παῤῥησίᾳ προσηκούσῃ ἀνδρὶ γενναίῳ χρησάμενος, « Οὐχ ἡττήθην ἐγώ, φησὶ, βασιλεῦ· σὺ δ' ἑκὼν τὴν νίκην ἐκβάλλεις σαυτοῦ, διαμαχόμενος τῷ Θεῷ, καὶ τὴν ἐκεῖθεν βοηθείαν ἀπωθούμενος, τοῖς ὑπεναντίοις προῒης μᾶλλον· νικᾷ δὲ Θεὸς ἀεί. Ἡ δὲ νίκη τοῖς ὑπ' ἐκείνῳ στρατηγουμένοις προσγίνεσθαι εἴωθε. Συντάττεται δ' ἐκείνοις ὑπὸ σοῦ πολεμούμενος. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖς πάντως τίνας τῶν ἐκκλησιῶν ἐλάσας, τίνας ἀντικατέστησας. » Ταῦτ' οὐ Τερέντιος καὶ Τραϊανὸς, ἀλλὰ καὶ Ῥόδαντος καὶ Βίκτωρ, στρατηγοὶ δὲ καὶ οὗτοι, οὕτως ἔχειν συνίθεντο. Καί γε βασιλεῖ παρῆνουν, μὴ σφόδρα χαλεπαίνειν ἐπ' ἐλέγχοις ἀληθείᾳ συνεζευγμένοις. Πολὺ δὲ αὐτῷ καὶ τὸ μύσος ἤκμαζε τῇ Κωνσταντίνου ἐνδιατρίβοντι· οἱ γὰρ Γότθοι τὴν Θρᾴκην πᾶσαν λῃσάντες, καὶ τὰ προάστεια πάντα ἐρημώσαντες, ἅτε δὴ μηδενὸς ἐπαξιόντος, καὶ τοῖς τείχεσιν ἐπεχείρουν ἤδη προσβάλλειν. Ἡ δὲ πᾶις χαλεπῶς ἔφερε. Καὶ ὅτι μὴ θᾶττον βασιλεὺς ἐπῆλθε, ἀλλ' ὑπερατίθετο τὸν πόλεμον, ἠτιῶντο· καὶ διελοιδοροῦντο τούτῳ, ὡς αὐτὸς εἴη μᾶλλον τῇ *βροτοὺς* τοὺς πολεμίους ὑπενεγκών. Τέλος καὶ *ἐπιφορμᾷ* εἰς τοὔμφανὲς καταβόων αὐτοῦ, καὶ ὅπλα ἅττα παρῄτουν. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἅτε δὴ παραφρονῶν, θυμῷ πολλῷ κατὰ τῶν βαρβάρων ἐξῄλαυνε· πλήθη τοῖς πολίταις ἀπαπειλούμενος, ἢν ὑποστρέψῃ, ἐξειν λήψεσθαι δίκην τῶν ἐκ τοῦ δήμου ὕβρεων· καὶ ὅτι περ οὐ πάνυ πόῤῥω τῇ τυραννίδι Προκοπίου προσέιεντο. Ἠπείλει δ' ἐρημώσειν τὴν πόλιν, καὶ ἄροτρον κατ' αὐτῆς ἐμβαλεῖν.

214 CAPUT L.

De sancto Isaacio, qui liberrime Valentem est allocutus, et ut Valens alicubi circa Adrianopolim cum Gothis acie congressus, ex fuga in tugurium rusticum, in quo multum stramenti fuit, pervenerit, ibique igni consumptus perierit.

Tum etiam Isaacium illum, qui circa Constantinopolim monasticam casam habuit, cum aliis rebus vir bonus, tum quodvis adire discrimen propter Deum promptus et paratus, ferunt, cum Valentem una cum exercitu exeuntem videret, ad eum accessisse, et manibus frenum equi, quo ille vehebatur, arripuisse, et voce magna dixisse: « Quonam, o imperator, proficisceris, qui adversus Deum bellum geris, neque illius opem tibi concilias? Nam ille quodammodo contra te Barbaros excitavit, quoniam et tu adversus illum impiorum hominum peregrinas et blasphemas linguas exacuisti, eosque qui pro eo atque decet, de illo opinantur, atque

ΚΕΦΑΛ. Ν'.

Περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Ἰσαακίου τοῦ μοναχοῦ παῤῥησίας· καὶ ὡς συμβαλὼν τοῖς Γότθοις Οὐάλης περί που τὴν Ἀδριανοῦ, καὶ ἐν δωματίῳ καταφυγὼν χόρτον ἔχοντι, διεφθάρη παρὰ τῶν πολεμίων, δυπάλη γενόμενος τῷ πυρί.

Τότε δὲ καὶ Ἰσαάκιον ἐκεῖνον περὶ τὴν Κωνσταντίνου μοναχικὴν σκηνὴν ἔχοντα, φασὶν ἰδόντα σὺν ὅμα τῇ στρατιᾷ τὸν Οὐάλεντα ἐξερχόμενον· ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ ἀγαθὸς τά τε ἄλλα, καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχων εἴ τι θεῖον πάντα κίνδυνον ὑποστῆναι· προσελθόντα, ταῖν χεροῖν τοῦ χαλινοῦ τοῦ ἵππου δράξασθαι ᾧ ἔπεσχε, καὶ βοῇ μεγάλῃ χρησάμενον εἰπεῖν· « Ἐπῇ δὴ βαδίζεις, ὦ βασιλεῦ, κατὰ Θεοῦ στρατευσάμενος, καὶ μὴ τὴν ἐκείνου ἀρωγὴν ἐπισπώμενος; Καὶ γάρ πως αὐτὸς κατὰ σοῦ τὸ βάρβαρον ἤλασεν, ὅτι γε καὶ σὺ κατ' αὐτοῦ τὰς τῶν δυσσεβούντων ἀλληθρόους καὶ βλασφήμους γλῶσσας παρέθηξας· καὶ τοὺς ἧ χρὴ περὶ αὐτοῦ δοξάζοντας καὶ ὑμνοῦντας, τῶν ἱερῶν περιόδο-

ἀπήλασας. Ἀπόδος τοίνυν τοῖς ὀρθῶς δοξάζουσι, τὸ ἀκραιφνὲς τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως τὸν ὅρον σώζουσι, τὰς ἀφαιρεθείσας ἐκκλησίας, καὶ ἀπονικήσεις τὴν μάχην. Εἰ γὰρ παύσῃ σὺ πολεμῶν, σταται δηλαδὴ καὶ ὁ ὑπὸ σοῦ πολεμούμενος. Εἰ δὲ νος ἐν δευτέρῳ τὰ εἰρημένα πρὸς παράταξιν ς, αὕτη σε πεῖρα διδάξει, ὅσῳ δὴ σκληρόν τί τε κέντρα λακτίζειν, καὶ τὸ εἰς τὸν οὐρανὸν τιγλῶτταν ἀκόλαστον· οὔτε γὰρ αὐτὸς ἐπανήξοις, ὅσον δὴ ἐπάγῃ τῆς στρατιᾶς, ἀπολέσεις. » Ὀργῇ μέτρῳ χρησάμενος ὁ κρατῶν, « Ἀλλ' ἐπανήξω, σὺν πολλῷ τῷ τροπαίῳ, καὶ τὴν ἀξίαν δίκην τῆς εἰσπράξομαι τόλμης, ἐλέγχων σου τὴν ψευδῆ ητείαν. » Καὶ αὐτίκα συλληφθῆναι τὸν ἄνδρα ἐτάττε, καὶ ὑπὸ φρουρὰν γενέσθαι ἕως οὗ ὑποχθεῖεν. Ὁ δ' ἀπιὼν ἐβόα, « Κτεῖνον, εἰ φωραθείη λόγων τὸ ψεῦδος. » Εἰ δ' εἰς ἔργον ἀπέβη τῷ τὰ ῥήματα, δηλώσει τὰ πράγματα. Ἐπεὶ γὰρ μα τῷ στρατῷ ἐξῆει, οἱ μὲν βάρβαροι τραπέντες χώρουν· ὁ δ' ἐπιδιώκων, τὴν Θρᾴκην παρα-, τὴν Ἀδριανοῦ κατελάμβανεν, ἥ ἐν τοῖς Μακεδονίας ἐστίν. Οὐ πάνυ δὲ πόρρω γενόμετοῖς βαρβάροις ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καθεστῶσιν, ἐξσυμβάλλει, μὴ προδιαθέμενος, μηδ' ὅπως χρὴ ίξας τὴν στρατιάν. Τῷ δ' ἀθρόῳ τῶν βαρβάρων προσβολῆς τῆς ἵππου διασπασθείσης αὐτῷ, τοῦ ὁπλιτικοῦ τραπέντος συντάγματος, ἀλλαχοῦ ἔφευγον· οἱ δ' ἐπιόντες, ἀδεῶς νον. Ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ αὐτὸς ἀναχράτος φεύἀποβὰς τοῦ ἵππου, ἅτε δὴ ἀμηχανίᾳ πολλῇ συῖς, ἔν τινι τῶν κατ' ἀγροὺς οἰκημάτων χόρτῳ τέγῃ ἐπηλυγάζοντι ἑαυτὸν κατακρύπτει, σὺν πομένοις ὀλίγοις οὔτι λανθάνειν πειρώμενος. βάρβαροι ῥύμῃ ἀσχέτῳ φερόμενοι, ὥσπερ τὰ ἐν ποσὶν, οὕτω δὴ καὶ τὸ οἴκημα πυρὸς δαἐπολουν, μηδεμίαν, ὡς φασι, περὶ τοῦ βασιλαβόντες ὑπόνοιαν· καὶ σὺν τῇ κώμῃ καὶ τὸν ληθείας ἀντίπαλον κατετέφρωσαν. Ὅτε δὴ λόὃν θεοφιλῆ ἄνδρα τὸν Ἰσαάκιον, ὀπτώμενον τῷ τίῳ Οὐάλεντα ἡσθημένον, τῆς ἐκεῖθεν ἐμφορεῖσης, καὶ τοῖς ἐν φρουρᾷ καταγγεῖλαι, ὡς Οὐάλης πυρὶ κατατήκεται· ἡ δὲ δσφρησις τῆς ν ἀπορρεούσης δυσοδμίας αἰσθάνεται. Οἱ μὲν τω φασὶ φθαρῆναι Οὐάλεντα· οἱ δὲ καὶ τοῦτο ατιθέασιν· ὡς εἰσῆει μὲν τὸ δωμάτιον λαθεῖν μενος, καὶ μέχρι τινὸς ἐλάνθανε· παρέτρεχον κεῖνον οἱ βάρβαροι πρόσω ἰέμενοι· κρύπτεσθαι κεῖσε τὸν βασιλέα οὐδ' ἐν ὑπονοίαις ἦσαν. Ὡς τελείους τῶν βαρβάρων ὑπερβαλόντες τὸν τῇδε διέβησαν, ὀλίγων ὕστερον ἐπιόντων, τῶν τινες τὸν βασιλέα ὑπὲρ στέγης τοῦ δωματίου γενόκατ' ἐκείνων τὰ βέλη ἤφιεσαν. Οἱ δὲ Οὐάλεντα σθαι ἐνθάδε ὑποτοπάσαντες, βοαῖς σὺν ἀλαλαγάλῳ ἐχρῶντο, ὡς ἐνθάδε Οὐάλης ἐστίν. Οἱ δὲ χόντες, ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν, ὃ ἦκουον ετ' αὐτοὺς ἐδήλουν. Ὡς ἀκαιρεὶ καὶ τοὺς πορ- πολεμίους ἀκοῦσαι, καὶ εἰς ἓν ἅπαντας συν- οἱ δὴ καὶ περικύκλῳ τὸ δωμάτιον συλλα- καὶ ὕλην μάλα πλείστην περιαθροίσαντες,

illum rite laudibus vehant, ex sacris ædibus ejecisti. Redde igitur recte sentientibus, et sincere fidei Nicænæ decretum servantibus, quas ademisti ecclesias: et labore nullo victor in bello evades. Si enim tu adversari illi desieris et quieveris, quiescet scilicet et ille quem tu oppugnas. Sin verbis hisce contemptis, in aciem perveneris, re ipsa experiere, quam durum sit contra stimulum calcitrare, et in cœlum impotentem linguam tollere. Neque enim ipse redibis: et quas tecum ducis, copias perdes. » Imperator autem vehementiore ira commotus: «Ego vero, inquit, redibo cum præclaro tropæo, et dignas a te temeritatis tuæ sumam pœnas, prædictionemque tuam falsam esse ostendam.» Et confestim comprehendi hominem, et in custodia asservari, donec rediret, jussit. At ille adductus vociferabatur: «Eneca etiam, inquiens, si mendacia esse deprehenderis verba mea.» Num autem ad rem collata sint sancti viri dicta, res ipsa gesta declarabit. Postquam enim cum copiis imperator est egressus, Barbari conversi retrocesserunt: quos ille insequens, Thracia post se relicta, Adrianopolim venit, quæ in Macedoniæ finibus sita est. Atque ubi non longe ab hostibus abfuit, cum ipsi in tuto loco essent, ex improviso ordinibus non dispositis, neque acie pro eo atque debuit structa, eos est adortus. Cum vero Barbari confertim ruentes, equitatus ejus impetum et impressionem distraherent, et graviorem armaturam in fugam verterent, alius alio se recepit: hostes autem eis imminentes, metu nullo, cædem multam **215** fecere. Imperator quoque ipse cum ex equo per desperationem summam descendisset, quantum poterat fugiens, in quamdam villæ domunculam stramentis contectam, cum paucis qui eum secuti fuerant, latere ibi volens, se abdidit. Barbari autem impetu et celeritate maxima insequentes, sicuti alia ad quæ venerant tecta, ita domunculam eam quoque incenderunt: cum quidem, ut dicitur, nihil de imperatore suspicarentur. Sic illi una cum vico eo, veritatis etiam hostem in cineres redegerunt. Quo tempore fama est, Deo dilectum virum Isaacium, cum Valentem in domuncula ea assum sentiens, nidore ejus repleretur, eis qui secum in custodia erant, annuntiasse: nunc jam Valens igne torretur, et nares profluentem ab eo odorem ingratum sentiunt. Nonnulli quidem ita Valentem interiisse dicunt. Alii autem illud addunt, subiisse quidem illum, cum occultare se properaret, domunculam, atque ibi aliquantulum latuisse, quod Barbari cursum suum tenentes præterirent, et imperatorem ibi occultari nemo suspicaretur. Ubi autem maxima hostium pars eo loco superato abiisset, et pauci postea advenirent, quosdam imperatoris fugæ comites in tectum domunculæ conscendisse, et tela in Barbaros conjecisse. Atque illos tum demum occultari ibi Valentem suspicatos, ingenti clamore et jubilatu, utpote victores, Valentem isthic esse vociferatos esse. Itque et qui

πραγμάτων ὄντων, ὄφελος οὐκ ἐλάχιστον ἐγένοντο οἱ ἀπὸ Μαυΐας πεμφθέντες σύμμαχοι ἐκ Σαρακηνῶν. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐκ τοῦ δήμου μισθῷ ῥητῷ, Δομνίκης χορηγούσης τῆς Οὐάλεντος γυναικός, ἕκαστος τὸ προστυχὸν ὅπλον ποιούμενοι, ἀντεπεξῆσαν τοῖς βαρβάροις, γενναίως τε ἀμυνόμενοι, τῆς πόλεως πορρωτέρω ἀπήλασαν. Γρατιανὸς δὲ, ὁ ἀδελφιδοῦς μὲν Οὐάλεντος, παῖς δὲ Οὐαλεντινιανοῦ, σύναμα τῷ ἀδελφῷ τῷ νέῳ δηλαδὴ Οὐαλεντινιανῷ, πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιεῖτο· καὶ γὰρ πάλαι μὲν τὴν τῆς Εὐρώπης ἀρχὴν ἐκληροῦτο μετὰ τελευτὴν τοῦ πατρός· καὶ ἕως ἔτι περιῆν ἐκεῖνος, τῆς ἀρχῆς ἐκοινώνει· νῦν δὲ καὶ τὴν Ἀσίαν ἅπασαν καὶ τὰ λειπόμενα προσεκτᾶτο Λιβύης, ἄπαιδος ἀναιρεθέντος Οὐάλεντος. Καὶ δὴ θρηνεῖ μὲν τὸν θεῖον· ἐκόψατο δὲ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν οὕτω κακῶς δῃουμένην. Μεμψάμενος δὲ καὶ τὴν γνώμην ἐκείνου, ἣν διετέλεσεν ἔχων περὶ τοὺς ἄλλως ἢ ὡς ἐκεῖνῳ ἐδόκει δοξάζοντας, νόμῳ ἐκέλευεν ὡς ἑκάστῳ βούλησις ἔστι, θρησκεύειν, καὶ ἀδεῶς μάλα ἐκκλησιάζειν, πλὴν τῶν ὅσοι τὰ Μανιχαίου καὶ Φωτεινοῦ καὶ Εὐνομίου ἐφρόνουν· καὶ τοῖς ὑπὸ Οὐάλεντος καταδικασθεῖσι τῶν ἐπισκόπων φυγὴν ἐπέτρεπε κάθοδον. Ἔπειτα συνιδὼν πρὸς τὸ τῆς τοσαύτης ἀρχῆς μέγεθος, καὶ ὡς οἱ ὁμοῦ τὸν Ἴστρον βάρβαροι τὴν Ἰλλυρίδα καὶ τὴν Θρᾴκην δῃοῦντες οὐκ ἔληγον, ναὶ μὴν καὶ Ἀλαμανοὶ Γαλάταις ἐν τῇ πρὸς ἑσπέραν ἀρχομένῃ ἐπέκειντο τὰ ἔσχατα κακουργοῦντες, κοινωνὸν τῇ ἀρχῇ προσελάμβανε Θεοδόσιον· ἄνδρα εὐγενῆ τε καὶ περιώνυμον ἐν ταῖς στρατηγίαις, καὶ πλεῖστα ταῖς ὑπὲρ τῶν ὁμοφύλων μάχαις ἀγωνισάμενον· καὶ πρὸ τῆς Γρατιανοῦ χειροτονίας ἄξιον παρὰ πάντων εἰς τὸ βασιλεύειν κρινόμενον. Οὗ δὴ χάριν, ὑπὸ τῶν ὁμοτίμων τοῖς τοῦ φθόνου κέντροις βαλλόμενος, ἀπόμαχος ἐν Ἱσπανίαις διέτριβεν. Ἐκεῖθεν γὰρ ὥρμητο εὐπατρίδης· εἴπερ τις μάλιστα ὧν τῶν ἀμφὶ τὸ Πυρήναιον ὄρος Ἰβήρων· Ἰβηρίδα γὰρ τὴν Ἱσπανίας καλοῦσι· τοῦ δι' αὐτῶν ῥέοντος ποταμοῦ τὴν προτέραν ἐκνικήσαντος ὀνομασίαν. Ἐκεῖθεν τοίνυν τὸν ἄνδρα μεταστειλάμενος, τὰ μὲν πρῶτα στρατηγὸν τοῦτον ἐχειροτόνει, καὶ μετὰ τῆς ἐνούσης αὐτῷ ἐξέπεμπε στρατιᾶς· ὃ δὴ καὶ τῇ πίστει φραξάμενος, ἔπεισι τοῖς τὴν Θρᾴκην καταθέουσι τῶν βαρβάρων, καὶ σὺν κόσμῳ διατάξας τὴν στρατιὰν, ὁμόσε χωροῦσι προσβάλλει. Ἐκεῖνοι δὲ μὴ ἐνεγκόντες τὴν ἐμβολὴν, ἐν ἀταξίᾳ ἦσαν· καὶ τροπῆς γενομένης, ἀναχράτος ἠττῶντο· οὐ γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἀπεκτείνοντο. Πολλῶν τοίνυν ἀναιρεθέντων, ὀλίγων δὲ ξυντυθέντων διαφυγεῖν εἰς τὸν Ἴστρον, εὐθὺς ἦν εἶχεν ἐπεδείκνυτο στρατηγίαν. Τὸν γὰρ στρατὸν ταῖς γειτνιώσαις τῶν πόλεων διαφείς, αὐτὸς ὅσον τάχος ἐλαύνων, αὐτάγγελος τῆς νίκης τῷ Γρατιανῷ παρῆν. Παράδοξον δ' οἷον ἐδόκει τὸ ἔργον καὶ ἄπιστον. Ὅσοι γὰρ τῷ φθόνῳ ἐτήκοντο, οὐ μόνον νικῆσαι, ἀλλὰ καὶ διαφθεῖραι τὴν στρατιὰν, καὶ φυγῇ χρήσασθαι διετείνοντο. Ὁ δὲ αὐτοὺς ἐκείνους πέμπειν

res in discrimine esset, non parum opis auxiliares copiæ Sarracenorum, quas Mavia miserat, tulere. Multi etiam e populo, stipendio a Dominica (1), Valentis conjuge, constituto conducti, arreptis quæ tum tempus offerebat armis, barbaris obviam iere: eosque fortiter dimicantes longius ab urbe propulere. Gratianus autem Valentis quidem fratris filius, Valentiniani vero proles, una cum fratre Valentiniano juniore, totius Romani imperii administrationem suscepit. Dudum namque post patris mortem Europæ imperium obtinuerat: eoque superstite, imperii socius fuerat. Tum autem Asia omnis, et quidquid supererat Libyæ, quod Valens absque liberis decessisset, in potestatem ejus venit. **223** Et luxit ille quidem patruum, imperiumque Romanum ita vastatum esse flevit. Consilio autem illius et sententia, quam de eis retinuerat qui de religione aliter atque ei placuisset opinati fuissent, improbata, constitutionem, ut quam quisque vellet, religionem sequeretur, conventusque ecclesiasticos semoto metu libere omnes agerent, præterquam Manichæi, et qui Photini et Eunomii sectæ essent, tulit. Et episcopis, quos Valens ad exsilium damnaverat, reditum permisit. Deinde imperii magnitudinem et molem secum ipse considerans, quod et Barbari Istrum accolentes, Illyricum et Thraciam exscindere non desisterent, et Alamani Gallis Occidentalibus imminerent, eisque extrema damna inferrent, socium imperii sibi ascivit Theodosium, claro loco natum, atque imperatoriis artibus celebrem virum, qui pro popularibus suis sæpe bello decertaverat, et antequam Gratianus imperator creatus esset, dignus ab omnibus habitus fuerat, ut ei imperium committeretur. Cujus rei gratia, per collegarum suorum, qui eosdem cum eo gerebant honores, invidiam, in Hispaniis extra militiam vivebat. Ibi enim ortus fuerat, circa Pyrenæos Iberorum montes, generis nobilitate nemini secundus. Iberiam namque Hispaniam vocant, nomine eo. ab Ibero amne, qui per eam fluit, sumpto. Inde Gratianus virum accitum, primum exercitus ducem legit, et cum eis quas contraxerat copiis, contra hostes misit. Atque ille fide munitus, in Thraciam adversus Barbaros eam vastantes duxit, et acie optime structa, irruentibus illis occurrit. Qui impressionem ejus non ferentes, ordines ipsi suos turbarunt: et mox terga vertentes, magna vi sunt devicti. Non enim a Romanis solum, sed a se mutuo quoque cædebantur. Atque ita quamplurimis cæsis, cum pauci ad Istrum profugissent, statim rursus imperatoriæ artis scientiam ostendit. Copiis enim in vicinas urbes, ut ibi præsidio essent, impositis, iisque maximis ad Gratianum, ut ipsemet victoriæ suæ nuntius esset, contendit. Res ea quod præter opinionem omnium accidisset quodammodo fide caruit. Nam qui ei invidebant, non solum cum non vicisse, verum etiam amisso exercitu profu-

(1) Sozom. ex publico eam stipendium constituisse dicit.

καταγνόντες αὐτῶν, ὡς Εὐρίπων δίκην ἄλλοτε εἰς ἄλλας δόξας μεταχωρούντων, παντάπασι τῆς κοινωνίας αὐτῶν ἀπέστησαν, καὶ στερρῶς τοῖς τοῦ ὁμοουσίου προσέθεντο, καὶ ἡνώθησαν.

marunt, professionem fidei Nicænam abolentes, et ecclesias suas seorsim celebrantes. Verum frustra illis id cœptum fuit : nam permulti contentione eorum perspecta, quod ad instar Euripi, nunc in hanc, nunc in illam sententiam pedibus irent, a communione eorum se omnino abstinuerunt, et constanter ὁμοουσίου, consubstantialis, fidei laudatoribus per unionem conjunxerunt.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὡς Γρατιανοῦ νόμῳ οἱ ἐξ Ἀρείου ἠλαύνοντο, καὶ οἱ τῆς ὁμοουσίου πίστεως ταῖς ἐκκλησίαις εἰσήγοντο· καὶ ὅσα διὰ Παυλῖνόν τε καὶ Μελέτιον ἐν Ἀντιοχείᾳ συνέβη.

CAPUT III.

Ut Gratiani constitutione Ariani relegati, et ὁμοουσίου, consubstantialis, fidei professores ecclesiis sint præfecti, et quæ propter Paulinum et Meletium Antiochiæ acciderint.

Γρατιανὸς δὲ, ὡς εἴρηται, τὰς ἀπαρχὰς τῆς βασιλείας ἀνατιθεὶς τῷ παμβασιλεῖ τῶν ὅλων Θεῷ, νόμον ἔγραφεν ἀνιέντα τοὺς φυγαδευθεῖσι τῶν ἐπισκόπων τὴν κάθοδον· καὶ τῶν μὲν ἱερῶν σηκῶν τοὺς ἐξ Ἀρείου ἐλαύνεσθαι, τοῖς δὲ τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως ὑπερισταμένοις τὰς ἐκκλησίας αὖθις διδόναι. Καὶ Σάπωριν δὲ στρατηγὸν ἀπέστελλε τῇ Ἕῳ ταῦτα διαπραξόμενον, ἐπίσημον ἄνδρα μάλα διαγενόμενον. Καὶ ἀπαρεβάτως ἐν ἑκάστῳ ἔθνει εἰς πέρας ὁ θεῖος οὗτος νόμος ἐγίνετο. Κατὰ δὲ τὴν Ἀντιόχου πολλή τις ἦν ἡ φιλονεικία τῷ πλήθει, αἰτίαν σχοῦσα τοιάνδε· οἱ γὰρ τῆς ὁμοουσίου πίστεως καὶ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ὑπερασπίζοντες διῄρηντο. Οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς μετὰ τὴν Εὐσταθίῳ γενομένην ἐπιβουλὴν τῆς Ἀρειανικῆς λύσσης διακριθέντες καθ' ἑαυτοὺς ἦσαν, Παυλίνῳ ἀγόμενοι· οἱ δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν Εὐζωΐου τῶν δυσσεβούντων διαστάντες, ὑπὸ τῆς σοφωτάτης Μελετίου ποιμαντικῆς διεθύνοντο. Ἀλλὰ Παυλῖνος μὲν δι' ὑπερβάλλουσαν ἐπιείκειαν πρὸς Οὐάλεντος εἰς τὴν ὑπερορίαν οὐκ ἦγετο· Μελέτιος δὲ πρότερον ὑπερορίᾳ κατακριθείς, πρὸς Ἰουλιανοῦ ἐπανήγετο· καὶ αὖθις ἐπὶ Οὐάλεντος τὴν φυγὴν καταδικασθείς, τῷ Γρατιανοῦ θεσπίσματι τηνικαῦτα κατὰ τὴν Ἀντιόχου ἐπάνεισι· καὶ ἐλθὼν, Παυλῖνον εὑρίσκει ἤδη πρὸς βαθὺ γῆρας ἐλάσαντα· καί γ' εὐθὺς ἅπαντες ὅσοι τῆς ἐκείνου μοίρας ἦσαν, πάντα κάλων ἐκίνουν, σύνθρονον γενέσθαι Παυλίνῳ Μελέτιον. Τοῦ δὲ Παυλίνου τὴν συνεδρίαν ἐκτρεπομένου, καὶ παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα τὴν πρᾶξιν εἶναι διατεινομένου· ἅτε ὄῆτα Μελετίου ὑπὸ Ἀρειανῶν τὴν χειροτονίαν προσειληφότος οὐκ ἀνασχόμενα τὰ πλήθη, ἔν τινι τῶν πρὸ τῆς πόλεως ἱερῶν τὸν Μελέτιον ἐνθρονίζουσιν. Οὗ δὴ γενομένου, πολλή τις ἐρεσχελία εἰσέρρει· καὶ ἐκ τῆς ἄγαν φιλονεικίας εἰς ἀτόπους ἐπιχειρήσεις ἐτρέποντο· καὶ προσεδοκᾶτο στάσις ἑκατέρωθεν τοῦ λαοῦ χαλεπαίνοντος. Ἔπειτα θαυμασίας ἐπιγενομένης βουλῆς, εἰς ὁμόνοιαν ἦλθον συνθηκῶν τοιῶνδε γεγενημένων· συνεδόκει γὰρ ὅρκοις πεδῆσαι ὅσοι δὴ ἐπιτήδειοι ἐπισκοπεῖν ἐνομίζοντο, ἢ καὶ προσεδοκῶντο· ὧν ἕτεροι μὲν πέντε ἦσαν, καὶ Φλαβιανὸς αὐτός· ὥστε μηδένα εἰς τὴν ἐπισκοπὴν παρελθεῖν· οὔτε μὴν σπουδάσαι, οὔτ' ἀνέξεσθαι τὴν χειροτονίαν, κἂν εἴ τι καὶ γένηται, ἐπ' αὐτοῖς ἐρχομένην, ἕως ἂν περιῶσι τῷ βίῳ Παυλῖνός τε καὶ Μελέτιος· ὧν θατέρου προτελευτήσαντος, τὸν περιλειπόμενον κατέχειν καὶ τοῦ ἀποιχομένου τὸν θρόνον· καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου λοιπὸν ἀποβίωσιν οὕτως ἕνα τῶν ὑποψήφων, ὃν ἂν τὸ

Gratianus, quemadmodum diximus, imperii sui primitias rerum universarum imperatori simul et Deo consecrans, legem promulgavit, per quam cum exsules episcopos restituit, tum Arianos ex sacris ædibus deturbari, easque Nicænæ fidei propugnatoribus reddi permisit. Et Saporem ducem, præclarum admodum virum, qui eam exsecutioni mandaret, in Orientem misit. Et divina ea constitutio in provincia quaque ad legitimum finem suum rite est deducta. Antiochiæ vero ingens erat in plebe contentio et dissidium, ob causam ejusmodi : Qui ὁμοουσίου, consubstantialis, fidem et Apostolica dogmata defendebant, in duas abierant partes : quidam namque statim post structas Eustathio insidias, ab Ariana rabie abhorrentes, sub Paulino antistite conventus suos cogebant. Quidam autem ab Euzoii electione impiorum commercium refugientes, sub sapientissimo pastore Meletio pascebantur. **226** Et Paulinus quidem propter excellentem humanitatem a Valente in exsilium actus non fuerat. Meletius vero cum primum exsilio multatus esset, a Juliano restitutus fuerat : et denuo sub Valente deportari jussus, Gratiani edicto fretus tum Antiochiam redierat, et Paulinum in extrema jam senectute viventem invenerat. Ibi qui factionis ejus erant omnes, omnem movere funem, ut in eodem cum Paulino, throno Meletius collocaretur. Paulinus eam rem non admisit ; factum ejusmodi adversus ecclesiasticos canones esse dictitans, quod Meletius ab Arianis consecrationem accepisset. At populus id non ferens, Meletium in throno templi cujusdam suburbani collocavit. Quo facto, multa verborum rixa est oborta. Et res ex nimio contendendi studio in cœpta absurda abiit : plebeque ex parte utraque indignante, seditio in exspectatione fuit. Deinde vero consilio mirifico invento, ad concordiam res pactis hujusmodi est reducta. Placitum namque est, ut qui ad episcopalem functionem obeundam, vel jam tum essent, vel aliquando futuri essent idonei, quorum quidem quinque alii, et Flavianus sextus erat, jurisjurandi sacramento obligarentur, neminem eorum episcopatum susceperum, neque ad dignitatem eam anhelaturum, atque adeo neque electionem, si forte ea de quopiam fieret, approbaturum esse, tantisper dum Paulinus et Meletius in vita manerent, atque ut altero defuncto alter qui superstes esset, in illius

νοῦ προβάλλοντος, Παυλῖνος διισχυρίζετο αὐτὸς εἶναι τῆς Δαμάσου μερίδος. Ἐπίσης δὲ καὶ Ἀπολλινάριος ἔλεγε κατακρύπτων τὴν νόσον. Ἡσυχῇ δὲ καθῆστο Μελέτιος τῶν ἑκατέρων λόγων ἐπακροώμενος. Ὁ δέ γε θεῖος Φλαβιανὸς ἔτι τι τῷ τῶν πρεσβυτέρων ἐμπρέπων βαθμῷ, ἡρέμα τοῦ στρατηγοῦ ἐπαΐοντος, πρὸς Παυλῖνον ἔφη· « Εἰ δ δογματίζει Δάμασος στέργεις, ὦ οὗτος, δεῖξον ἡμῖν τὴν τῆς δόξης συγγένειαν· ἐκεῖνος γὰρ μίαν οὐσίαν τῆς Τριάδος ὁμολογεῖ, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις διαῤῥήδην κηρύττει. Σὺ δ' ἔοικας ἐξ ὧν λέγεις, τὴν τῶν ὑποστάσεων ἀναιρεῖν τριάδα. Συμφώνει τοίνυν ἐκείνῳ τοῖς δόγμασι, καὶ κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸν τὰς ἐκκλησίας ἀσφαλῶς κάτεχε. » Καὶ τὸν μὲν οὕτω κατασιγάσας, πρὸς τὸν Ἀπολλινάριον ἐπιστραφείς, ἔφη· « Θαῦμά μοι ἔπεισιν, ὦ φιλότης, πῶς οὕτως ἀνέδην πρὸς τὸ ψεῦδος δὴ κεχηνὼς οὐκ ἐντρέπῃ, καὶ ταῦτ' ἀκριβῶς εἰδὼς ὡς ὁ θεσπέσιος Δάμασος τελείαν εἰληφέναι τὴν ἡμετέραν φύσιν τὸν Θεὸν Λόγον πλατεῖ δογματίζει τῷ στόματι. Σὺ δ' εἰς ἅπαν ἐναντία μάλα φρονεῖς· μὴ γὰρ ψυχὴν, μηδὲ νοῦν τὸ ἡμέτερον προσειλῆφθαι φῂς ἐκείνῳ· ἃ δὴ τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως καιριώτερα· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς σωτηρίας ἐκεῖνα στερεῖς. Εἰ δὲ ψευδῆ σου κατηγοροῦμεν, ἀλλὰ νῦν δεῖξον ὡς συμφωνεῖς Δαμάσῳ τἀναντία σοι δογματίζοντι, τὴν σοι καινοτομηθεῖσαν νόσον ἀποβαλλόμενος, καὶ τοὺς ἱεροὺς σηκοὺς κάτεχε. » Ὁ μὲν οὖν θεῖος Φλαβιανὸς οὕτω τοῖς ἀληθέσιν ἐλέγχοις τὴν τῶν ἀμφοτέρων ἐπεστόμισε παῤῥησίαν· Μελέτιος δὲ, πάντων ἀνθρώπων πραότατος, ἡμέρως πρὸς Παυλῖνον ἔφη· « Ἐπεὶ μή σοι μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἐμοὶ λόγοις οἷς οἶδεν ὁ ἀληθινὸς ποιμὴν καὶ τῶν προβάτων Κύριος, τὴν τούτων ἐνεχείρισε προστασίαν, ἄμφω δὲ τὰ ποίμνια ἀλλήλοις ὡς εἰκὸς κοινωνεῖ, καὶ τὴν ὑγιᾶ βοτάνην τῆς εὐσεβείας σιτίζονται, τὴν θανάσιμον πόαν καὶ νοσερὰν τῶν αἱρετικῶν ἐκτρεπόμενα, εἰ δοκεῖ, συνάψωμεν, ὦ φιλότης, τῆς εὐσεβείας τὰ θρέμματα, καὶ ὑπὸ μίαν μάνδραν ποιήσωμεν, τὴν τῆς ποιμαντικῆς διαλύσαντες ἔριν. Καὶ ἄμφω δὲ τὰ πρόβατα νέμοντες, κοινὴν καὶ τὴν θεραπείαν ἐκ τῆς διδασκαλίας προσάγωμεν. Εἰ δὲ ὁ μέσος θρόνος τὴν φιλονεικίαν διεγείρει, καὶ τοῦτ', εἰ βούλει, θᾶττον διαλῦσαι πειράσομαι. Χρῆναι γὰρ εἰσηγοῦμαι, ἐν μὲν τῷ θρόνῳ μέσῳ εὐλαβῶς τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον προτεθῆναι· ἡμᾶς δὲ παρ' ἑκάτερα καθῆσθαι τὴν ὑφεδρίαν ἀσπαζομένους. Καὶ εἰ μὲν ἐμοὶ πρώτῳ τὸ πέρας τοῦ βίου ἐπέλθοι, αὐτὸς μόνος κληρώσῃ τὸν θρόνον· εἰ δὲ σὺ τοῦτο πρότερον πάθοις, ἐγὼ πάλιν ὡς γε δύναμις τῆς ποίμνης ἡγήσομαι. Ταῦτα φιλοφρόνως ἐν εὐλαβεῖ καταστήματι ὁ θεῖος εἶπε Μελέτιος. Ὁ δὲ Παυλῖνος ἥκιστα τοῖς λόγοις συνέθετο. Σάπωρις δὲ κριτὴς τῶν λόγων γενόμενος, τῷ μεγάλῳ Μελετίῳ τὰς ἐκκλησίας ἐπέτρεψεν. Ὁ δὲ Παυλῖνος αὖθις τῆς ἀποκριθείσης ἐκείνῳ μοίρας εἰσάπαξ ἠγεῖτο. Ἔπειτα, ὥσπερ ἄνωθεν εἴρηται, τῶν ὅρκων γεγενημένων τοῖς ὑποψήφοις, πρὸς ὁμόνοιαν ἦλθον τὰ πλήθη. Ἀπολλινάριος δὲ διαμαρτὼν τοῦ σκοποῦ,

A tenus ex Gregorio Nazianzeno retulimus), opinio pullulavit : et alia præterea quæ **228** et multitudini et ejus antistibus, contentionem in maximam bellumque implacabile peperere, prodierunt. Verum hæc postea accidere. Tum autem, sicuti dixi, cum Antiochiæ Sapores dux esset, atque Gratiani constitutionem, ut quam fidem Damasus deprædicaret, in ea quoque Antiochia acquiesceret, prætenderet, servandamque juberet : Paulinus quidem Damasi partium se esse affirmavit. Idem quoque Apollinaris, morbum celans, dixit. Meletius autem utriusque verba audiens, tacitus sedit. Ibi tum divinus Flavianus, in presbyterorum etiamnum ordine consistens, duce placide audiente, ad Paulinum : « Si in eadem, inquit, cum B Damaso, o bone, sententia acquiescis, exhibe nobis opinionis conjunctionem et affinitatem. Ille namque substantiam unam Trinitatis profitetur, et tres subsistentias disertis verbis deprædicat. Tu vero, sicuti verba tua declarant, subsistentiarum trinitatem prorsus tollis. Quapropter ad illius te, per consensum, dogmata adjunge : et ecclesias, juxta earum sanctiones, tuto obtine. » Atque ubi hunc ita silere coegit, ad Apollinarim conversus : « Valde te admiror, ait, o amice, qui tam impudenter mendacio inhians, non erubescas : cum quidem certo scias, Damasum, hominem admirandum, quod Deus Verbum perfectam naturam nostram susceperit, ore pleno propalam docere. C Tu vero contraria prorsus sentis. Non enim ab illo animam et mentem nostram, quæ in natura nostra præstantissima sunt, assumptam esse dicis, et propterea salute utramque privas. Quod si falso te arguimus, at tu novarum rerum tuarum morbo abjecto, te Damaso diversa prorsus a te docenti, consentire ostende, et sacrarum ædium curam obtine. » Et divinus quidem Flavianus, ad hunc modum veraci confutatione utriusque dicendi obturavit licentiam. Meletius autem hominum omnium mitissimus, perplacide Paulino dixit : « Quandoquidem (1) non tibi soli, sed mihi quoque ratione et verbis, quæ verus pastor et idem ovium Dominus novit, istorum curam et administrationem mandavit, et greges utrique pro eo atque convenit, inter se communicant, et salutarem herbam noxio illo et lethali hæreticorum pabulo vitato depascunt et carpunt : **229** conjungamus, o amice, si videtur, veræ pietatis oves, easque in ovile unum aggregemus, atque quæ nobis intercessit de pastorali munere contentione soluta, uterque oves pascat, communiterque eis, docendo curam exhibeat : sin vero, qui in medio est, contendendi, ac dissidendi studium excitat thronus, et id sopire statim conabimur. Oportere siquidem censeo, in medio throno cum reverentia religiose sacrum poni Evangelium : nos autem utraque ex parte considere, in inferiore subsellio acquiescen-

(1) Theod. lib. v, cap. 3 : Quandoquidem et mihi harum curam ovium mandavit Dominus, et tu aliarum regendarum suscepisti provinciam, etc.

τῶν ὁμοφρόνων τὰ πλήθη συνέχων, διδασκαλίαις ἐστήριζε. Συνεργὸν δὲ καὶ οὗτος εἶχε τὸν περιώνυμον Στέφανον, ὃν δὴ καὶ τοῦτον Μελέτιος εἰς ἀγῶνα οὐκ ἔλαττον μετεστείλατο. Τὴν γὰρ Γερμανικέων πόλιν τῇ νόσῳ Εὐδοξίου νοσοῦσαν τὰ ἔσχατα, τοῦτον ἰατρὸν ἀπέστειλεν ἄριστον· καὶ γὰρ διὰ πάσης παιδείας ἐχώρει, τῆς τε ἡμετέρας, καὶ ὅση δῆτα παρ' Ἕλλησι· καὶ τῆς ἐλπίδος ἥκιστα διημάρτανε· τῇ γὰρ πνευματικῇ χρώμενος σύριγγι, καὶ τοὺς λύκους εἰς πρόβατα μετεσκεύαζεν. Ἐπίσης δὲ Μελετίῳ καὶ ὁ πολὺς Εὐσέβιος διεπράττετο τῆς ὑπερορίας ἐπανιὼν εἰς Σαμόσατα. Καὶ γὰρ Ἀκάκιον ἐκεῖνον οὗ πολὺ κλέος ἐν βίῳ, τὴν Βέρροιαν ἐθύνειν ἐπέτρεπε· τὴν δὲ Ἱεράπολιν τῷ θαυμαστῷ ἐνεχείριζε Θεοδότῳ, τῇ ἀσκητικῇ πολιτείᾳ μάλιστα περιᾳδομένῳ· τὸν δ' Εὐσέβιον εἰς Χαλκίδα ἐχειροτόνει· τῇ Κύρῳ δὲ Ἰσίδωρον ἐπεσφράγιζεν. Ἀξιέπαινοι δὲ καὶ ἄμφω θείῳ ζήλῳ κοσμούμενοι (ἧς οὐκ εἰς μακρὰν καὶ ὁ πολὺς ἠγήσατο Θεοδώρητος). Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ Εὐλόγιος ἐκεῖνον τὸν μετὰ Πρωτογένους εἰς Ἀντινὼ τὴν νῆσον ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐξορισθέντα, τὴν Ἔδεσσαν ἐπιτρέψαι, Βάρσου τοῦ θείου θανάτῳ τὸν θρόνον καὶ τὸν βίον λιπόντος. Αὐτὸς δ' Εὐλόγιος, Πρωτογένην τὸν τῶν ἄθλων αὐτῷ κοινωνὸν ταῖς Κάρβαις ὑφίστη, ἰατρὸν νοσούσῃ πόλει σφόδρα δωρούμενος ἀλεξίκακον. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις ὁ θεῖος Εὐσέβιος τῇ Δολίχνῃ Μάριν ἐχειροτόνει ἐπίσκοπον· τῆς δὲ Ἀρειανικῆς νόσου ἡ Δολίχνη ἐπέπληστο· ὃν πολλοῖς τοῖς τῆς ἀρετῆς εἴδεσι διαλάμποντα αὐτὸς ἐκεῖνος τοῖς ἱερατικοῖς καθιδρύσαι θρόνοις θελήσας, τὴν Δολίχνην κατέλαβεν. Εἰσιόντι δὲ τὸ τεῖχος τοῦ ἄστεος Εὐσεβίῳ, γυνή τις τῆς Ἀρείου ἐμπλεως βδελυρίας, κέραμον ἄνωθεν διαφεῖσα, κατὰ κεφαλῆς βάλλει τὸν ὅσιον. Καὶ τότε μὲν τὴν κάραν συνέτριψε· μικρὸν δ' ἐκεῖθεν σφακελλισθεὶς τὸν ἐγκέφαλον, πρὸς τὴν ἀμείνω λῆξιν μετέβαινεν. Ὃν τελευτῶντα λόγος κατεγγυῆσαι ὅρκοις ἀσφαλιζόμενον, μηδεμίαν τὴν δράσασαν εἰσπράξασθαι ποινὴν τῷ τολμήματι· τὸν γὰρ οἰκεῖον ἐζήλου καὶ οὗτος δεσπότην, *Πάτερ*, λέγοντα, *ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην*. Τοῦτο μὲν οὖν τὸ τέλος μετὰ τοὺς παντοδαποὺς καὶ ποικίλους ἀγῶνας ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐδέξατο ὁ Εὐσέβιος· καὶ τοὺς ἐν Θρᾴκῃ βαρβάρους διαφυγὼν, τὰς τῶν ὁσιοσεβούντων χεῖρας διαφυγεῖν οὐκ ἴσχυσεν· ἀλλ' ὑπ' ἐκείνων τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο. Ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγεγόνει· ὁ δὲ θεῖος Μελέτιος, τῆς ὁμονοίας διὰ τῶν ὅρκων γεγενημένης, κατέπλευσεν εἰς Κωνσταντινούπολιν· ἡνίκα εἰς ταυτὸ πολλοὶ συνιόντες ἐπίσκοποι, δεῖν ᾤοντο Γρηγόριον τὸν θεῖον ἐκ τῆς Ναζιανζοῦ μεταθεῖναι, καὶ τὴν τῆς Κωνσταντίνου τελείως ἐπισκοπὴν ἐγχειρίσαι.

A procellæ tempore sententiæ suæ populos in officio retinens, doctrina confirmavit. Fuit huic ea in re collega quoque magni ille nominis Stephanus, quem itidem Meletius ad certamen non exiguum accivit. Nam hunc Germaniciæ civitati, quæ Eudoxii morbo summo cum periculo laborabat, optimum misit medicum. Omni enim liberaliori doctrinæ in sacris simul et profanis disciplinis operam navaverat, et conceptam de se spem minime fefellerat. Spirituali namque fistula usus, etiam lupos in oves convertit. **231** Ad eumdem modum magnus quoque Eusebius egit, ubi ab exsilio Samosata reversus est. Nam Acacio illi, cujus propter vitam egregiam ingens erat gloria, ecclesiam Berrhœæ regendam commisit. Hierapolim autem admirando attribuit Theodoto, qui vita monastica celebris maxime fuit. Eusebium porro Chalcidis (1), et Isidorum Cyri episcopum fecit (cujus ecclesiæ brevi quoque post magnus præfuit Theodoritus): ambo vero isti divino ardore ac zelo clari fuere. Hunc præterea dicunt, Eulogium illum, qui cum Protogene in insulam Antinoem (2), veræ pietatis ergo deportatus fuerat, Edessam misisse, cum ibi divus Barses morte sua simul et thronum et vitam reliquisset. Ipse autem Eulogius Protegenem certaminum suorum socium Carris præfecit, urbi ei valde ægrotanti, quasi quemdam medicum, malorum depulsorem donans. Insuper divinus Eusebius oppido Dolichæ Marim episcopum dedit; quod quidem oppidum Ariana contagione infectum maxime erat. Eo Eusebius venit, ut ipse Marim vario virtutum genere refulgentem, in possessionem episcopalis sedis induceret. Sed enim ei oppidum ingredienti, mulier quædam Arianis deliramentis plena, ex superiore loco tegulam in caput conjecit. Et ita tum quidem viri sancti caput comminutum est: paulo vero post, ubi cerebrum putredine correptum esset, moriens ille, ad meliorem migravit vitam. Quem fama est, jam animam agentem, jurejurando amicos obstrinxisse, ne a femina, quæ facinus tantum ausa fuerat, pœna quæpiam exigeretur; ea in re Dominum suum æmulatus, qui dixit: *Pater, ignosce illis peccatum hoc, quia nesciunt quid faciunt.* Hunc vitæ finem, post varia multipliciaque pro vera pietate obita certamina, consecutus est Eusebius. Qui cum in Thracia Barbarorum feritatem effugisset, impiorum hæreticorum manus evadere non potuit, sed per illos coronam martyrii suscepit. Atque hæc quidem postea sunt facta. Divus vero Meletius concordia jurisjurandi sacramento confirmata, Constantinopolim appulit, cum eo multi convenissent episcopi, necessarium esse rati, ut divinum Gregorium ex Nazianzo transferrent, eique episcopatum Constantinopolitanum cum summa potestate committerent.

(1) Theod. *Chalcedonis*, sed perperam, ut puto. Est enim etiam Chalcis non longe ab Antiochia Syrorum sita. Epiphan.

(2) Theodorus non habet *insulam* : lib. v, cap. 4. Supra lib. II, cap. 25.

δὲ ζιζάνια, πονηραῖς ἀρδείαις ἐξέθρεψαν. Πρὸς δὲ καὶ οἱ Βιθυνοὶ, Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας, καὶ Θεόγνιος ὁ Νικαίας, καὶ Μηνόφαντος ὁ Ἐφέσιος· καὶ Μάρις ὁ Χαλκηδόνιος, Θεόδωρός τε ὁ Περινθίου, καὶ ἕτεροι ἀπὸ θράκης ἐκ τῆς κακίας τὸ ἐπίσημον ἐσχηκότες· οἱ δὴ πάντες μέχρι πολλοῦ διαγεγόνασι τὰ πονηρὰ καταῤῥώσαντες καὶ διαθάλποντες δόγματα. Τούτοις δ' αὖ τῶν πονηρῶν σπερμάτων κατασβεσθεῖσιν οὐχ ἥκιστα τὰ μέγιστα συνεβάλλετο ἥ τε Κωνσταντίου εὐκολία (φείδομαι γὰρ κουφότητος εἰπεῖν, κατὰ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον, αἰδούμενος τὴν εὐλάβειαν), καὶ ἡ ἰσχάτη μοχθηρία Οὐάλεντος. Ταῦτ' οὖν μαθὼν, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐφαψάμενος, δεῖν ἐκείνῳ πρὸ τῶν ἄλλων ἔδοξε τῆς τῶν ἐκκλησιῶν συμφωνίας ἐπιμελήσασθαι. Ἄμεινον δ' εἶναι λογισάμενος ὅπως ἔχει δόξης περὶ τὸ θεῖον προεκθεῖναι τοῖς ἀρχομένοις, ὥστε μὴ δύζαι βίαν ἐπάγειν, παρὰ νόμον ἐπιτάττων θρησκεύειν, ἐκ Θεσσαλονίκης νόμον τοῖς ἐν Κωνσταντινουπόλει κατέπεμψεν· ὥετο γὰρ ὡς ἀπό τινος ἀκροπόλεως ἐκεῖθεν ἀνὰ τὴν ὑπήκοον πᾶσαν, καὶ τοῖς ἄλλαις τῆς Ἑω πόλεσι τὴν γραφὴν διελθεῖν ἀθρόον. Ἐδήλου δὲ τὰ γραφόμενα, πάντας αἱρεῖσθαι θρησκεύειν, ὡς ἐξ ἀρχῆς Πέτρος ὁ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος ἐδίδαξεν· ᾧ τηνικαῦτα Δάμασος ὁ Ῥωμαίων, καὶ Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας, ἐπίσκοποι εἵποντο· πρὸς δὴ τούτῳ ἐσήμαινε μόνην καθολικὴν Ἐκκλησίαν ὀνομάζεσθαι, ἥτις δὴ Τριάδα ὁμοούσιον διερρήδην καὶ στόματι καὶ καρδίᾳ κηρύττει. Τοὺς δ' ἄλλως ἔχοντας δόξης αἱρετικοὺς καλεῖσθαι, ἀχρείους τε εἶναι, καὶ τιμωρίαν ὑπέχειν, εἴ γε τολμῷεν παῤῥησιάζεσθαι.

A tanus, et Actius Syrus in Palæstina exstiterint; Paulinus vero, et Gregorius Alexandriæ episcopus, e Phœnicia prodierint; Theodotum præterea Laodicensem, et successorem ejus Georgium, atque hujus rursum Athanasium, et quartum Narcissum Cilicia protulerit: qui male jacta semina, seu potius zizania, sinistra irrigatione foverint. Insuper vero, Bithyni fuerint Eusebius Nicomediensis (1), et Theognis Nicænus, et Menophantus Ephesius, et Maris Chalcedonensis, et Theodorus Perinthius: alios porro, qui vitiis et malitia celebre nomen sunt consecuti, Thracia dederit, atque hi omnes longo tempore parva dogmata rigarint atque foverint; talibus vero male sementis saporibus non parum momenti contulerit Constantii facilitas (ne, juxta Gregorium theologum, dicam levitas, religionem scilicet et pietatem veritus), et extrema Valentis improbitas. Hæc ubi Theodosius cognovit, imperio suscepto in primis faciendum sibi esse putavit, ut de ecclesiis in gratiam et concordiam redigendis cogitaret. Optimum vero esse ratus, ut sententiam de Deo suam civibus et subditis suis declararet (ne cui vim inferre videretur, religionem sequendam illegitime præcipiens), constitutionem ex Thessalonica Constantinopolim misit. Inde enim veluti ex summa quadam arce scriptum suum (2) per ditionem omnem, ad alias quoque Orientis urbes omnino perventurum esse existimavit. Constitutio talis, religionem eam complecti omnes jussit, quam ab initio apostolorum princeps Petrus docuit, quem tum Damasus Romanæ et Petrus Alexandrinæ urbis episcopi sequerentur. Ad hæc insuper significavit, solam eam nominari catholicam et universalem Ecclesiam, quæ Trinitatem ὁμοούσιον, consubstantialem, diserte et corde et ore deprædicaret; diversum autem sentientes, hæreticos vocari, inutilesque esse, et pœnam sustinere debere, si publice docere auderent.

B

C

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, ὡς ἐν Κωνσταντινουπόλει σμικρῷ οἰκίσκῳ τὰς συνάξεις ποιούμενος, τῆς ὁμοουσίου πρεσβυτάτου πίστεως· καὶ διήγησις περὶ τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας.

234 CAPUT VII.

De sancto Gregorio theologo, ut Constantinopoli in parva domo Synaxes et collectas celebrans, ὁμοουσίου, consubstantialis, fidei præierit; et de templo sanctæ Anastasiæ.

Ταῦτ' ἐκεῖθεν προσφωνήσας, οὐκ εἰς μακρὰν καὶ αὐτὸς τὴν Κωνσταντίνου κατέβαδε. Τότε δὲ ἔτι οἱ ἐξ Ἀρείου τῶν ἐκκλησιῶν ἦρχον, Εὐάγριον ἐξελάσαντες· ὧν ἡγεῖτο Δημόφιλος. Ὁ δ' ἐκ Ναζιανζοῦ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος τῶν Τριάδα ὁμοούσιον δοξαζόντων ἀντὶ Εὐαγρίου πρόεστατο, ἐν οἰκίσκῳ βραχυτάτῳ τὰς συνάξεις ποιούμενος· ὅν τινες τῆς ἴσης θρησκείας, τότε μὲν εἰς ἱερὸν οἶκον μεθίστων· χρόνῳ δ' ὕστερον καὶ εἰς περιφανῆ νεὼν καὶ τῶν ἄλλων ἐπισήμων εἴκων Θεῷ ἐν τῇ Κωνσταντίνου οὖτος ἐγένετο, οὐ μόνον κάλλει καὶ μεγέθει τῶν πολλῶν διαφέρων, ἀλλὰ καὶ τὸ περιφανὲς ἄλλως αὐχῶν ταῖς ἐνταῦθα γινομέναις θεοσημίαις. Θεία γὰρ ἐκεῖσε δύναμις ἐπιφοιτῶσα, πολλαῖς ὕπαρ τε καὶ ὄναρ ἐπιφαινομένη, οὐ ποικίλων καὶ ἀντιτάτων ἀπαλλάττει μόνον νόσων,

D

Hæc ibi lege lata, non multo post ipse quoque Constantinopolim se contulit. Tum vero Ariani adhuc ecclesias gubernabant, Evagrio ejecto: quibus præfuit Demophilus. Gregorius autem Nazianzenus theologus, pro Evagrio eis qui Trinitatem ὁμοούσιον, consubstantialem, profitentur, præiit, in æ·dicula quadam conventus agens (3). Quam religionis ejusdem sectatores quidam tum quidem in sacrum delubrum commutarunt: aliquo vero tempore post, ex ea celebre templum inter alias præclaras Dei ecclesias Constantinopoli est factum; quod non tantum pulchritudine et magnificentia reliquis præstaret, verum etiam claritatem ex divinis, quæ in eo edita sunt, miraculis consecutum esset. Vis enim divina multis ibi et vigilantibus,

(1) Hic ille est Eusebius, qui primum Berytii, mox Nicomediæ, et tandem Constantinopolis, per translationem, ex una sede in aliam contra sacros canones, fuit episcopus.

(2) Cf. l. II, C. *De sanct. Trin. et fid. cath.*

(3) Sozom. lib. VII, cap. 5.

ἐντοῦ πατρίδα καταλαμβάνει τὴν Βέρροιαν. Καὶ Θεοδώρου τῆς Ἀντιόχου ἀπωσθεὶς, εἰς τὴν Θρᾴκην ὅθεν ἐγένετο, ἀπεχώρει· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ Νικαίας Ὑπάτιος παρὰ τὴν γεννησαμένην Τύρον ἐν Συρίᾳ μετέβαινε· καὶ ἄλλοι ἀλλαχοῦ διεσπείροντο. Οἱ δ' ἐν Ἀντιοχείᾳ πρεσβύτεροι, Ἀστέριος καὶ Κρισπῖνος, καὶ τὸ ἄλλο ὑπὸ Θεοδώρου πλήρωμα συνεδριάσαντες, πολλῶν καὶ ἄλλων ἐπισκόπων ἐκ τῶν πέριξ πόλεων συνδραμόντων, πρὸς τοὺς περὶ Εὐνόμιον ἔπεμπον, τὴν αὐτῶν κοινωνίαν ἐπιζητοῦντες. Οἱ δ' ἀντεπέστελλον, δέχεσθαι μὲν αὐτοὺς, πλὴν ἀποψηφισαμένους τὴν ἐπ' Ἀετίῳ καταχειροτονίαν καὶ τοῖς ἐκείνου συγγράμμασι· προσαπῄτουν δὲ καὶ τοῦ βίου τὴν διακάθαρσιν· καὶ γάρ πως ἔν τισιν οὐ καθαροῖς διαιτήμασι προσεφύροντο. Οἱ δὲ τότε μὲν τὴν αἴτησιν οὐ προσήκαντο· ἐς ὕστερον δὲ καὶ τὸ ἐπ' ἐκκλησίας κακίζειν Εὐνόμιον καὶ τοὺς περὶ ἐκεῖνον προήχθησαν, μετεωρολέσχας ἀποκαλοῦντες, πλήρεις τε ἀπονοίας καὶ σκαιότητος, οἷς αὐτοῖς τοιαῦτα προτείνειν ἔγνωσαν. Οἱ δὲ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως πλῆθος οὐ μέτριον ὄντες, ῥοπαῖς ταῖς ἀνέκαθεν Κωνσταντίου τε καὶ Οὐάλεντος, ἀδεῶς ἐς ταυτὸ γινόμενοι, περὶ Θεοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ οὐσίας προπετῶς διαλόγους ἐποίουν. Καὶ βασιλέως πειρᾶσθαι ἀνέπεισθον, ὅσοι ὁμόφρονες ὄντες τοῖς ἀνακτόροις διέτριβον. Καὶ γὰρ ἐν ἐλπίσιν ἦσαν καὶ τοῦτον εἴσω θέσθαι χειρῶν, καθὰ δὴ καὶ Κωνστάντιον. Ὅ δὴ καὶ οἱ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας διὰ πολλῆς ἐποιοῦντο φροντίδος, καὶ ἐν δέει μεγίστῳ καθίσταντο, τὴν Εὐνομίου ἐν τοῖς διαλόγοις δεινότητα ὑπειδόμενοι. Οὐ πάνυ γὰρ οὗτος πόρρω διάφορος Κυζικηνοῖς καταστὰς, ἐπὶ τῆς ἡγεμονίας Οὐάλεντος, τῆς Ἀρείου συμμορίας ἑαυτὸν ἀποκρίνας, ἀντιπέραν τῆς Κωνσταντίνου κατὰ τὴν ἐν Βιθυνίᾳ Χαλκηδόνα ἡσυχῇ καθῆστο. Πολὺ δὲ πλῆθος ἐκ τῆς Βυζαντίδος πρὸς αὐτὸν διεπερατοῦτο· ἄλλοι δὲ καὶ ἀλλαχόθεν συνέῤῥεον, οἱ μὲν πεῖραν προσάγοντες, οἱ δὲ εἴ τι λέγοι καινότερον, ἀκουσόμενοι. Ἡ δὲ περὶ αὐτὸν φήμη καὶ εἰς βασιλέα διέτρεχε. Καί γε ἂν καὶ εἰς λόγους ἦκε τῷ βασιλεῖ, εἰ μὴ ἡ θεοφιλὴς Ἰλαχίλλα ἡ βασιλὶς ἀνέκαθεν τὰ δόξαντα ἐν Νικαίᾳ πρεσβεύουσα, ἐπέσχε σπουδῇ τῇ πάσῃ, μὴ τὸ παράπαν ἐκείνῳ εἰς λόγους ἐλθεῖν. Ἐδεδίει γὰρ μάλιστα, μὴ πρὸς τὴν ἐκείνου μεταστήσοι δόξαν τὸν ἄνδρα τῷ ἐπαγωγῷ τοῦ ἤθους καὶ τῷ τοῦ λόγου δεινῷ.

A fausta omnia per orationem apprecatus, eas illi commendavit. Et postea ibi qui Trinitatem consubstantialem profiterentur, ecclesias obtinebant. Erat is annus, quo Gratianus in imperio quintum, Theodosius autem primum consul fuit. Ex quo autem Ariani sacra templa tenuerant, anni non pauciores quam quadraginta lapsi erant. Cæterum Demophilus expulsus, in patriam suam Berrhœam se recepit. Theodorus Antiochia ejectus, in Thraciam, unde ortus fuerat, abiit. Itidem etiam Hypatius Nicæa Tyrum Syriæ, quæ eum genuerat, rediit. Et alii item alio dispersi sunt. Porro Antiochiæ Asterius et Crispinus presbyteri, et reliqui factionis ejus quæ Theodori auspicia secuta fuerat, conciliabulo coacto, ad quod etiam alii multi ex vicinis urbibus episcopi convenere, legationem ad Eunomianos misere, conjunctionem communionemque eorum ambientes. **236** Quibus illi per epistolam, ita se eos recepturos esse respondenterunt, si suffragia sua, quibus Aetii lectionem et consecrationem damnaverant, antiquarent, et scripta illius reciperent. Petierunt quoque, ut vitam illi prius lustrationibus perpurgarent, quod videlicet impuris quibusdam institutis infecti essent. Hanc illi petitionem tum quidem receperunt. Postea vero eo etiam producti sunt, ut in Ecclesiasticis conventibus Eunomio et popularibus factionis ejus, per maledicta detraherent : μετεωρολέσχας, hoc est, de rebus cœlestibus sublimibusque cum fastu et insolentia verborum nugantes, dementiaque et improbitate plenos, qui sibi talia prætendenda esse statuissent, eos cognominantes. Porro Ariani, quod eorum non mediocris esset multitudo, ex momento quod illis jam inde ab initio sub Constantio et Valente accesserat, metu nullo conventus agebant, et de Deo atque ejus substantia temere disputabant. Animum quoque imperatoris ipsius, illi per factionis suæ homines, qui in imperiali aula versabantur, tentandum esse duxerunt : illa spe concepta, hunc quoque, sicuti et Constantium, in potestatem eorum adductum iri. Quæ res eis quoque qui catholicæ Ecclesiæ erant, magnam attulit curam. Quapropter in maximo fuere metu, Eunomii in disputationibus vim suspectam habentes. Non ita pridem enim is, cum sub Valentis imperio a Cyzicenis dissidere cœpisset, et seipsum ab Arianorum sodalitate segregasset, Chalcedonem Bithyniæ e regione Constantinopoli sitam, ubi privatus considebat, se contulerat. Et multitudo ingens e Constantinopoli ad eum ventitabat. Alii quoque aliunde ad eum confluebant, qui partim de vita et doctrina ejus periculum faciebant : partim, si novi quidquam diceret, cupide eum auscultabant. Et jam fama quoque nominis ejus ad imperatorem pervenerat. Fuisset ille ad colloquium etiam principis admissus, nisi Dei amantissima ipsius conjux Placilla, quæ jam inde ab initio decreta Nicæna constanter profitebatur, cura et studio omni obsistendo hoc egisset, ne cum illo prorsus colloqueretur. Maxime quippe verita est, ne institutorum vitæ illecebris, et verborum vi atque gravitate, imperatorem ille in sententiam suam abduceret.

B

C

D

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Περὶ τῆς ἁγίας δευτέρας οἰκουμενικῆς συνόδου· ἣ δὴ σπουδῇ Θεοδοσίου βασιλέως καὶ Μελετίου τοῦ Ἀντιοχείας τῷ Θεολόγῳ τὴν τῆς Κωνσταντίνου ἐπισκοπὴν ἐνεχείρισεν.

Διά τοι τοῦτο, ὅσον τάχος καὶ σύνοδον ἐπισκόπων ἐς ταυτὸ συνελθεῖν ἐκάλει ἐκ μόνης τῆς ὑπ' αὐτὸν ἀρχομένης, ὥστε τὰ ἐν Νικαίᾳ δόξαντα βεβαιῶσαι· διασκέψασθαί τε καὶ ᾧ προσήκει τὸν τῆς Κωνσταντίνου ἐγχειρίσαι θρόνον. Οἰόμενος δὲ πρὸς ἰσχύος εἶναι τοὺς ἀπὸ Μακεδονίου τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ ἑνῶσαι, ἐπεί τοί γε οὐ πάνυ τι πολὺ διεφέροντο κατὰ τὸ δοκοῦν περὶ Θεοῦ ἑκατέρῳ συστήματι, καὶ τούτους εἰς τὴν σύνοδον μετεσκέλλετο. Καὶ δὴ συνῆλθον ἀπὸ μὲν τῶν ὁμοούσιον κηρυττόντων Τριάδα ἀμφὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα· θατέρας δὲ μοίρας ἓξ καὶ τριάκοντα ἦσαν, ἐξ Ἑλλησπόντου οἱ πλείους ὄντες. Τούτων δὲ προεστῶτες ἦσαν Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου, καὶ Μαρκιανὸς ὁ Λαμψάκου· τῶν δὲ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας Τιμόθεος ὁ τῆς Ἀλεξάνδρου διαδεξάμενος τὸν ἀδελφὸν Πέτρον, τὸν τῆς Ἀθανασίου προεδρίας κληρονόμον γενόμενον· Μελέτιός τε ὁ τῆς Ἀντιόχου ἐπίσκοπος, ἤδη πρότερον διὰ τὴν Γρηγορίου κατάστασιν τὴν Κωνσταντίνου καταλαβών· καὶ ὁ τῶν Ἱεροσολύμων Κύριλλος, μετάμελος τηνικαῦτα γενόμενος· τὴν γὰρ Μακεδονίου δόξαν ἠσπάζετο πρότερον· πρὸς δὲ τούτοις Ἀσχόλιος ὁ Θεσσαλονίκης, Διόδωρός τε ὁ Ταρσοῦ, καὶ ὁ περιώνυμος Βερροίας Ἀκάκιος· οἳ δὴ πάντες τὴν ἐν Νικαίᾳ γραφὴν ἀσπαζόμενοι, ἐπειρῶντο τοὺς περὶ Ἐλεύσιον σφίσιν ὁμοφρονῆσαι· ἦγόν τε εἰς μνήμην τὴν εἰς Λιβέριον αὐτοῖς γενομένην πρεσβείαν, ἐν ᾗ διὰ τῶν περὶ Εὐστάθιόν τε καὶ Σιλβανὸν τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν στέργειν συνέθεντο· ἐκουσίῳ τε γνώμῃ χρόνῳ πολλῷ ἀδιάκριτον εἶχον τὴν κοινωνίαν· παρῄνουν τε μὴ δίκαια πράττειν, καθάπαξ τὴν ὁμογνώμονα πίστιν προσειληφότας θερμῶς, αὖθις ἀφανίζειν τὰ καλῶς αὐτοῖς ἐγνωσμένα. Οἱ δ' ἐν δευτέρῳ τὰ τῶν παραινέσεων θέμενοι, τὴν Ἀρείου δόξαν κρείττονα νομίζειν εἰπόντες ἀναφανδόν, καὶ μή ποτε καταδέξασθαι ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἀνείπειν, εἰ καὶ τἀναντία πρὸς Λιβέριον εἶπον, ἀπηλλάττοντο· καὶ τοῖς κατὰ πόλιν τὰ ἴσα φρονοῦσιν ἔγραφον, μηδαμῶς τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν προσδέξασθαι. Οἱ δὲ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας ἐπιμείναντες, περὶ χειροτονίας ἐπισκόπου τῇ Κωνσταντίνου βουλὴν διεσκέπτοντο. Λέγεται δὲ τὸν βασιλέα διὰ θαύματος κατά τε βίον καὶ λόγων περιουσίαν ποιούμενον τὸν Γρηγόριον, ἐκεῖνον πρῶτον ἄξιον τῆς καθέδρας ψηφίσασθαι· συμψήφους δὲ καὶ τὴν σύνοδον μάλα γενέσθαι, τῆς ἀρετῆς αἰδουμένους τὸν ἄνδρα. Μάλιστα δὲ πάντων τῷ θείῳ Μελετίῳ δεῖν ἐδόκει τῷ Γρηγορίῳ τὴν τῆς Κωνσταντίνου ἐπισκοπὴν βεβαιοῦν. Ἐν δευτέρῳ γὰρ τὸν τῆς μεταθέσεως ἐποιεῖτο κανόνα, αἰτιωμένων τινῶν. Ἤδει γὰρ ἀκριβῶς ὁ θεόληπτος τὸν τῶν ἐκείνου γεγραφότων σκοπόν. Ἡ γὰρ σύνοδος ἐκείνη, τὰς τῆς φιλαρ-

CAPUT X.

De sancta secunda universali synodo, quæ Theodosii imperatoris et Meletii episcopi Antiocheni studio et opera Constantinopolitanum episcopatum Theologo demandarit.

Proinde primo quoque tempore synodum quoque episcoporum imperator in locum unum, ex imperii sui provinciis duntaxat, convenire jussit, ad Nicæna decreta confirmanda : atque ut ibidem, cuinam Constantinopolitanæ Ecclesiæ sedes committenda esset, deliberaretur. Quod autem Macedonianos universali Ecclesiæ aggregari atque uniri posse existimaret, quia non admodum opinione sua de Deo, ab utraque parte et factione, dissidebant, eos quoque ad conventum evocavit. Et con- B venerunt ab eis qui Trinitatem ὁμοούσιον, consubstantialem, prædicant, circiter centum et quinquaginta : alterius autem sectæ triginta et sex, quorum plures ex Hellesponto erant. His præibant, Eleusius Cyzicenus, et Marcianus Lampsacenus. Inter catholicos præcipui erant, Timotheus qui Alexandriæ in locum Petri fratris sui, ejusdem que Athanasii successoris, subrogatus fuerat ; Meletius Antiochiæ episcopus, qui pridem Gregorii causa Constantinopolim venerat : et Hierosolymitanus Cyrillus, qui cum antea Macedonii opinionem secutus fuisset, tum per pœnitentiam resipuerat ; præterea Ascholius Thessalonicæ, Diodorus Tarsi, et clarissimus ille Acacius Berrhœæ, episcopi. Ii sane omnes in Nicænis decretis acquiescentes, Eleusium C. et populares ejus in sententiam suam adducere conabantur : in memoriam eis redigentes, quam ad Liberium miserant legationem, in qua per Eustathium, Sylvanum, et Theophilum, se Nicænam fidem secuturos receperint. **239** Tum autem, quod sua ipsorum voluntate, longo tempore se ab eorum communione non segregassent : non recte eos facere dicentes, cum semel flagrantibus animis eamdem cum eis fidem susceperint, quod ita recte ab eis constituta rursum antiquarent. At illi cohortatione tali spreta, cum aperte Arii opinionem judicio suo meliorem censeri, neque unquam fore ut Patri Filium ὁμοούσιον, consubstantialem, esse fatererentur, quamvis aliter Liberio polliciti esse- D dixissent, discesserunt : et ad factionis suæ populares, ubicunque in urbibus essent, ut nequaquam Nicænam fidem complecterentur, litteras dederunt. Qui vero ab universali Ecclesia stabant, ibi manentes, de eligendo Constantinopolitano episcopo consilium habebant. Et primus ibi imperator Gregorium, propter vitam et eruditionem præstantem admiratus, dignum illum ea sede calculo suo judicasse dicitur. Qua in re synodus ei, quod virtutem ejus viri revereretur, suffragata est. Potissimum vero divo ipsi Meletio videbatur, Gregorio Constantinopolitanum episcopatum confirmandum

(1) Sozom. lib. VII, cap. 7, catholicos episcopos convocatos esse scribit : ex imperii Theodosii provinciis duntaxat, non addit. Et synodus hæc Constantinopoli, sicuti plerique omnes tradunt, est celebrata. Id.

τὸν ἐπίσκοπον τῷ παιδὶ, καὶ τιμωρεῖν ἐδεῖτο. Ὁ δ' ἀληθεῖς εἶναι δείξας τὰς διαβολὰς, στρατιωτῶν πλῆθος ἔπεμπε, καὶ λόχοις πελταστῶν τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς περιβόλοις ἐκύκλου. Ἐπεὶ δὲ μόλις βίᾳ εἰσθριβόμενοι εἴσω θυρῶν ἐγένοντο τοῦ νεὼ, εἶλκον εὐθὺς τὸν Ἀμβρόσιον, καὶ ὑπερόριον ἄγειν ἐσπούδαζον. Ἀλλ' ἀντέσχον τὸ πλῆθος τῆς πόλεως περιχυθέντες αὐτῷ· καὶ θανεῖν ἡροῦντο μᾶλλον, ἢ οὕτως ἔχοντα τὸν σφῶν ἱερέα περιδεῖν. Ἐντεῦθεν δ' εἰς μείζονα τὴν ὀργὴν ἐξαφθεῖσα ἡ Ἰουστῖνα, καὶ νόμῳ τὸ δόξαν κρατῦναι διισχυρίζετο. Καὶ δὴ μετάκλητον ἐποίει Κλεόβουλον, ἄνδρα ἐπὶ τοῖς τῶν θεσμῶν γραμματείοις ἐντεταγμένον· καὶ θυμῷ ζέουσα, ὅσον τάχος ἐκθεῖναι νόμον ἐπέτρεπε, στερκτέα γε πάσῃ Ἐκκλησίᾳ τὰ ἐν Ἀριμίνῳ δόξαντα εἶναι. Ἐκεῖνον δὲ τὴν πρᾶξιν ὑποπαραιτούμενον (τῆς γὰρ ὁμουσίου πίστεως ἦν), μείζονα δώσειν ὑπισχνεῖτο τιμήν, εἴ γε πράξειε, δελεάζουσα. Ἀλλὰ πεῖθειν καὶ οὕτως ἥκιστα εἶχε· τὴν γὰρ οἰκείαν ζώνην περιελὼν, πρὸ τῶν ποδῶν ἐτίθει τῇ βασιλίδι, μήθ' ἣν εἶχε, μήτε μὴν μείζονα ἐπὶ μισθῷ ἀσεβείας ἔχειν αἱρούμενος. Ὡς δὲ καὶ ἔτι ἐνίστατο, μή ἂν ποτε μεταθέσθαι τῆς δόξης ἐς πλεῖστον ἰσχυριζόμενος· ἑτέρους καλέσασα, τὸν νόμον εὐθὺς ἐξετίθετο. Διηγόρευε δὲ ἀδεῶς συνιέναι τοὺς τὰ ἴσα φρονοῦντας τοῖς ἐν Ἀριμίνῳ συνελθοῦσιν, ἔπειτα ἐν Κωνσταντινουπόλει· τοὺς δ' ἑτέρως δοξάζοντας καὶ ἐμποδὼν γεγενημένους, καὶ ἕτερα τῷ ἀρτίως τεθέντι βασιλικῷ νόμῳ δεησομένους, θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι.

A fraude puerum est aggressa. Et veluti contumelia affecta esset, episcopum apud illum calumniata est: et ut in eum etiam animadverteretur, postulavit. Atque ille calumniis eis credens, militarem manum misit, et Cetratorum agminibus ecclesiam cinxit: qui vi tandem, cum per irruptionem intra sacras ædes pervenissent, confestim Ambrosium (1) correptum trahere, et in exilium agere voluere. Cæterum uti is multitudo illi circumfusa restitit: et mortem sibi perferendam potius statuit, quam ut sic antistitem suum tractari pateretur. Quare amplius ad iram commota Justina, decretum suum lege etiam confirmare contendit. Itaque Cleobulum, qui in decuria scribarum in sacrarum constitutionum tabulario militabat, ad se accivit: et furore B fervens, quamprimum legem edi jussit, ut ecclesiæ omnes in decretis Ariminensibus acquiescerent. **260** Quod ubi ille facere detrectavit, erat enim ὁμοουσίου, consubstantialis, fidei studiosus, hominem inescatione alliciens, ampliorem illi, si quod ipsa juberet, fecisset, honorem est pollicita. Verum ne ita quidem id illi persuadere potuit. Cingulum namque suum sibi detractum ad pedes principis feminæ deposuit, neque eum ipsum quem habebat, neque splendidiorem etiam, tanquam impietatis præmium, honorem retinendum esse ratus. Sed enim cum insuper ei magis instaret, atque ille nunquam se sententiam mutaturum esse vehementer confirmaret, aliis evocatis, statim legem composuit. Constituit autem, ut tuto atque libere, qui eadem sentirent, quæ episcopi Arimini, ac deinde etiam Constantinopoli congregati statuissent, conventus haberent. Quod si qui diversæ essent opinionis, illisque obsisterent, et aliud quam nova ista imperialis constitutio mandaret, petere auderent, eos morte mulctandos esse sanxit.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Περὶ Γρατιανοῦ, ὡς δόλῳ ἀνῃρέθη ὑπὸ Ἀνδραγαθίου· καὶ ὡς Οὐαλεντινιανὸς ὁ νέος τὸν τύραννον δεδοικὼς, ἐς Ἰλλυρικοὺς ἦκεν.

Ἐν τούτοις δ' οὔσης τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς, καὶ διὰ πολλῆς ποιουμένης σπουδῆς τὸν εἰρημένον νόμον κρατύνειν, φήμη διέτρεχε δόλῳ Ἀνδραγαθίου, ὃς τοῦ τυραννήσαντος Μαξίμου στρατηγὸς ἦν, Γρατιανὸν ἀνῃρῆσθαι τὸν βασιλέα. Ἀνδραγάθιος γὰρ οὗτος ἐφ' ἁρμαμάξῃ (κλίνη δ' ἂν εἴη τοῦτο βασιλικῇ φορείῳ προσοικεία) ὀχούμενος ἀπεκρύβη, ἣν ἡμίονοι ἐπεφέροντο· καὶ τοῖς ἡγουμένοις τῶν δορυφόρων λέγειν ἐκέλευεν, ὡς ἡ τοῦ βασιλέως εἴη Γρατιανοῦ γαμετὴ, καὶ εἰς ἐκεῖνον λαμπρῶς προπομπεύουσα ἄγεται. Γρατιανὸς δὲ τοῦτο μαθὼν, ὡς ἐναγχος γῆμας, νέος τε ὢν καὶ ἐρωτικῶς πρὸς τὴν γυναῖκα ἔχων, ὑπὸ σφοδρᾶς τῆς ἐφέσεως ταύτην θεάσασθαι, ἀπερισκέπτως περὶ Λουγδοῦνον πόλιν τῶν Γαλλιῶν, τὸν ποταμὸν διαβὰς, εἰς τὰς τοῦ πολεμίου χεῖρας ἐμπίπτει, καθάπερ τυφλός. Ἐκπηδήσας γὰρ τοῦ φερέτρου ὁ Ἀνδραγάθιος, τὸν Γρατιανὸν εὐθὺς συνέσχε· καὶ οὐκ εἰς μακρὰν γε διεχειρίζετο τὸν καλὸν ἀριστέα. Ὃς

CAPUT XX.

De Gratiano, ut dolo ab Andragathio sit interfectus: et ut Valentinianus junior tyrannum Maximum timens, in Illyricum pervenerit.

Cum in hoc sic imperatoris mater esset, et studio omni in id incumberet, ut constitutio ejusmodi servaretur, fama increbuit, Andragathii dolo, qui Maximi tyranni dux erat, Gratianum imperatorem necatum esse. Andragathius enim iste in curru lecticæ imperiali persimili, ad quem mulæ junctæ erant, latens vehebatur. Jusserat is satellitum Gratiani ductoribus renuntiari, imperatoris adesse conjugem, ut scilicet et ille cum apparatu magnifico obviam honoris causa progrederetur. Id ubi Gratianus audivit, quod non ita pridem eam duxisset, et juvenis esset, mulieremque vehementer D amaret, desiderio ejus videndæ ingenti accensus, apud Lugdunum Galliæ urbem, satis inconsiderate amne superato, in hostiles manus, perinde atque cæcus esset, incidit. Andragathius namque lectica exsiliens, Gratianum statim comprehendit: et brevi post, cum ut bellatorem atque victorem optimum

(1) Præclarum est apud Theodor. lib. v, cap. 13, Ambrosii ad Valentinianum juniorem verbum: Tum juvenis indignatus, propalam e templo Ambrosium exire jussit. At ille, *Libens id*, inquit, *non fecero. Neque enim lupis ovium caulam prodam, neque blasphemis templum divinum concedam. Quod si necare me vis, in ipsa ecclesia in me ensem aut cuspidem stringe. Perlibenter enim cædem eam tulero.*

interfecit. **261** Qui urbes suas moderate et juste administrans, et paternam fidei opinionem adaugens, ita vitam sine liberis finiit, viginti et quatuor annos natus : cum annis quindecim una cum Theodosio, solus autem anno uno et mensibus sex imperasset. Ea clade renuntiata, Justina iram adversus Ambrosium suam remisit. Porro Maximus ingenti atque forti exercitu (1) ex Britannis, et finitimis eorum Gallis et Celtis, aliisque loca ea incolentibus populis coacto, in Italiam ducebat, Valentiniani etiam junioris imperium ibi in potestatem suam perventurum esse arbitratus. Jam enim, quod Gratianus habuerat, obtinebat. Copias autem eas ducebat, illo quidem sub prætextu, ut ne quid de patriis dogmatibus per res novas immutaretur, et ut ecclesiam constitueret atque ordinaret: non enim, quæ Ambrosio a Justina acciderant, ignorabat : revera autem omnem, quod dicitur, lapidem movens, illud agebat, ut tyranni opinionem a se amoliretur, et Romanorum imperium non tam vi quam legibus sibi parasse videretur. Itaque ad Valentinianum scribens, imperatorem se renuntiatum esse significavit : et eum simul, ut bellum cum vera pietate gerere supersederet, paternamque religionem integram atque illæsam conservaret, cohortatus est : litteris eis etiam, nisi obsecundaret, minis additis. Ea porro verba factis ipsis comprobavit. Cum exercitu enim, quem secum habebat, Mediolanum versus, ubi ille erat, progressus est. Valentinianus autem expeditione atque adventu tyranni cognito, ne quid se indignum pateretur, veritus in Illyricum profugit. Atque inde Thessalonicam venit : experientia edoctus, quem maternorum consiliorum perceperit fructum. Fuit cum eo ibi et mater et præfectus Probus. Valentinianus etiam temporum necessitate adductus, vel invitu imperialia Maximi, a quo ad eum legati venerant, insignia admisit.

A σωφρόνως καὶ δικαίως τὰς πόλεις ἰθύνων, καὶ τ πατρῴαν δόξαν τῆς πίστεως αὔξων, οὕτως ἅπας ἐτ λεύτα τὸν βίον · ἀμφὶ εἴκοσι καὶ τέσσαρα διαγεγον ἔτη, πεντεκαίδεκα δ' ἐκ τούτων βιβασιλευκώς. Τ δὲ τεσσάρων συμφορᾷ ἀγγελθείσης, καὶ Ἰουστ τῆς κατὰ Ἀμβρόσιου ὀργῆς ἐλαγεν. Ὁ δὲ Μάξ πολλήν τινα καὶ οὐκ ἀγεννῆ στρατιὰν ἠθροικὼς ἐκ Βρεττανῶν καὶ τῶν ὁμόρων αὐτοῖς Γαλατῶν Κ τῶν τε καὶ τῶν ἄλλως προσοικούντων τῇδε ἰθν ἐπὶ τὰ πρὸς Ἰταλίαν ἤει, εἴκειν θέσθαι καὶ τὴν ν νέου ἀρχὴν Οὐαλεντινιανοῦ δοκιμάζων, ἤδη γὰρ τ Γρατιανοῦ ἐχειρώσατο. Καὶ ἐκείνει τὴν δύναμιν, ε φάσει μὲν, ὡς μή τι δῆθεν νεωτερισθείη περὶ πάτρια δόγματα καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας κατάστα καὶ γὰρ ἐγὼ τὰ τῷ Ἀμβροσίῳ ἐξ Ἰουστίνης συ B δάντα · τὸ δ' ἀληθὲς, τὸ τύραννος εἶναι δῆθεν ἐ στιόμενος, πάντα κάλων ἐκίνει πραγματευόμενος, π βασιλείαν Ῥωμαίων νόμῳ καὶ οὐ βίᾳ περιποιήσα ἑαυτῷ. Καὶ δὴ γράφων Οὐαλεντινιανῷ, τὴν ἀνάβ σιν ἐδήλου· παρηγγύα τε ἅμα καὶ τὸν κατὰ τῆς σεβείας πόλεμον διαλύειν. Ἔτι δὲ παρῄνει τὴν π τρῴαν εὐσέβειαν διαφυλάττειν ἀλύμαντον · καὶ ἐπ λὴν δὲ προσετίθει τοῖς γράμμασιν. εἴ γε μὴ πείθοι Ἀμίλει καὶ τοῖς λόγοις ἐπιτίθει τὸ ἔργον. Τὴν γὰ περὶ αὐτὸν δύναμιν ἠθροικώς, ἐπὶ τὴν Μεδιόλαν ὥρμησεν, ἔνθα κἀκεῖνος ἦν. Ὁ δὲ μαθὼν τὸν τυράν νου τὴν ἔφοδον, δείσας μή τι πάθοι τῶν ἀπειλη C Ἰλλυριοὺς ᾤχετο φεύγων · ἐκεῖθεν δὲ εἰς Θεσσαλον κην ἦκε, πείρᾳ μαθών, τίνων ἐκ τῆς μητρὸς ἐκ ώνατο συμβουλῆς. Ἦκε δὲ αὐτῷ καὶ ἡ μήτηρ, καὶ Πρόβος ὁ ὕπαρχος. Τῇ δὲ τοῦ καιροῦ ἀνάγκῃ πα σθεὶς Οὐαλεντινιανὸς, τὰ τῆς βασιλείας Μαξίμου κα ἄχων προσίετο σύμβολα, πρέσβεων ἐκείθεν ἱκέ των.

262 CAPUT XXI.

Ut Theodosius sine pugna et sanguine tyrannum vicerit, et de fama ab Arianis contra Theodosium sparsa : et de Symmacho philosopho, et ut Theodosius venia sit dignatus.

Laudatissimus imperator Theodosius, ubi vidit quæ adversus Ambrosium, rerum novandarum studio incepta atque perpetrata fuerant, et simul de tyranni legatione, et præterea quæ litteris suis significaverat, scripsit profugo juniori imperatori, non mirandum esse, quod in tanto metu imperator is esset; tyranno autem tantum suppetierit virium, ut imperatorem in fugam verterit. « Ille enim, inquit, rectæ fidei opinioni subsidium fert : imperator vero, dum rectam sententiam oppugnat, contra Deum bellum movet. Et tu quidem cœlesti armatura nudatus, fugæ te commisisti : ille autem recta opinione munitus, su-

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Ὡς Θεοδόσιος ἀμαχεὶ τοῦ τυράννου περιγέν καὶ περὶ τῆς φήμης τῶν Ἀρειανῶν · καὶ π Συμμάχου τοῦ φιλοσόφου ὡς συγκαλε ἠξίωτο.

Θεοδόσιος δὲ ὁ πανεύφημος βασιλεὺς, μαθὼν τε ἐνεωτερίσθη Ἀμβροσίῳ, καὶ τὰ ἐπ' ἐκείνῳ γε νημένα, ἔτι δὲ καὶ τὴν τοῦ τυράννου πρεσβείαν, δσα τοῖς γράμμασι διελάμβανε, τῷ δραπέτῃ καὶ D ἔγραφε βασιλεῖ, μὴ χρῆναι θαυμάζειν, εἰ τῷ μὲν β σιλεῖ τοσοῦτον ὑπέστη δέος· ὁ δὲ τύραννος οὕτω κρ τεῖ, ὡς καὶ φυγάδα βασιλέα ποιεῖν · « Ἐκεῖνος μ γὰρ, φησὶ, τῇ ὀρθῇ δόξῃ ἐπικουρεῖ · ὁ δὲ βασιλε Θεῷ διὰ τῆς ὀρθῆς πεπολέμηκε δόξης, αὐτῇ ἀν στάμενος. Καὶ σὺ μὲν τῆς ἄνωθεν πανοπλίας γυμν Θεὶς, ἀπέδρας· ἐκεῖνος δὲ τῇ ὀρθῇ δόξῃ φρατυν νος, περιγίνεται καὶ τοῦ δεσπότου κρατεῖ · τῇ γ εὐσεβείᾳ πάντως καὶ ὁ ταύτης νομοθέτης συμπαρ

(1) De motu Germanico anni 1516 versiculi :

Causam consiliis texitis improbis,
Qualem perdomita jam prope Gallia
Omni, cum petcret Marte tyrannico
Urbes Maximus Italas,
Sacrorum titulo perfida filio
Justi[illegible]arina ferox acrius inferens :
Victus succubuit qui sine prælio,
At divum non sine numine.

ναι φιλεῖ.» Ταῦτα μὲν οὖν καὶ πόρρω ὢν ἀπέστελλε Θεοδόσιος· οὐ πολλῷ δ' ὕστερον καὶ στρατιὰν ἀξιόμαχον ἠθροικὼς, καὶ αὐτὸς ἔπεισι τῷ τυράννῳ· ἐδεδίει γὰρ μὴ καὶ περὶ τὸν νεώτερον βασιλέα τι διαπράξηται Μάξιμος· κἀντεῦθεν κραταιωθεὶς, καὶ τὴν τῆς Ἑω πᾶσαν ἀρχὴν ὑπ' αὐτὸν θείη. Ἐν ταυτῷ δὲ καὶ πρεσβεία Περσῶν ἦκεν εἰρήνην ἐξαιτουμένη. Προσγίνεται δ' αὐτῷ τηνικαῦτα καὶ παῖς ἕτερος ἐκ Πλακίλλης αὐτῷ γεννηθεὶς τῇ ἐνάτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς, ὃν Ὀνώριον κατωνόμασε. Λαμπρῶς δὲ τὰ κατὰ τὴν στρατιὰν ἐξαρτίσας, τὸν υἱὸν Ἀρκάδιον τῇ Κωνσταντίνου καταλιπὼν, αὐτὸς τὴν Θεσσαλονίκην κατέφθασε· καὶ Οὐαλεντινιανῷ συγγενόμενος, πρῶτα μὲν τὴν ψυχὴν αὐτῷ ἐθεράπευε, τὴν πατρῴαν πίστιν ἀνασωσάμενος, καὶ τὴν ἐκ μητρὸς ἐπεισρυεῖσαν νόσον ἐξήλαυνεν· ἔπειτα δὲ θαῤῥεῖν παρηγύα, καὶ μὴ ἐπὶ τῇ ἀρχῇ δεδιέναι. Καὶ τοὺς μὲν παρὰ Μαξίμου ἥκοντας πρέσβεις οὔ· ἀπεσείσατο πάμπαν, ἀλλ' οὐδὲ προσίετο ἐς τὸ φανερόν. Τὰς δὲ δυνάμεις ἀναλαβὼν, εἰς τὴν ἑσπέραν πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἐχώρει. Φῆμαι δ' ἐκεῖθεν πρὸς τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν ἀφικνοῦντο. Φιλοῦσι γὰρ οἱ ἄνθρωποι καὶ περὶ ὧν ἥκιστ' ἐπίστανται, λόγους πλάττειν· καὶ μάλιστα εἰ καί τισι προφάσεσιν εἰλημμένοι ὄντες τυγχάνουσι, τὰς περὶ ὧν σπουδάζουσι φήμας ἐξάπτειν, ἅτε δὴ νεωτέρων πραγμάτων ἀεὶ ὀρεγνώμενοι. Ὃ δὴ καὶ τηνικαῦτα τοῖς ἀνὰ τὴν Κωνσταντίνου συνέβαινε. Περὶ γὰρ τοῦ πολέμου ἄλλος ἄλλο τι ἐθρύλλει πλάττων, πάντες δὲ τὰ χείρω μᾶλλον ἐπῇγον, καίπερ μηδενὸς τῷ πολέμῳ γεγενημένου, αὐτοὶ ὡσανεὶ παρόντες τοῖς πεπραγμένοις τὰ συμβαίνοντα δῆθεν ἱστόρουν. Οἱ δ' Ἀρειανοὶ θυμομαχοῦντες ὡς τῶν ἐκκλησιῶν ἀπελαμένοι, ἐλογοποίουν ὡς ὁ τύραννος μᾶλλον ἐπικρατέστερος τοῦ βασιλέως ἐγένετο, καὶ τόσοι καὶ τόσοι τῶν ἡμετέρων πεπτώκασι· καὶ ὅτι ὅσον οὔπω, καὶ αὐτὸς ὁ κρατῶν ὑπὸ χεῖρα τῷ τυράννῳ πεσεῖται. Καὶ ἄλλων δέ τινων ἐπιγενομένων, τὰ παρ' αὐτοῖς πλαττόμενα ὡς ἀληθῆ γε εἶναι ᾤοντο, καὶ ὁμολογούμενα. Ἐντεῦθεν τοίνυν παρελόγῳ ῥύμῃ θαῤῥήσαντες, ἀθρόον εἰσδραμόντες, κατὰ τῆς τοῦ ἐπισκόπου Νεκταρίου οἰκίας πῦρ ἐνιέντες, ταύτην ἐνέπρησαν· ὅτιπερ τῶν ἐκκλησιῶν αὐτὸς ἐγκρατὴς ἦν. Τοῦτο μὲν τοιοῦτον ἐγένετο· τῷ δὲ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ τὰ τοῦ πολέμου κατὰ γνώμην ἐχώρει. Οἱ γὰρ ὑπὸ τὸν τύραννον στρατιῶται τὸ τῆς παρασκευῆς Θεοδοσίου ἀξιόμαχον δείσαντες, καὶ τῇ φήμῃ καταπλαγέντες, τὸν τύραννον συλλαβόμενοι, ὑπὸ τοὺς πόδας τῷ βασιλεῖ ῥίπτουσιν· ὃν ἐκεῖνος, δίκειν νομίσας τὰς πρὸς Γρατιανὸν συνθήκας, εἰ μὴ ποινὴν εἰσπράξαιτο τῆς ἐκείνου σφαγῆς, εὐθὺς αὐτὸν ἀναιρεῖ. Ὁ δὲ τὸν Γρατιανὸν δόλῳ ἀνελὼν Ἀνδραγάθιος, τὰ κατὰ τὸν Μάξιμον διαγνούς, σὺν αὐτοῖς ὅπλοις εἰς τὸν παῤῥέοντα ποταμὸν ἦλατο, καὶ ἀπεπνίγη φθαρείς. Ἡ δὲ ἀρχὴ τῷ νέῳ Οὐαλεντινιανῷ ἅπασα σέσωσται. Οὕτω δὲ τὸν πόλεμον διαθέμενος Θεοδόσιος, σὺν τῷ νεω-

perior est, et herum suum vincit. Prorsus enim veræ pietati auctor et legislator ejus adesse solet.» Atque hæc quidem, cum longe adhuc abesset, Theodosius ad Valentinianum scripsit. Brevi vero post, exercitu strenuo collecto, contra tyrannum duxit. Metuebat namque, ne contra juniorem imperatorem Maximus rem etiam recte gereret, atque inde majoribus comparatis viribus, Orientis etiam imperium sibi subjiceret. Fuit tum Persarum apud eum legatio, pacem petens. Filius quoque alter ex Placilla ei nono Septembris mensis die natus est, quem Honorium nominavit. Sedenim exercitu rebus omnibus magnifice instructo, et Arcadio filio Constantinopoli relicto, Thessalonicam profectus est, ubi Valentinianum convenit. Et primum animam ejus, fide paterna restituta, et morbo materno depulso, curavit: deinde bono etiam animo esse, neque de imperio metuere eum jussit. Legatos autem qui a Maximo venerant, neque rejecit prorsus, neque propalam admisit. Copiisque receptis, ad Occidentem in Italiam contendit. Fama vero inde, pro eo atque cuique visum erat, afferebatur. Consueverunt enim homines etiam de rebus quas ignorant, sermones confingere, et majores quoque, præcipue si quam habent causam et prætextum, de eis quibus favent, rumores excitare, ut qui rerum semper novarum cupidi sunt. **263** Quod tum quoque Constantinopoli accidit. De bello enim alius aliud commentus, in vulgus id spargebat, omnes vero deteriora magis nuntiabant. Et quamvis nemo bello interfuisset, perinde tamen atque in re præsenti bellum geri vidissent, quæ ibi accidissent, narrabant. Porro Ariani, qui ab ecclesiis repulsi fuerant, in animis ipsi suis bellum agitantes, rumores serebant, imperatorem scilicet a tyranno victum, et tot atque tot nostrorum cæsos esse; primo quoque etiam tempore imperatorem ipsum in tyranni manum perventurum. Et cum alia quædam insuper vulgarentur, quæ ab eis excogitata fuerant, pro veris certisque rebus habebantur. Proinde concursu ingenti facto, vecordi confidentia et impetu, in episcopi Nectarii ædes ignem injecerunt, easque incenderunt, propterea quod ecclesias is moderaretur. Atque hæc quidem sic agebantur. Imperator autem Theodosius bellum ex sententia gessit. Milites namque quos tyrannus habebat, apparatum bellicum et ingentes Theodosii copias veriti, ipsaque adeo fama eorum territi tyrannum captum ad imperatoris pedes abjecere (1). Et Theodosius, quod se Gratiano, quocum fœdus pepigerat, injuriam, si tyranno parceret, neque ab eo cædis patratæ pœnas sumeret, facturum esse putaret, confestim illum necari jussit. Andragathius vero, qui Gratianum fraude circumventum occide-

(1) Conferat mihi, quæso, pius prudensque lector, cum tyrannide Maximi istius, per circumstantias omnes, seditionem et rebellionem Germanicam, ejusque exitum, quem an. 1546 et 1547, vidimus; et rem prorsus eamdem inveniet. Mores rediisse, qui Theodosii fuere tempore, pessimos, cum Maximus bello periret imperii socius rebellis.

rat, ubi quid Maximo accidisset, cognovit, cum ipsis armis in præterfluentem amnem insiluit, atque ibi interiit. Ita Valentiniano juniori imperium omne restitutum est. Et Theodosius bello feliciter confecto, cum imperatore juniore Romam victor ingressus, clarissimum latus egit triumphum. Recte etiam is in Italia Mediolanensem constituit atque ordinavit Ecclesiam, cum e vita commodum Justina excessisset. Theodosius, cum adhuc Romæ esset, e Constantinopoli eo ad se filium Honorium, valde adhuc tenerum, adducendum curavit. Et cum Romæ victoriæ sacra peregit, tum clementiam placabilitatemque suam manifesto declaravit : potissimum vero in Symmacho exconsule. Hic **264** namque senatus Romani princeps, in magna, propter egregia quæ in eo erant ornamenta, fuit admiratione, maximeque propter eloquentiam et peritiam Latini sermonis laudatus est. Multas enim, et admodum præclaras Romana lingua edidit orationes. Scripsit etiam ad Maximum tyrannum adhuc superstitem. Quam ob causam criminis perduellionis et læsæ majestatis reus factus, quod se damnatum iri metueret, tanquam ad asylum in ecclesiam confugit. Adeo autem imperator iste religiose Christianismum coluit, et adeo Ecclesiæ fuit obediens, ut non eos modo qui ejusdem cum eo essent fidei, magnopere honorarit, et præclaram illis opinionem conciliare studuerit, verum etiam Novatianos, idem nobiscum una re excepta sentientes, civiliter et placide admiserit. Itaque Leontius Novatianorum ecclesiæ tum in Romana urbe antistes, qui deprecator apud eum pro Symmacho fuit, spe sua frustratus non est. Nam ei gratificatus imperator, peccatum tantum Symmacho remisit. Qui veniam consecutus, orationem qua se defendit, ad imperatorem conscripsit. Et bellum quidem Occidentale tali initio cœptum, optatum, Deo bene adjuvante, habuit finem

τίσιν βασιλεῖ τὴν Ῥώμην ὡς ν χειμάρρους κατέβα, καὶ ἐπανίσχων καταῤῥαγεὶς θρίαμβον εὐφρανόμενος. Καλῶς δὲ ἔχει καὶ τὰ κατὰ τὴν ἐν Ἰταλίᾳ Ἐκκλησίαν διάθεσιν Μεδιολάνων· εἶδεν γὰρ βίου καὶ ἱστίνα ἐχρήσατο. Ἔτι δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ὢν Θεοδόσιος, ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως κομιδῇ νέμιον ὄντα τὸν υἱὸν Ἀρκάδιον μετεπέμπετο. Τοὺς δ' ἐπανελθὼν τελῶν ἐν Ῥώμῃ, καὶ τὴν σφετέραν ἀνεξικακίαν ἔδειξε καὶ μάλιστα ἐπὶ Συμμάχῳ τῷ πάλαι ὑπάτῳ. Οὗτος γὰρ πρῶτος ὢν τῆς ἐν Ῥώμῃ συγκλήτου ξυλλήξ, διὰ θυμάτων ἦν τοῖς πρώτοις αὐτῷ ἀγαθός, μάλιστα δ' ἐκηγεῖτο ἐπὶ παιδεύσει λόγων Ῥωμαϊκῶν· πολλοὺς γὰρ καὶ ἄγαν ἀρίστους λόγους τῇ σφετέρᾳ γλώσσῃ ἐξέθετο. Γέγραφε δὲ καὶ πρὸς τὸν τύραννον Μάξιμον ἔτι περιόντα· οὗ χάριν ἔνοχος τῷ τῆς καθ' αὑτοῦ ἐγεγόνει ἐγκλήματι. Δείσας τοίνυν τὴν κατάληψιν, ὡς εἰς πρυτανεῖον τὴν Ἐκκλησίαν κατέδραμεν. Οὕτω δ' ἦν ὁ βασιλεὺς εὐλαβὴς περὶ τὸν Χριστιανισμὸν ἔχων, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ πειθήνιος, ὡς μήτοι γε τοὺς τῆς ἴσης αὐτῷ πίστεως ὑπερτιμᾶν τε, καὶ τὸ δόξαν ἐκείνοις αἱρεῖσθαι προεῖναι· ἀλλὰ γὰρ καὶ Ναυατιανοὺς τὰ παραπλήσια τῇ θρησκείᾳ πλὴν ἑνὸς δοξάζοντας ἡμέρως καὶ ἀστείως μᾶλλα προσίεσθαι. Ὑπὲρ τοίνυν Συμμάχου Λεόντιος πρεσβεύων, ὃς τῆς ἐν Ῥώμῃ τῶν Ναυατιανῶν Ἐκκλησίας τηνικαῦτα ἡγεῖτο, οὐκ ἀπετύγχανε τοῦ σκοποῦ· ἐκείνῳ γὰρ τὴν χάριν ἀφοσιώσας, συνεχώρει τῷ Συμμάχῳ τὸ ἔγκλημα· ὃς δὴ καὶ τῆς συγγνώμης ἀξιωθεὶς, τὸν ἀπολογητικὸν τῷ βασιλεῖ ἐπεδίδου. Ὁ μὲν οὖν καθ' ἑσπέραν πόλεμος τοιαύτην ἀρχὴν ἐσχηκώς, τοιοῦτον αἴσιον καὶ τέρας λαβὼν θεοῦ πρυτανεύοντος.

CAPUT XXII.

De fœdis consuetudinibus et moribus, quos ex urbe Roma ejecit imperator Theodosius.

Theodosius imperator, cum in Italia moraretur, plurimum emolumenti in Romanam contulit urbem, cum ea quæ antea non habebat liberaliter tribuendo, tum pleraque quæ antiquitus ei erant fœda atque pudenda adimendo. Fuit enim Romæ probrum quoddam tale : Erant ibi ædificia maxima, in quibus annona urbis asservabatur. Qui vero præfecti eis erant, Romana lingua mancipes dicti, temporis processu prædonum domicilia effecerant (1). Cum enim ad latus cujusque ædificii, juxta loci situm, in parte inferiori pistrinum esset, qui ei præfuere, tabernis constructis, in quibus etiam meretrices ad quæstum prostabant, per illas insidias eis tendebant, qui annonæ comparandæ gratia ad domos eas veniebant. **265** Erant vero, qui eam tantum ob causam ut fœdæ voluptati inservirent, eo accedebant. Machina enim quadam ex prostibulo in pistrinum deferebantur. Potissimum vero peregre advenientibus et advenis hoc

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Περὶ τῶν αἰσχρῶν συνηθειῶν, ἃς κατέλυσε τῆς Ῥώμης ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος

Βασιλεὺς δὲ διατρίβων ἐν Ἰταλίᾳ, πλεῖστα τὴν Ῥωμαίων ὠνήσατο πόλιν, τῷ μὲν τῷ δοῦναι φιλοτίμως ἃ μὴ πρότερον εἶχε, καὶ τῷ περιελεῖν τὰ προσόντα ἐκείνῃ μοχθηρὰ ἐκ μακροῦ, καὶ αἰσχύνης ἔμπλεω καθιστῶντα. Μία δ' ἦν αὐτῇ αἰσχύνη τοιαύτη· Μέγιστοι δόμοι κατὰ τὴν Ῥώμην ἦσαν, οἷς ὁ τῇ πόλει χορηγούμενος σῖτος ἐτίθετο· οἱ δὴ τῶν οἴκων τούτων τὴν ἀρχὴν ἔχοντες, οὓς Ῥωμαίων φωνὴ μάγκιπας ὀνομάζει, τῷ χρόνῳ προϊόντι ληστήρια τοὺς οἴκους εἰργάσαντο. Ἐπεὶ γὰρ οἱ μυλῶνες τῆς τῶν τόπων θέσεως οὕτω διδούσης κατὰ βάθους ἦσαν πρὸς πλευρὰν ἑκάστῳ οἰκήματι, οἱ τούτων προϊστάμενοι καπηλεῖα κατασκευαχότες, καὶ πόρνας ἐν αὐτοῖς προστησάμενοι, διὰ τούτων ὥσπερ λόχον καθίστων τοῖς χρείᾳ τροφῶν τοῖς οἴκοις ἐπερχομένοις. Ἦσαν δὲ οἱ καὶ τῷ αἰσχρᾷ ἡδονῇ δουλεύειν ἑλόμενοι ῥόνῃ ἑκεῖσε ἐγίνοντο· μηχανῇ γάρ τινι διὰ τοῦ πορνείου τῷ μυλῶνι ἐνέπιπτον· μάλιστα δὲ τοῦτο τοῖς ἐνδημοῦσι τῶν ξένων ἐπιτηδείως εἶναι· καὶ οἱ οὕτως ἐα-

(1) Socr. lib. v, cap. 18.

λωκότες, ἀνάγκῃ ἐπικειμένῃ, ὀλεῖν διὰ βίου κατεῖχοντο, μὴ τὴν ἐκεῖθεν λύσιν ποσῶς συγχωρούμενοι· ὡς καὶ τοῖς οἰκείοις παρεσχῆσθαι δόξαν, ὅτι πάλαι τεθνήκασι ταύτῃ τῇ ἀγρᾷ. Καί τις τῶν Θεοδοσίῳ στρατευσαμένων ἐνέπεσεν. Ὡς δ' ἥκιστα τούτῳ συνεχωρεῖτο ἡ ἔξοδος, καθὰ δὴ τὰ καὶ τοῖς λοιποῖς, τὸ παρὰ τῶν μηρῶν ἠωρημένον ξίφος σπασάμενος, τοὺς ἐπέχοντας διεχρήσατο. Οἱ δ' ἄλλοι, δέει τοῦ μὴ τὰ ἴσα παθεῖν, συνεχώρουν ἐκείνῳ τὴν ἔξοδον. Ἃ δῆτα μαθὼν Θεοδόσιος, τοὺς μὲν κολάσει ὑπῆγε· τοὺς δὲ ληστρικοὺς ἐκείνου· οἴκους καὶ τὰ πορνεῖα ἐκ βάθρων ἀνέτρεπε. Ταύτην μίαν αἰσχύνην τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων περιεῖλεν ὁ Θεοδόσιος· ἑτέραν δὲ τήνδε· Εἴ ποτε μοιχείας πάθει γυνὴ ἁλοῦσα ἔτυχεν, οὐκ ἐκκοπῇ τῆς ἁμαρτάδος, ἀλλὰ προσθήκῃ μᾶλλον τῆς ἀκρασίας τὴν τιμωρίαν Ῥωμαῖοι ἐπῆγον· βραχυτάτῳ γὰρ οἰκίσκῳ τὴν ἁμαρτήσασαν περικλείοντες, ἔπειτ' ἀναιθῶς εἴων τῷ βουλομένῳ τὴν ἀκόλαστον ἡδονὴν ἐκπληροῦν. Καὶ τὸ δὴ πάσης ἀτοπίας ἐπέκεινα, ὅτι καὶ κώδωνας ἀπηώρουν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀκαθάρτου μίξεως· ὥστε σειομένους ἠχεῖν, ἵνα μὴ λάθῃ τοὺς ὅπου δή ποτε παριόντας τὸ δρώμενον, ἀλλὰ τῇ τῶν κωδώνων ἠχῇ ἡ μεθ' ὕβρεως τιμωρία γνωρίζοιτο. Ἦν καὶ ταύτην πυθόμενος ὁ σωφρονέστατος οὐκ ἤνεγκε βασιλεύς· ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν ἀναιδῆ συνήθειαν ἐξηφάνιζε, τὰ σεῖστρα παντάπασιν ἀφανίσας. Οὕτω γὰρ τὰ ἐφ' ὕβρει οἰκήματα ἐκεῖνα ἐκάλουν· ἄλλοις δὲ νόμοις ὑποκεῖσθαι τὰς οὕτως ἀλούσας ἐνομοθέτει. Τῶν μὲν δύο τούτων ἐφυβρίστων συνηθειῶν ὁ θειότατος βασιλεὺς τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἀπήλλαξε· πάντα δὲ καταστησάμενος, ὡς χρεών, τῇ μὲν Ῥώμῃ τὸν Οὐαλεντινιανὸν τὴν βασιλείαν ἐκεῖσε διέπειν ἀφῆκεν· αὐτὸς δὲ σύναμα τῷ παιδὶ Ὀνωρίῳ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἦλθε.

accidebat. Qui deinde ad eum modum capti, et necessitate circumventi, molere per vitam omnem cogebantur, usque adeo libertate et aliquo inde reditu negato, ut necessarii et propinqui eorum jamdudum eos fatis concessisse opinarentur. In hanc decipulam quidam etiam Theodosii milites incidit. Atque ubi illi quoque, sicuti et reliquis, abire inde non permitteretur, stricto quem ad femur suspensum gerebat ense, eos qui se retinebant, interemit. Et alii, ne idem paterentur, metu conterriti, abire eum sunt passi. Eam rem postquam Theodosius cognovit, nequam illos homines suppliciis subdidit, prædonumque latebras illas et lupanaria ex fundamentis ipsis evertit. Atque unam quidem hanc fœditatem in principe urbe sic Theodosius sustulit. Alteram autem illam : Si quando mulier in adulterio comprehenderetur, non coercitione criminis, sed potius accensione libidinis, Romani in eam animadvertebant. Domunculæ enim arctæ, quæ adulterium commisisset, inclusam, impudenter deinde impotentem cujuslibet voluptatem et petulantiam explere permittebant. Et quod omnem excedit absurditatem, tintinnabula sibi homines libidinosi, impuri concubitus tempore accommodabant, ut commota illa resonarent, et prætereuntes quandocunque flagitium tantum non lateret, sed potius tintinnabulorum sonitu pœna illa cum injuria et contumelia conjuncta indicaretur. Quam et ipsam ubi cognovit, pudicissimus non tulit imperator, sed tam impudentem et obscenam consuetudinem abolevit. Nam ei sistra (ita enim quæ ad tantam contumeliam exstructæ erant domunculæ vocabantur) omnino evertit, et adulteras aliarum legum coercitionibus constitutione lata (1) subjecit. Duabus hisce contumelia plenis consuetudinibus divinissimus imperator urbem Romam liberavit. Et rebus omnibus recte constitutis, Romam quidem et imperium Occidentale Valentiniano administrandum reliquit : ipse vero cum Honorio filio Constantinopolim est reversus.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Περὶ τῆς ἰσαγγέλου πολιτείας Ἀρσενίου τοῦ Μεγάλου· ὃς τῶν βασιλέων διδάσκαλος πρότερον ἦν.

Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, ὁ βασιλεὺς τοῖς παισὶ διδάσκαλον ἀρετῆς ἐπιστῆσαι θελήσας, Ἀρσένιον ἐκεῖνον οὗ τὸ κλέος τῆς ἀρετῆς εἰς πᾶσαν διέδραμε τὴν ὑπ' οὐρανὸν εὐρυχώρως, ἐγχειρίζει τούτοις αὐτῷ. Καὶ ὃς τοὺς παῖδας καταλαβών, ἁπάσης παιδείας καθηγητὴς ἐγνωρίζετο, ἐλευθερίως ἀνάγων, καὶ πατρὸς τρόπον ἐπέχων αὐτοῖς· μηδὲ γὰρ δεδιέναι τὸ τῆς βασιλείας ὕψος ἐκείνῳ παρηγγύα ὁ Θεοδόσιος, ἀλλ' ὅσα καὶ δούλοις αὐτοῖς χρῆσθαι. Ὁ δὲ τῇ πολλῇ μετριοφροσύνῃ τοὐναντίον μᾶλλον ἐποίει· ὡς καί ποτε τὸν βασιλέα, ἐξαπίνης εἰσιόντα τὸν δόμον, εὑρεῖν μὲν ἐκείνους σοβαρῶς προκαθημένους, τὸν δ' Ἀρσένιον ἑστῶτα, καὶ τὴν διδασκαλίαν προσφέροντα· χαλεπήναντα δ' ἐπὶ τούτῳ τὸν βασιλέα, ψιλῶσαι μὲν ἐκείνους τῶν παρισήμων· τὸ δ' ἀοίδιμον ἐκεῖνο

CAPUT XXIII.

De angelica Arsenii Magni vita, qui antea imperatorum præceptor fuerat.

266 Sub idem tempus, imperator, liberis suis virtutis magistrum præficere volens, Arsenio illi, cujus gloria terram sub sole omnem pervagata est, invento, eos commisit : quibus ille susceptis, cum disciplina omni præceptoris, tum liberali educatione patris illis loco fuit. Imperator enim illum, ne quem ex imperii sublimitate conciperet metum, sed illis potius ut servis uteretur, admonuerat. Tantum vero, ut id ille fecerit, abest, ut insigni modestia et moderatione diversum potius fecerit. Et cum derepente Theodosius ad eos aliquando venisset, pueros quidem cum splendore magnifico considentes, Arsenium autem inter docendum eis astantem reperit. Qua de causa imperator indignatus, cum illos insignibus principalibus nuda-

(1) Quatuor ejus constitutiones exstant in C. sub tit. *Ad. leg. Jul. de adult.*

vit, tum sempiterna memoria dignum et vere imperiale illud verbum est prælocutus : « Si tales se præbituri essent, ut mores vitamque suam ad disciplinam et leges Dei componerent, propensum et illum fore ut eis imperium in manus tradat, ad civium et subditorum commodum et utilitatem accommodatum : sin minus, conducibilius eis esse dixit, ut sic privati vitam exigerent, quam doctrina nulla cum periculo imperarent. » Sed gravis ea provincia Arsenio visa est, qui curas ejusmodi odisset, et a talibus turbis et tumultibus alienissimus esset. Proinde Deum est precatus, ut honesta præberetur causa, qua præsentibus liberaretur vinculis. Et Deus brevi id fecit. Admisit delictum quoddam Arcadius : quod quia impunitum relinquere non potuit, flagello illum coercens Arsenius castigavit. Atque ille factum id tanquam injuriam ægre ferens, mortem est ei molitus. Consilium id etiam cœptum ubi Arsenius rescivit, incolenti vestitu illo rejecto, quamprimum in Scetim se contulit, et cœlitus ad se delatam vocem audiit : « Arseni, tumultus fuge, et salvabere. » Et vivente quidem Theodosio, latuit. Postquam autem Arcadius ad imperium pervenit, angelicam cum consectari vitam innotuit. Proinde imperator ad eum scribens, cum precationem benedictionemque ejus, tum peccati gratiam ab eo petiit. **267** Eidemque, ut Ægypti totius tributum pauperibus præberet, permisit. Sed hoc ille non recepit. Cum vero ad virtutem summam perveniisset, rusticum se et litterarum omnium imperitum esse assimulavit, cum quidem monumenta memoria digna et libros plurimos reliquerit : quos historia, quæ de eo est conscripta, refert. Et ad hodiernum usque diem in Sceti atque Romæ et Constantinopoli monastica ejus vita in primis celebratur. Potuissem quidem quædam illius facete dicta præclareque acta commemorare. Cum vero propositum argumentum me alia persequi cogat, ad historiam ejus lectorem rejicio : mihique eo unde digressus sum, recurrendum esse duco.

καὶ βασιλικώτατον ἀναφθέγξασθαι· « Εἰ μὲν ἄρχοντα; ἑαυτοὺς παιδεύσει, Θεοῦ παιδεία καὶ νόμοις κατηρτισμένους, δυνατὸς ἐκεῖνος καὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειρίσαι αὐτοῖς, πρὸς τὸ λυσιτελὲς ἡμῶν ἁρμοσμένην· εἰ δ' οὔ, ἀλλ' οὕτως ἀποδιῶναι μᾶλλον λυσιτελήσει ἢ ἄρχειν ἀπαιδεύτους καὶ σφαλερῶν. » Ἀλλ' ἦχθετο τοιούτοις ἐμπεσὼν ὁ Ἀρσένιος μωρόφρονσι ὢν, καὶ ὄχλων ἄλλως καὶ θορύβων ἐπιπολῆς ἀνομίλητος· ὅθεν ἐδεῖτο Θεοῦ εὐπρεπῆ παρασχεῖν αἰτίαν, δυναμένην τῶν παρόντων ἀνεῖναι δεσμῶν. Καὶ δὴ θᾶττον παρεῖχεν. Ἐπεὶ γὰρ Ἀρκάδιός τι ἐπλημμέλησε πρᾶγμα μὴ παροφθῆναι δυνάμενον, μάστιξιν ἐκεῖνον μάστιξι σωφρονίζων Ἀρσένιος. Ὁ δὲ τὴν ὕβριν μὴ ἐνεγκὼν, θάνατον ἐκείνου προσεμελέτα. Μαθὼν δὲ Ἀρσένιος τὸ ἀπόῤῥητον, τὴν ἀλιζόνα περιβολὴν ἐκείνην ἀποδυσάμενος, θᾶττον πρὸς τὴν Σκῆτιν ἀνέτρεχε· καὶ φωνῆς ἄνωθεν ἠκούσατο ἦχους, « Ἀρσένιε, φεῦγε τοὺς θορύβους, καὶ σώζῃ. » Καὶ ζῶντος μὲν Θεοδοσίου ἐλάνθανεν, Ἀρκαδίου δὲ παραλαβόντος εἰς τὴν ἀρχὴν, ἐγνωρίζετο τὸν ἀγγελικὸν μετιὼν βίον. Ὅθεν βασιλεὺς αὐτῷ γράφων, εὐχήν τε ᾔτει καὶ συγγνώμην τῷ ἁμαρτήματι. Ἀνῆκέ τε τὸν τῆς Αἰγύπτου ἅπαντα φόρον πένησι παρασχεῖν. Ὁ δ' οὐκ ἐλάμβανε. Τάχ; δ' εἰς ἄκραν ἀρετὴν κατάστις, ἀγροῖκον ἑαυτὸν καὶ τὸ μηδὲν εἰδέναι προσεποιεῖτο, ἔργα δὲ μνήμης ἄξια καὶ λόγου πλείστου καταλελοιπὼς, οὓς ἡ κατ' αὐτὸν ἱστορία διέξεισιν ἐν βιβλίοις. Ἀνά τε Σκῆτιν καὶ Ῥώμην καὶ τὴν Κωνσταντίνου πολὺ τὸ ἐπ' ἐκείνῳ εὐαγὲς ἄσκησις περιώνυμον. Ἐνῆν μὲν οὖν καὶ τινα τῶν ἀστείων εἰρημένων τε καὶ πεπραγμένων αὐτῷ μνημονεῦσαι· ἐπεὶ δὲ κατεπείγει δὴ τὸ προκείμενον, ἐπ' ἐκεῖνα τοῖς ταῦθ' ἱστορηθεῖσι προτρέπομεν· ἡμᾶς δ' ἐπὶ τὸ προκείμενον τὸν λόγον ἰτέον.

CAPUT XXIV.

De episcoporum successione, et de tumultu qui denuo Antiochiæ obortus est, propter Flavianum, Paulino defuncto : et ut post multum tempus, imperatoris et Theophili Alexandriæ episcopi opera, Ecclesiæ ejus dissidium sit sopitum, magna cum difficultate populo in concordiam redacto.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Περὶ τῆς τῶν ἐπισκόπων διαδοχῆς· καὶ περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ πάλιν γενομένης ταραχῆς διὰ Φλαβιανὸν Παυλίνου τελευτήσαντος· καὶ ὡς χρόνῳ πολλῷ σπουδῇ τοῦ βασιλέως καὶ Θεοφίλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, ὁ τῆς τοιαύτης Ἐκκλησίας θόρυβος κατηυνάσθη, εἰς ὁμόνοιαν τοῦ λαοῦ ἐλθόντος.

Eadem tempestate Timotheus, et Cyrillus, qui Alexandrinæ et Hierosolymitanæ Ecclesiæ thronis enituerant, vita defuncti, alter quidem Alexandriæ Theophilum, alter autem Hierosolymis Joannem successorem habuit. Paulo vero post, cum et Demophilus, qui Constantinopoli Arianæ præfuerat religioni, vitam morte commutasset, qui factionis ejus erant, administrationem eam Marino cuidam Thraci, qui alii episcopatui præfectus fuerat, commisere. Sed is cum ibi non ita diu durasset, discessit. Sub quo etiam Arianorum secta in duas factiones est dissecta, sicuti postea dicemus. Et Dorotheus qui Antiochiæ in Syria, ut hæresi ei

Ὑπὸ δὴ τὸν χρόνον τοῦτον Τιμόθεος καὶ Κύριλλος οἱ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Ἱερουσαλὴμ τοῖς θρόνοις ἐμπρέποντες, τὸ βιοῦν μεταλλάξαντες, ὁ μὲν τὴν Ἀλεξανδρείᾳ Θεόφιλον, ὁ δὲ Ἰωάννην ἔσχον διάδοχον. Μετὰ βραχὺ δὲ καὶ Δημοφίλου, ὃς τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει τῆς Ἀρειανῆς θρησκείας προὔστατε, τὸ βιοῦν μεταλλάξαντος, Μαρίνῳ τινὶ ἐκ Θρᾴκης ὄντι οἱ περὶ ἐκεῖνον τὴν προστασίαν ἐπέτρεπον, ὃς ἄλλης ἐπισκοπῆς προειστήκει. Ἀλλ' οὐ πολὺν διανύσας χρόνον, ἐξέστη. Ἐπ' αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ Ἀρειανῶν θρησκεία εἰς δύο ἐτμήθη, ὡς ὕστερον λέξομεν. Οἷς δ' ἐπιτηδειότερος Θεόδωρος ὁ παρὰ τῇ Σύρων Ἀντιοχείᾳ τῆς τοιαύτης ἐπιτροπεύσας αἱρέσεως, προ-

κριβείς, ἐκεῖθεν ἦκων προῆκτο τῆς αἱρέσεως. Ἐν δὲ τούτῳ καὶ Παυλίνου ἐν Ἀντιοχείᾳ τελευτήσαντος, οἱ ὑπ' ἐκείνῳ τασσόμενοι ἰδίᾳ πάλιν τὰς συναγωγὰς ἐποιοῦντο, τὸν Φλαβιανὸν ἐκτρεπόμενοι, ἅτε δὴ τοὺς ἐπὶ Μελετίῳ γεγενημένους ὅρκους, μὴ προσῆκον ὄν, παραβάντα, καίπερ οὐδὲν περὶ τὸ δόγμα διαφερόμενοι. Εὐάγριον δέ τινα μετὰ ταῦτα τῇ Παυλίνου διαδοχῇ καθιστῶσι. Τοῦ δὲ βραχύ τι ἐπιβιώσαντος, οὐδαμῶς ἕτερος εἰς τὸν ἐκείνου τόπον κατέστη, Φλαβιανοῦ ἀντιπράττοντος. Ὅσοι δὲ τὴν πρὸς Φλαβιανὸν κοινωνίαν ἐξετρέποντο, ἰδίᾳ συναγόμενοι ἐκκλησίαζον. Ὁ μὲν γὰρ Παυλῖνος ἐβουλήθη, Μελετίου θανόντος, τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἅπασαν ἡγεμονίαν λαβεῖν· ἀντέλεγε δὲ ὁ τῶν ἱερέων χορὸς, μὴ χρῆναι λεγόντων τὸν μὴ τὰς Μελετίου συμβουλὰς προσδεξάμενον μετὰ τελευτὴν τὸν ἐκείνου κλῆρον λαβεῖν, ἀλλ' ἐκεῖνον ὃς πολλοῖς πόνοις τὴν ἐκείνου διετήρησε ποίμνην, ἐκεῖνον καὶ τῶν ἐκείνου προβάτων γενέσθαι ποιμένα. Ὁ δὴ, ὡς εἴρηται, τοῖς τε Ἑσπερίοις καὶ Ἑῴοις δυσμένειαν μακροτάτην εἰργάσατο· οἳ οὐδὲ μετὰ τὸν Παυλίνου θάνατον τὸ πρὸς ἐκεῖνον δυσμεναίνειν ἀπέθεντο· ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸν Εὐάγριον Φλαβιανῷ χαλεπαίνοντες ἦσαν, καὶ ταῦτα τοῦ Εὐαγρίου παρὰ πάντα ἐκκλησιαστικὸν προβεβλημένου θεσμόν· ὁ γὰρ Παυλῖνος μόνος αὐτὸν προεβάλλετο, πολλοὺς κανόνας εἰς ταυτὸν ἀθετήσας. Οὔτε γὰρ ἕτερον ἀνθ' ἑαυτοῦ τὸν τελευτῶντα χειροτονεῖν ἐνδιδόασιν· εἰς ἓν δὲ συνιέναι καὶ τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἅπαντας ἐπισκόπους διαγορεύουσιν. Ἀλλὰ καὶ τριῶν ἄνευ ἐπισκόπων μὴ γίνεσθαι χειροτονίαν ἐπισκόπου θεσπίζουσι. Ταῦτ' οὐδὲ συνιδεῖν ἐθελήσαντες, Εὐάγριον μὲν προεδέχοντο, Φλαβιανὸν δὲ παντάπασιν ἀπεσείοντο, καὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ ταῖς βασιλικαῖς ἐνοχλεῖν κατ' αὐτοῦ ἀκοαῖς· ὃς διὰ ταῦτα ἐνοχληθεὶς πολλάκις ἦγαγέ τε αὐτὸν εἰς τὴν Κωνσταντίνου, καὶ εἰς Ῥώμην ἀφικέσθαι ἐβίαζεν. Ὁ δὲ τὸν χειμῶνα προβαλλόμενος, ἔαρος ὑπολάμποντος, ὑπισχνεῖτο περᾶναι τὰ προσταττόμενον. Καὶ τότε μὲν ἀφεθεὶς, εἰς τὴν οἰκείαν ποίμνην ἀφίκετο· καὶ πάντα λίθον, τὸ τοῦ λόγου, ἐκίνει ὑφ' ἑαυτὸν τὸ στασιάζον ποιῆσαι. Ὁ δὴ καὶ κατὰ μικρὸν ἴσχυσε διαπράξασθαι, ἐκμειλιξάμενος Θεόφιλον τὸν τῆς Ἀλεξάνδρου ἐπίσκοπον, δι' οὗ καὶ Δάμασον τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον ἀρίστως κατήλλαξε. Καὶ ἄμφω γὰρ ἐς πλεῖστον κατὰ Φλαβιανοῦ ἐχαλέπαινον· οὐ μόνον ὅτι ἐν δευτέρῳ τοὺς ὅρκους ἐποίει, ἀλλ' ὅτι καὶ αἰτίαν οὐκ ἐλαχίστην παρεῖχε τοὺς τὸ ἴσον δόγμα προσβεύοντας ἐπὶ τόσον διείργεσθαι. Βραδύνοντι δὲ τὴν ἐς Ῥώμην ἄφιξιν τῷ Φλαβιανῷ, ὁ θεοσέβιος Δάμασος, καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον Σιρίκιος, καὶ Ἀναστάσιος ὁ Σιρικίου διαδέξατο, τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως γράμμασι σφοδρότερον ἤπτοντο· τοὺς μὲν ἑτέρους λέγοντες θᾶττον καταλύειν πολέμους, τοὺς δὲ κατὰ Χριστοῦ θρασυνομένους, καὶ τῶν ἐκείνου θείων θεσμῶν ἀλογίστως ἔχοντας, οὕτως ἐπὶ τῆς τυραννίδος ἐᾶν. Ὅθεν καὶ πάλιν ἐκεῖνον μετακαλούμενος, τὴν ἐπὶ Ῥώμην στέλλεσθαι κατηνάγκαζε· καὶ δῆτα ἐλθὼν, τῇ σοφωτάτῃ παρρησίᾳ χρησάμενος ἀνεῴξατο· « Εἰ μὲν, ὦ βασιλεῦ, τῆς

A præesset, electus fuerat, tanquam illo ad id munus obeundum magis idoneus, Constantinopolim inde venit, et sectæ suæ præiit. Interea Paulino quoque Antiochiæ defuncto, qui auctoritatem ejus et auspicia secuti erant, suos sibi conventus, Flavianum aversantes, egere, veluti qui jusjurandum Meletio præstitum minus decenter et illegitime violasset : cum quidem illi de dogmate nihil ab eo dissiderent. Evagrium autem quemdam postea Paulino subrogarunt. Cumque is ad breve tempus supervixisset, alius in locum ejus, Flaviano renitente, substitutus non est. Qui igitur a Flaviani communione abhorrebant, seorsim, sicuti dictum est, conventus ecclesiasticos celebrarunt. **268** Paulinus quidem, ubi Meletius decessit, universam Ecclesiæ administrationem suscipere voluit. Verum ei sacerdotum restitit cœtus. Minus enim convenire dicebant, ut is, post Meletii mortem, locum illius sortiri deberet, qui consilia ejus repudiasset : sed ut ille potius ovium pastor fieret, qui labore multo ovile ejus conservasset. Quæ sane res, uti dictum est, simultatem diuturnam inter Occidentales et Orientales excitavit. Et Occidentales neque post Paulini obitum animorum suorum adversus Flavianum acerbitatem deposuerunt, post Evagrii etiam mortem illi succensentes, idque Evagrio contra ecclesiasticas sanctiones omnes antistite designato. Solus namque Paulinus episcopum eum destinaverat, canonibus multis proculcatis. Non enim illi morituro alium in locum suum subrogare episcopum permittunt, sed episcopos provinciæ omnes ad electionem scilicet coire jubent : quin etiam sine tribus episcopis episcopi ordinationem fieri non debere statuunt. Hæc cum intelligere nollent, Evagrium illi quidem susceperunt, Flavianum vero prorsus repudiarunt, usque adeo ut ejus causa imperatoris etiam obtunderent aures. Qui cum molestia hac de re sæpius conventus, cum Flavianum Constantinopolim evocavit, tum Romam etiam adire coegit. Atque ille hiemis incommoditatem prætexens, vere illucescente, imperata se exsecuturum esse pollicitus est. Ac tum quidem dimissus, ad gregem suum Flavianus rediit, nihilque non tentavit, ut eos qui per seditionem secesserant, sibi conjungeret. Quod etiam paulatim demum effecit, conciliato sibi postea Alexandrino episcopo Theophilo, per quem optime quoque Damasi Romani antistitis favorem est consecutus. Ambo enim isti Flaviano plurimum infensi fuerant, quod non modo jurisjurandi sacramentum violasset, verum etiam plurimum causæ præbuisset, ut homines, idem dogma profitentes, tantopere per secessionem inter se dissiderent. Ubi vero Romam adire Flavianus distulit, divus Damasus, et post hunc Siricius, atque hujus postea successor Anastasius, litteris suis pietatem imperatoris persrinxerunt : illud ei objicientes, quod bella illic quidem sua primo quoque tempore conficeret, **269** eos au-

νην τοῦτον τὸν τρόπον ὁ θεοφιλὴς βασιλεὺς ἐπρυτάνευσεν· οἱ δὲ Ἀρειανοὶ, παντάπασι τὴν Ἀντιόχου λιπόντες, ἔξω τὰς συναγωγὰς ἐποιοῦντο. Καὶ τὰ μὲν κατὰ Ἀντιόχειαν ὧδε ἔσχε.

A dintegrata, Antiochena quoque plebs pacem paulatim est complexa. Itidem vero, ea recognita, Ægyptii episcopi, longi temporis contentione exstincta, ad concordiam se adjunxerunt. Romanæ tum Ecclesiæ præfuit Innocentius, Anastasii successor : Alexandrinæ Theophilus, vir cordatus et virilem obtinens mentem. Successit is Timotheo, Timotheus fratri Petro, quem magnus præcessit Athanasius. Hierosolymis vero post Cyrillum Joannes, et post hunc Nepos episcopalem sedem est sortitus. Ad hunc modum Deo charus imperator ecclesiis pacem restituit. Ariani autem, Antiochia omnino relicta, extra urbis mœnia conventus suos habuere. Res Antiochenæ sic se habuere.

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενομένης στάσεως διὰ τὴν κατάλυσιν τῶν εἰδωλικῶν ναῶν· καὶ περὶ τῆς εἰς τοῦτο σπουδῆς Θεοφίλου τοῦ Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου.

CAPUT XXV.

De seditione Alexandriæ propter demolitionem templorum idolorum orta : et de singulari ea in re Theophili episcopi Alexandrini studio et opera.

Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἀνὰ τὴν Ἀλεξάνδρου μεγίστη ἀνερριπίζετο ταραχὴ, αἰτίαν ἴσχοῦσα τοιάνδε· ἐπεὶ γὰρ ὁ πιστότατος βασιλεὺς ταῖς ἐκκλησίαις, ὡς γ' ἐνῆν, παρασχόμενος τὴν εἰρήνην, καὶ τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης τὴν σπουδὴν μετετίθει, νόμους ἔγραφε θεσπίζοντας τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη ὅ ου δήποτε τῆς ὑπ' αὐτῶν ἀρχομένης εὑρίσκοιντο, ἐξ αὐτῶν ἀνατρέπεσθαι τῶν χρηπίδων. Ὁ μὲν γὰρ μέγιστος καὶ πᾶσαν εὐσημίαν ἥττονα τῆς ἐκείνου δόξης κληρωσάμενος Κωνσταντῖνος, πρῶτος εὐσεβείᾳ τὴν βασιλείαν κοσμήσας, εὑρών τε πᾶσαν ὡς εἰπεῖν τὴν γῆν περὶ τὰ εἴδωλα μεμηνυῖαν, θύειν μὲν δαίμοσι πάμπαν ἀπεῖργε· τοὺς δ' ἐκείνων βωμοὺς οὐκ ἀνέτρεπε· προσέτατε δὲ κλειομένους, ἀβάτους πᾶσι διατηρεῖσθαι. Ἐπίσης δὲ τούτῳ καὶ οἱ παῖδες ἔπραττον. Ἀπηνὲς γὰρ ᾤοντο ἅρδην οὕτω ποιεῖν τὴν μετάθεσιν· ἡρέμα δὲ καὶ κατὰ μικρὸν ἐπὶ τὴν ἀληθῆ μεθέλκειν θρησκείαν. Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς τὴν ἀσέβειαν αὖθις ἀναζῆν ἐποίει, καὶ ἐπὶ μέγα τῆς ἐξαπάτης ἦρε τὴν φλόγα. Ἀλλ' Ἰοβιανὸς, ἀντιπράττων αὖθις, τὴν περὶ τὰ εἴδωλα θεραπείαν ἀνεῖργεν. Ἐπίσης δὲ αὐτῷ καὶ Οὐαλεντινιανὸς ἔπραττε τὴν τῆς Εὐρώπης ἡγεμονίαν ἰθύνων. Ὁ δ' ἀξιλφὸς ἐκείνου Οὐάλης πάσῃ μὲν θρησκείᾳ ἀνῆκε λατρεύειν, ὥ, γε ἦν βουλομένῃ, καὶ θεραπείας τῆς ἀνηκούστης τὰ θρησκευόμενα ἀξιοῦν· μόνοις δὲ τοῖς τὴν ἀμώμητον πίστιν ὁμολογοῦσιν ἐχθρὸς καθίστατο προφανής. Παρὰ πᾶσαν τοίνυν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν σπονδαί τε καὶ θυσίαι τοῖς εἰδώλοις παρὰ τοῖς βουλομένοις ἀνήγοντο· καὶ τὸ ἐπιβώμιον ἀνήπτετο πῦρ· δημοθοινίαι τε καὶ βακχεῖαι κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐτελοῦντο, καὶ οἱ περὶ Διόνυσον ἀνεχόρευον· καὶ σὺν αἰγίσι διατρέχοντες, κύνας ἔφθειρον διασπῶντες, καὶ πάντα δρῶντα, ὅσα τὴν αἰσχύνην προσμαρτυρεῖ τῷ πρώτως διδάξαντι. Ἃ δὴ πάντα Θεοδόσιος εὑρὼν ὁ πιστότατος βασιλεὺς ἔτι τελούμενα, πρόῤῥιζά τε ἀνέσπασε, καὶ ἀφανείᾳ παντελεῖ παραδίδωκε. Τότε δὲ τῇ Θεοφίλου σπουδῇ πρόσταγμα κατεπέμπετο τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῶν εἰδώλων νεὼς καταστρέφεσθαι, αὐτῷ γ' ἐκείνῳ τὴν περὶ τούτων φροντίδα ἀνατιθέν. Ἐξουσίαν τοίνυν εἰληφὼς ὁ Θεόφιλος, πάντα λίθον ἐκίνει ἐξεπίτηδες τὰ τῶν Ἑλλήνων καθυβρίσαι μυστήρια. Καὶ τὸ μὲν Μίθριον ἀνέτρεπε, κατέστρεψε δὲ τὸ Σεράπιον. Τοῦ μὲν οὖν τὰ φοντικὰ ἔργα

Eodem porro tempore maxima etiam Alexandriæ excitata est turba, talem ob causam : Postquam fidelissimus imperator ecclesiis, quantum potuit, pacem præstitit, adversus Græcos errores omne conferens studium, constitutiones tulit : quibus sanxit, ut simulacrorum delubra, ubicunque locorum in imperio suo invenirentur, ex ipsis fundamentis everterentur. Nam maximus ille Constantinus, qui ingentem quidem, minorem tamen virtute et gloria sua, consecutus est laudem, **271** et primus vera pietate imperium exornavit, cum omnem (prope dixerim) terrarum orbem in idolorum cultu insanientem invenisset, sacrificare quidem dæmonibus prorsus prohibuit, aras autem eorum non sustulit, mandato illo promulgato, ut deorum templa clausa, quo a nemine adiri possent, servarentur. Idem filii ejus fecere. Crudelitatis enim esse putarunt, repente prorsus tantam instituere mutationem, satius esse existimantes, quietis consiliis paulatim homines ad veram pertrahere religionem. Julianus autem, ut impietas reviviscceret, fecit, errorisque et seductionis flammam plurimum auxit. Post hunc Jovinianus actiones illius abrogans, idolorum cultum suppressit. Idem a Valentiniano, qui Europæ imperium habuit, factum. Hujus vero frater Valens, religionem quidem omnem ut statis cæremoniis coleretur, admisit, in eos autem solos qui fidem irreprehensibilem profitentur, aperte hostili fuit animo. Quapropter in imperio ejus toto libationes et sacrificia simulacris, ab eis quibus hoc placitum erat, offerebantur, ignis in altaribus accendebatur, epulationes publicæ, et numine afflatorum discursationes, in foro peragebantur, et sacerdotes Bacchi choreas ducebant, et cum scutis discurrentes canes concerpendo necabant : nihil denique earum rerum reliqui faciebant, quæ primo earum inventori probrum et fœditatem attestantur. Quæ sane omnia adhuc celebrari solita cum religiosissimus imperator comperisset, radicitus sustulit, modisque omnibus abolevit. Tum vero Theophili opera jussio promulgata est, ut Alexandriæ idolorum templa everterentur, procurationem talem ipsi illi injungens. Itaque is, potestate ea accepta,

οὕτως ὑπὲρ τῆς ὑγιοῦς προκινδυνεύσαντας πίστεως· τοὺς δὲ τὸν φόνον ἐργασαμένους συγγνώμης ἠξίου τυχεῖν· ἵν' ἐντεῦθεν τὸ ὑπερβάλλον τῆς εὐεργεσίας καταπλαγέντες, ἴσως Χριστιανίζειν ἕλοιντο. Τοὺς δὲ ἕως καὶ ἔτι κατακλυθῆναι ὡς αἰτίους στάσεως τῷ ζήμῳ γεγενημένους προσέταττε γράμμασι. Τῶν δὲ περὶ τούτου βασιλικῶν γραμμάτων ἐς κοινὸν ἀναγνωσθέντων, μέγα ἀναβοῆσαι Χριστιανοὺς, ὅτιπερ ἐν αἰτίαις εὐθὺς τοὺς Ἑλληνίζοντας ἐποιεῖτο· ἐκείνους δὲ διειληφθέντας, λιπεῖν τὸ Σαράπιον, καὶ φεύγειν ἐλέσθαι· καὶ οὕτω τοὺς Χριστιανοὺς αὐτὸ κατασχεῖν. Ὀλύμπιον δὲ τοῦτον εἶχε λόγος ἐν τῷ βαθεῖ τῆς νυκτὸς τῆς πρὸ ταύτης ἡμέρας· καθ' ἣν τάδε συνέβη, ἀκοῦσαί τινος ἔνδον τοῦ Σαραπίου ψάλλοντος Ἀλληλούϊα. Ἐπεὶ δὲ τῶν θυρῶν οὐσῶν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ, ἡσυχίας τε πολλῆς οὔσης, τῆς ἴσης φωνῆς μετεῖχε, καὶ αὖθις, οὐδένα δ' ἐώρα, συνῆκε δὴ τὸ νοούμενον· καὶ κρύφα ἐξιὼν, πλοίου τε εὐτυχήσας, ἐς Ἰταλίαν κατέπλευσεν. Ἐντεῦθεν τὰ μὲν ἱερὰ σπουδῇ κατεστρέφετο· τὰ δ' ἀγάλματα καὶ ἐνδάλματα τῶν θεῶν ἐδίδοντο μὲν τῷ πυρὶ, καὶ εἰς λέβητας καὶ ἄλλας χρείας τῇ Ἐκκλησίᾳ Ἀλεξανδρέων μετασκευάζετο· δαπάνην δὲ τοῖς πτωχοῖς τοὺς πολυτελεῖς ἐτίθει θεοὺς, χαριζόμενος βασιλεύς. Τὰ τοίνυν πάντα τῶν ἀγαλμάτων εἰς κόνιν λεπτύνας Θεόφιλος, ἓν μόνον ἀχώνευτον κατελίμπανεν· ὃ καὶ δημοσίᾳ ποήσας, ἔλεγε, τοῦτο δεῖν φυλάττειν, ἵνα μὴ τῷ χρόνῳ προήκοντι εἰς ἄρνησιν οἱ Ἕλληνες ἔλθωσι, τοιούτοις θεοῖς τὸ σέβας νείμαντες. Ἐφ' ᾧ δὴ πλεῖστον ἠνιᾶτο ὁ προρρηθεὶς Ἀμμώνιος ὁ τοῦ Πιθήκου ἱερεύς· δεινὸν εἶναι λέγων τῇ τῶν Ἑλλήνων θρησκείᾳ, ἐπὶ καταγέλωτι καὶ τὸν ἕνα θεὸν τὸ χωνευτήριον ἀποδράσαι· εἶθε δὲ κἀκεῖνος τῇ χωνείᾳ ἐδίδοτο. Ὁ δ' Ἑλλάδιος διισχυρίζετο, ὡς ἐννέα εἶη ἄνδρας ἐν τῇ συμπληγάδι φονεύσας.

A patrios mores et ritus non negligerent, sed ad necem usque illis defendendis, fortiter in rebus duris perseverarent. **273** Quoniam autem simulacris comminutis populares suos animos despondere cernebat, ne propterea religionem suam relinquerent, eis suasit, et simulacra atque imagines, materiam quidem corruptioni obnoxiam, ob eamque causam comminutam esse; quæ autem in illis fuissent, et vim suam exhibuissent, potestates, illis confractis in cœlos evolasse dixit. Hujusmodi ille verbis Græcorum multitudinem in potestate sua continuit, et in Serapidis templo mansit. Imperator ea re cognita, Christianos qui ita occisi fuerant, honore martyrum dignatus est, quod tantum periculi pro sana fide pertulissent, percussores autem et homicidas illos, venia concessa, pœna commerita liberavit: ut tam insigni ejus beneficentia consternati illi, ad Christianam forte religionem se conferrent. Templa vero nihilominus, quæ tantæ seditionis populo causa exstitissent, erui litteris mandavit. Quibus imperatoriis litteris publice lectis, quod imperator in eis tumultus culpam in Græcæ superstitionis sectatores statim contulisset, Christiani acclamatione ingenti rem comprobarunt: illi vero timore correpti, Serapidis ædem sibi relinquendam, atque inde fugiendum duxerunt. Ita Christiani illi receperunt. Olympius autem iste, in multa nocte, quæ eum diem cum hæc accidere, præcessit, in ipso Serapidis delubro quemdam Alleluia psallentem audivisse dicitur. Et cum postibus probe obfirmatis in profundo silentio rursus eamdem vocem audiret, nec quemquam cerneret, quid sibi ea res vellet, intellexit. Et etiam egressus, navimque commodum nactus, in Italiam navigavit. Proinde templa quidem studio magno solo æquata, et simulacra atque deorum statuæ igni conflata, in lebetes et vasa alia ad Alexandrinæ Ecclesiæ usum sunt transformata. Pretiosioris vero materiæ deos in sumptus et alimenta pauperum imperator, illis gratificatus, dedit. Sedenim Theophilus simulacris omnibus comminutis, atque in cinerem redactis, unum tantum integrum reliquit, quod etiam in publico loco constitutum, conservandum esse dixit, ne temporibus futuris aliquando Græci se talibus diis cultum præstitisse negare possent. Qua de re plurimum concepit doloris, quem diximus, Ammonius, Simiæ ille sacerdos: **274** pergrave id Græcorum religioni accidisse dictitans, quod ludibrii causa unus ille deus incendium, quominus conflaretur, aufugisset: et non itidem, ut alii, quod in primis optaverat, conflatus sublatusque fuisset. Helladius vero in conflictatione illa novem se viros neci dedisse confirmavit.

B

C

D

ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

Ὡς λυομένου τοῦ ναοῦ τοῦ Σαράπιδος, γράμματα ἱερογλυφικὰ εὑρηται ἐν σταυροειδεῖ σημείῳ, ζωὴν ἐπερχομένην μηνύοντα· καὶ ὡς Θεόφιλος τὴν πλάνην τῶν εἰδώλων ὑπέδειξε, καὶ τὸ ξόανον τοῦ Σαράπιδος ἀξίνῃ διέλυσε.

Λέγεται δὲ λυομένου τοῦ ναοῦ τοῦ Σαράπιδος, καὶ τῶν τειχῶν γυμνουμένων, τινὰ τῶν λεγομένων ἱερογλυφικῶν χαρακτήρων σταυροῦ σημείῳ ἐμφερεῖ ἐγκεχαραγμένα τοῖς λίθοις ἀναφανῆναι· οὓς καὶ Ἕλληνες καὶ Χριστιανοὶ ὁρῶντες, ἕκαστος τῇ οἰκείᾳ θρησκείᾳ προσήρμοζον. Ἐκ μὲν γὰρ τοῦ σταυροῦ οἰκεῖον σφίσιν εἶναι τὸν χαρακτῆρα ἐτίθεντο Χριστιανοί· Ἕλληνες δὲ μηδὲν εἶναι κοινὸν Χριστῷ καὶ

Ut templo Serapidis, solo æquato, hieroglyphicæ litteræ crucis forma inventæ sint, venturam vitam indicantes: et ut Theophilus errorem idolorum manifesto indicaverit, et statuam Serapidis securi sit demolitus.

Cum Serapidis templum solo æquaretur, et parietes everterentur, hieroglyphicas quæ dicuntur quasdam formas et characteres signo crucis persimiles, saxis incisas apparuisse dicunt. Quos et Græci et Christiani cernentes, utrique religioni suæ accommodarunt. Christiani enim propter crucem, symbolum id et signum ad se pertinere allegarunt. Græci vero, nihil esse commune Christo et

Ὅτι δ' ἐξ ἀρχῆς ἔθει μᾶλλον ἢ νόμῳ τὸ Πάσχα τὴν παρατήρησιν ἔσχεν, ἐκ τῶν πραγμάτων σαφῶς παραστήσομεν. Καὶ γὰρ κατὰ τὴν μικρὰν Ἀσίαν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὸ Σάββατον παριδόντες, τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τῆς σελήνης ἐτήρησαν. Οὕτω δὲ πράττοντες, οὐδαμῶς διεφέροντο πρὸς τοὺς ἄλλως αὐτὸ πράττοντας· ἕως οὗ Βίκτωρ ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος, πλεῖστα διαθερμανθείς, γράμματι τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τιμῶσιν ἀκοινωνησίαν κατεδίκαζεν. Ἐφ' ᾧ πάλιν Εἰρηναῖον τὸν ἐν Λουγδούνῳ τῶν Γαλλιῶν ἐπισκοποῦντα Βίκτωρι τἀναντία δι' ἐπιστολῆς σημῆναι. Κατατρέχει μὲν γὰρ αὐτοῦ, ἐν μέμῳει δὲ τὸ θερμὸν τῆς πράξεως τίθεται· διεξιών τε διδασκαλικώτερον, ὡς καὶ οἱ ἀρχαιότεροι κοινωνοῦντες κατὰ πᾶν ἀλλήλοις τοῦ Χριστιανισμοῦ, περὶ τὸν τοῦ Πάσχα διεφώνουν καιρὸν, μηδὲν τοῦτο ἡγούμενοι πρόκριμα· προστιθεὶς ὡς καὶ Πολύκαρπος τῆς Σμυρναίων ἐπίσκοπος γεγονὼς, ὃς ἐπὶ Γορδιανοῦ τὸν τοῦ μαρτυρίου ὕστερον ἀνεδήσατο στέφανον, τῇ Ῥώμῃ ἐπιδημήσας, Ἀνικήτῳ τῷ Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ καθίστατο κοινωνὸς, μήτε διακρινόμενος περὶ τοῦ Πάσχα· ὅτιπερ καὶ αὐτὸς ὁ Πολύκαρπος ἐγχωρίῳ τινὶ συνηθείᾳ τῆς Σμυρναίων κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τὸ Πάσχα διατελῶν ἦν· ὡς καὶ ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος μαρτυρεῖ κατὰ τὴν πέμπτην τῆς ἐκκλησιαστικῆς αὐτοῦ Ἱστορίας. Δείκνυται τοίνυν, ὡς ἔφην, ὅτι τινὲς ἐν τῇ μικρᾷ Ἀσίᾳ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τῆς σελήνης ἐτήρουν· ἄλλοι δὲ τῶν ἐν τοῖς ἀνωτέρω τῆς ἕω τὸ μὲν Σάββατον μᾶλλον ἐτήρουν τῆς ἑορτῆς· περὶ δὲ τὸν μῆνα διεφέροντο μᾶλλον· ὧν οἱ μὲν τοῖς Ἰουδαίοις ἕπεσθαι ἤθελον, καὶ ταῦτα τῆς ἀκριβείας πάλαι διολισθήσασιν· οἱ δὲ τοῦτο μᾶλλον διὰ μίσους τιθέμενοι μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν τελεῖν τοῦτο ᾤροῦντο· δεῖν λέγοντες ἀεὶ τὸ Πάσχα ποιεῖν, ἐν Κριῷ τοῦ ἡλίου ὄντος, τῷ κατ' Ἀντιοχέας Ξανθικῷ, κατὰ δὲ τοὺς Ῥωμαίους Ἀπριλλίῳ μηνί· πειθομένους μὴ τοῖς νῦν πλανωμένοις Ἰουδαίοις, ἀλλὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις μάλιστα καὶ Ἰωσήπῳ τῷ πάνυ· ὡς ἐκεῖνος ἐν τῷ τρίτῳ τῆς *Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας* διέξεισιν. Οἱ μὲν οὖν κατὰ τὴν μικρὰν Ἀσίαν καὶ τὰ ἀνώτερα τῆς ἕω οὕτω πρὸς ἑαυτοὺς διὰ τὴν ἑορτὴν διεφώνουν· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ὅσοι τὸν Χριστιανισμὸν παρεδέξαντο, καὶ οἱ κατὰ τὴν ἑσπέραν πᾶσαν ἄχρι ὠκεανοῦ, μετὰ ἰσημερίαν ἐαρινὴν τὸ Πάσχα τελοῦντες εὑρίσκονται, ἀρχαιοτέρᾳ συνηθείᾳ ἑπόμενοι· οἱ δὴ πάντες οὕτω ποιοῦντες τὸ Πάσχα, οὐδαμῶς ποτε πρὸς σφᾶς αὐτοὺς διαφωνοῦντες ἐφάνησαν· καὶ οὐχ ὡς ὁ τῶν πολλῶν θρύλλος ἔχει, ἡ ἐπὶ Κωνσταντίνου ἐν Νικαίᾳ

A 292 CAPUT XXXIII.

Quod veteres consuetudine magis antiqua, quam lege ulla, juxta Patrum traditionem, Pascha celebrarint.

Porro quod ab initio Pascha moribus magis quam legibus observatum sit, re ipsa declarabimus. Qui namque minorem Asiam incoluere, plurimi ab apostolorum temporibus Sabbato despecto, decimam quartam lunæ diem observarunt. Quod cum facerent, nequaquam ab aliis, qui hoc non itidem facerent, dissidebant: quoad Victor (1) urbis Romanæ episcopus, plurimum commotus, litteris Asianos quartam decimam diem colentes damnavit atque excommunicavit. Quam ob causam e diverso Irenæus Lugdunensis in Galliis episcopus, ad Vi- B ctorem litteras dedit, quibus illum objurgat, et facinus tam calidum reprehendit: perdocte exponens, quod cum antiquiores etiam communionem rerum omnium inter se in Christianismo retinerent, et de Paschæ festi tempore variarent, nullum id putaverint esse præjudicium; adjiciens præterea, Polycarpum Smyrnæ episcopum, qui sub Gordiano postea coronam martyrii recepit, Romam venisse, et cum Aniceto ejus urbis episcopo communicasse, nihil de festo Paschæ cum eo discepantem. Nam et ipse Polycarpus patria quadam Smyrnensium consuetudine, decima quarta die Pascha celebrabat: sicuti Eusebius quoque Pamphili in quinto ecclesiasticæ Historiæ suæ libro testatur. Constat igitur, sicuti dixi, quosdam in C minore Asia decimam quartam lunæ diem observasse. Alii vero, qui in superioribus Orientis partibus habitant, Sabbatum festo eo celebrando magis coluere. Cæterum de mense eis major fuit contentio. Quidam namque Judæos sequi voluerunt, cum quidem jamdudum certiore observatione illi excidissent. Aliis vero ab eo abhorrentibus, post æquinoctium vernum Pascha agendum potius visum est: celebrandum id semper esse dicentibus, cum sol in Ariete sit, secundum Antiochenos Xanthico, secundum Romanos autem Aprili mense. Qui quidem non eos qui tum deliraband, Judæos, sed antiquissimos, et magnum illum in primis Josephum, **293** sicuti is hac de re in tertio *Antiquitatum Judaicarum* libro refert, secuti sunt. Ac illi quidem qui minorem Asiam et superiores Orientis partes tenent, ad hunc modum de festo hoc die dissenserunt. Alii vero omnes, qui Christianismum susceperunt, et Occidentales cuncti ad Oceanum usque, post vernum æquinoctium Pascha peragere inveniuntur, vetustiorem consuetudinem sequentes. Qui sane universi ita festum Paschæ celebrantes, nunquam inter se discordare

(1) Juxta morem citra judicium Sozomenum exscribit. Lege *Anicetus*. Edit.

κατὰ τὰς ἐκκλησίας φυλάττουσιν. Οἱ γὰρ τῆς αὐτῆς πίστεως πολλάκις κατὰ τὰ ἔθη διάφοροι καθεστήκασι· καὶ οὐδὲν τοῦτο τῇ εὐσεβείᾳ λυμαίνεται. Ἐνταῦθα δὲ γενομένῳ, δίκαιον μικρά τινα περὶ τῶν κατὰ τὰς ἐκκλησίας διαφόρων ἐθῶν ἡγοῦμαι διεξελθεῖν· ἃ πρότερον μὲν εἶχον, νῦν δὲ Θεοῦ χάριτι τῷ χρόνῳ μεταβληθέντων, εἰς ἓν ὁμοφροσύνης πάσας ἐγένετο. Καὶ πρῶτόν γε περὶ αὐτοῦ τοῦ Πάσχα διαληπτέον· τὰς γὰρ πρὸ τούτου νηστείας διαφόρως ἐν ἑκάστοις τὸ ἐξ ἀρχῆς φυλαττομένας εὑρίσκομεν. Ῥωμαῖοι μὲν γὰρ τρεῖς ἑξῆς συνημμένας ἑβδομάδας νηστεύουσιν ὑφαιρουμένων τῶν Σαββάτων καὶ τῶν Κυριακῶν· Ἰλλυριὶς δὲ πᾶσα καὶ ἡ Ἑλλὰς, πρὸς δὲ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια, καὶ Λιβύη πᾶσα καὶ Αἴγυπτος καὶ Παλαιστίνη, ἓν ἑξ ἑβδομάσι τὴν πρὸ τοῦ Πάσχα νηστείαν περαίνουσι, Τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζοντες. Ἕτεροι δὲ πρὸ ἑπτὰ ἑβδομάδων τῆς νηστείας κατάρχονται, ὡς ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ πέριξ ἄχρι Φοινίκων· τρεῖς δ' ἐν αὐταῖς ἄλλοι πενθημέρους ἐκ διαλειμμάτων νηστεύοντες, ἐπίσης καὶ αὐτοὶ Τεσσαρακοστὴν τὸν χρόνον τοῦτον καλοῦσιν· οἱ δὲ δύο οἱ τὰ Μοντανοῦ. Ἐν οἷς καὶ θαῦμά μοι ἔπεισι, πῶς ἅπαντες οὗτοι Τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζουσι, κατὰ τὸ μέτρον τῶν ἡμερῶν οὐδὲν ἧττον διαφερόμενοι· κἂν ἄλλος ἄλλον λόγον συῤῥάπτοντες, τοὔνομα σεμνῶς ἐγκαλύπτειν πειρῶνται. Οὐ μόνον δὲ περὶ τὸ τῶν ἡμερῶν διαφωνοῦσι ποσὸν, ἀλλὰ καὶ τῷ ποιῷ τῶν ἐδεσμάτων, καὶ τῇ προσαγωγῇ τε καὶ ἀποχῇ πολλῷ διεστήκασιν· οἱ μὲν γὰρ πάμπαν ἐμψύχων οὐχ ἅπτονται· ἄλλοι δὲ καὶ ἅπτονται, ἀλλ' ἰχθύων μόνον. Εἰσὶ δὲ οἳ τῶν ἐμψύχων καὶ σὺν τοῖς ἰχθύσι καὶ τῶν πτηνῶν ἀπογεύονται, λέγοντες ἐξ ὕδατος καὶ ταῦτα ἐσχηκέναι τὴν γένεσιν, ὥς φησι Μωϋσῆς. Οἱ δὲ ὠῶν ἀπέχονται· ἄλλοι δὲ ἀκρόδρυα τροφὴν ἔχουσιν. Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ξηροῦ ἄρτου μόνου μετέχουσιν· οἱ δὲ οὐδὲ τούτου. Διάφορος δὲ καὶ ἡ ὥρα τῆς ἑστιάσεως· οἱ μὲν γὰρ ἄχρις ἑνάτης, οἱ δὲ μετὰ δύσιν ἡλίου, ἄλλοι δὲ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐσθίουσι τὴν ἑξῆς· ἄλλοι δὲ καὶ ἐπὶ τρεῖς καὶ τέσσαρας καὶ πέντε, καὶ μέχρι τῶν ἑπτὰ προΐασιν, ὡς ἑκάστῳ δύναμίς τε καὶ βούλησις. Καὶ ἄλλα παρ' ἄλλοις γένεσι καὶ φύλοις· ἐν οἷς καὶ μυρίαι αἰτίαι τῶν τοιούτων εἰσίν· ἐφ' οἷς ἅπασιν οὐδέν τι ἔγγραφον παράγγελμα δεῖξαί τις ἔχει. Ὡς δῆλον εἶναι, ὡς τὰ ἑκάστῃ δοκοῦντα προέτρεψαν οἱ ἀπ' ἀρχῆς ὑπηρέται τοῦ Λόγου· ἵν' ἑξῇ ἑκάστῳ, μὴ φόβῳ μηδ' ἀνάγκῃ τινὶ τὸ ἀγαθὸν αἱρεῖσθαι. Ἀλλὰ περὶ μὲν νηστειῶν τοῦ Πάσχα καὶ τῆς τροφῆς τοσαῦται διαφωνίαι τὸ ἐξ ἀρχῆς κατὰ τὰς ἐκκλησίας ἦσαν. Ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ συνάξεων ἄλλα πλεῖστα καὶ ἀδιάφορα ἔστιν εὑρεῖν· τῶν γὰρ ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκκλησιῶν ἐν ταῖς τῶν Σαββάτων ἡμέραις ἐξ ἔθους ἐχουσῶν καθ' ἑβδομάδος περιτροπὴν τὰ θεῖα μυστήρια ἐκτελεῖν, Ῥωμαῖοί τε καὶ Ἀλεξανδρεῖς καὶ ὅσοι τὴν Θηβαΐδα περιοικοῦσι συνάξεις μὲν κατὰ Σάββατον ἐπιτελοῦσιν· οὐ μὴν ὥσπερ ἦν ἔθος τότε πᾶσι Χριστιανοῖς, καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων μετεῖχον. Ἀλλὰ μετὰ τὸ ἱκανῶς εὐωχη-

A nionis essent, easdem traditiones in ecclesiis servarunt. Et qui eamdem colebant fidem, sæpe consuetudinum observatione inter se variarunt. Neque id veræ pietati detrimento fuit. Porro cum ad hunc locum pervenerimus, æquum visum est, pauca quædam de diversis ecclesiarum moribus commemorare : qui antea quidem sic varie obtinuerunt, nunc autem per gratiam Dei cum tempore mutati, ad consentientem concordiam apud omnes pervenerunt. Et primum de observatione Paschalis festi dicendum. Quæ enim eas præcedunt ferias jejunia, varie apud quosque ab initio servata comperimus. Romani namque tres continuas hebdomadas, Sabbatis et Dominicis diebus exceptis, jejunarunt. Illyrici autem, et cuncta Græ-
B cia, præterea Alexandria et Libya omnis, Ægyptus et Palæstina, sex hebdomadibus ante festum Paschæ jejunium continuarunt, Quadragesimam tempus id nominantes. Alii rursus ante septem hebdomades jejunare inceperunt : sicuti Constantinopoli, et circumcirca ad Phœniciam usque, **295** tribus tantum hebdomadibus quinos dies ex intervallo (1), binis septimanis intermissis, a cibis se abstinentes, itidem Quadragesimam tempus tale vocarunt : Montanistæ vero duabus. Quos mihi demirari in mentem venit, quomodo omnes isti in dierum numero sic variantes, Quadragesimam tamen jejunii tempus vocent. Quamvis alii aliam rationem texentes, nomini ei honestum prætextum
C obtendant. Non solum vero de dierum numero, verum etiam de cibis ipsis, de aditu ad sacra mysteria, et abstinentia, multum inter se dissident. Quidam enim animata prorsus non attingunt : alii autem attingunt, sed pisces solos. Sunt qui animata quoque cum piscibus volatilia degustant : ex aquis ea quoque progenita esse, ut Moses inquit, dicentes. Nonnulli ab ovis et nucibus sive baccis abstinent. Nonnulli vero arborum fructibus vescuntur. Quidam panem siccum tantum comedunt : quidam vero ne hunc quidem attingunt. Diversum etiam est cibi capiendi tempus. Aliqui namque hora nona, aliqui post occasum solum, quidam post diem unam sequenti die cibum capiunt : nonnulli vero ad tres, ad quatuor, ad quinque, et ad
D septem usque dies dapibus abstinentes procedunt : pro eo atque quisque cibo carere vel vult, vel potest. Et alia apud alias gentes et populos fiunt, apud quos rerum talium innumeræ exstant causæ : de quibus omnibus nullum præceptum, quod in scriptum relatum sit, ostendi potest. Ut satis constet, primos illos verbi ministros, ab initio observationes ejusmodi arbitrio quorumque reliquisse, ut quisque non metu aut necessitate quapiam adductus, quod bonum est, deligere et sequi posset. Porro in jejuniis ferias Paschales præcedentibus, et in jejunantium cibis, a principio in ecclesiis hujusmodi diversitas fuit. Verum in Synaxi pluri-

(1) Τρεῖς μόνας πενθημέρους ἐκ διαλειμμάτων νηστεύοντες. Socrat.

εἰσάπαν ἐπιοῦν τοῖς ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ ἴσα στέργουσι· τὰ πολλὰ δὲ παραπλήσια ἔπρατταν τῇ κρατούσῃ Ἐκκλησίᾳ. Καθόλου δ' ὡς εἰπεῖν ἐν πάσαις ταῖς δόξαις οὐδαμῶς ἔστιν εὑρεῖν μίαν συμφωνίαν ἐν εὐχαῖς ἔχειν. Οἱ περὶ τὸν Ἴστρον Σκῦθαι, πολλὰς καὶ μεγάλας ἔχοντες πόλεις, ὑφ' ἑνὶ πάντες ἐπισκόπῳ τάττονται. Ἐν δ' ἄλλοις ἔθνεσιν ἔγνωμεν, μὴ μόνον ἐν πόλει, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἑκάστῃ κώμῃ ἱεράσθαι ἐπίσκοπον· ὃ δὴ μάλιστα Ἀράβιοι ἔθος εἶχον καὶ Κύπριοι, καὶ οἱ ἐν Φρυγίᾳ Ναυατιανοί, καὶ οἱ ἀπὸ Μοντανοῦ καταγόμενοι. Παρὰ δὲ τῇ Ῥώμῃ ἄχρι τοῦ νῦν πλείους τῶν ἑπτὰ διάκονοι οὐ γίνονται, εἰς μίμησιν τῶν παρὰ τῶν ἀποστόλων χειροτονηθέντων, ὧν ἡγεῖτο Στέφανος, ὁ πρῶτος τὸν μαρτυρικὸν ἀναδησάμενος στέφανον. Παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὁ ἀριθμὸς τούτων ὡς ἔτυχεν ἐπὶ Ῥώμης καθ' ἕκαστον ἔτος ἅπας τὸ Ἀλληλούϊα ψάλλουσι, κατὰ τὴν κυριώνυμον τῆς Πασχαλίας ἡμέραν· ὃ δὴ καὶ πολλοῖς εἰς ὅρκον κεῖται εὐχῆς, ὥστ' ἀξιωθῆναι ἀκοῦσαι τὸ Ἀλληλούϊα καὶ μεθ' ἡδονῆς ψάλλαι. Οὔτε δέ τις τῶν Ῥώμης ἐπισκόπων, οὔτ' ἄλλος τις ἐπ' ἐκκλησίᾳ προσομιλεῖ τῷ λαῷ· ἐν δ' Ἀλεξανδρείᾳ μόνος τοῦτο ἔπραττε τῆς πόλεως ὁ ἐπίσκοπος. Δόγος γε μὴν ἔχει ὕστερον ἐπιγενέσθαι, μὴ ἐξ ἔθους ὂν πρότερον. Αἴτιος δ' ἐγένετο Ἄρειος· ὃς πρεσβύτερος ὢν, καὶ διδάσκειν προβεβλημένος, κατὰ τοῦ ἀληθοῦς ἐνεωτέρισε δόγματος, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐτάραξε. Ξένον δὲ καὶ παντάπασιν ἄηθες τῇ Ἐκκλησίᾳ παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν ἔγνων πάλαι γινόμενον· οὐδαμῶς γὰρ ἐπανίστατο ὁ ἐπίσκοπος τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἀναγινωσκομένων· ὃ ἐν οὐδεμιᾷ τῶν ἐκκλησιῶν ἢ ἔγνω ἢ ἠκουσέ τις πάλαι γεγενημένον. Ταύτην δὲ τὴν ἱερὰν βίβλον ἐκεῖσε μόνος ἀεὶ ἀναγινώσκει ὁ ἀρχιδιάκονος· ἐν ἄλλαις δὲ ἐκκλησίαις διάκονοι· ἐν πολλοῖς δὲ ἄλλαις μόνοι οἱ ἱερεῖς· ἔν τισι δὲ τῶν ἐπισήμων ἡμερῶν καὶ ἐπίσκοποι· ὥσπερ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἄχρι τοῦ νῦν πράττεται, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς Πασχαλίου ἑορτῆς, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ εἰσόδῳ τοῦ ἐνιαυτοῦ. Ἃ καὶ διπλῶς ἐκφωνοῦνται· ὅσον γὰρ ἐκεῖνος λέγει, ἔπειτα λέγει τοῦτο καὶ ὁ διάκονος· ὡς γε οἶμαι, ἵνα ἔοκῃ καὶ ὁ ἐπίσκοπος κηρύττειν αὐτὸ, καὶ μὴ μόνον οἱ τοῦτο λαχόντες διακονεῖν. Ἴσως δὲ καὶ ὡς βροντῆς δίκην οὐρανόθεν ἀκούοντες, ἀπαραποιήτως οὕτω διαγγέλλομεν. Ἀναγινώσκει δὲ καὶ τὸ πρῶτον τῆς διαθήκης Εὐαγγέλιον, ὡς ἐντελῆ τὸν τύπον φέρων Χριστοῦ. Εὐχὰς δὲ καὶ ψαλμῳδίας οὐ τὰς αὐτὰς, ὡς εἴρηται, αἱ ἐκκλησίαι ἅπασαι ἔχουσιν, ἀλλ' οὐδὲ τὰς αὐτὰς βίβλους καὶ ἀναγνώσματα. Τὴν γοῦν καλουμένην Ἀποκάλυψιν Πέτρου, ὡς νόθον παρὰ τῶν ἀρχαίων δοκιμασθεῖσαν, παρὰ Παλαιστινοῖς ἐν ἐκκλησίαις τισὶν ἅπαξ ἑκάστου ἔτους μέχρι πολλοῦ ἀναγινώσκομένην εὕρομεν κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Παρασκευῆς· ἣν ὁ λαὸς μετ' εὐλαβείας καὶ συντριμμοῦ νηστεύει ἐπὶ ἀναμνήσει τοῦ σωτηρίου πάθους· τὴν δὲ λεγομένην Ἀποκάλυψιν Παύλου τοῦ ἀποστόλου, ἣν οὐδεὶς τῶν πάλαι ἀνθρώπων εἶδε, δι' αἰῶνος πρότερον ἐν

A ptos abolendos, vel qui eos composuisset auctori functionem episcopalem abrogandam esse. Ille vero episcopatum deponere, quam scripta sua supprimere maluit. Hæc autem consuetudo Thessalonicæ, atque in Macedonia, et Græcia omni, servata est. Alius item in Thessalia mos fuit, ut Paschalibus tantum diebus baptismus peragereture : quapropter multi etiam eo sacramento non initiati decessere. In urbe Antiochena, quæ in Syria est, altaria (1) diversum prorsus quam alibi situm habuere. Sacra enim ara non ad Orientem, sed ad Occidentem versus collocata fuerat. Hierosolymis, et in Thessalia, atque etiam in Græcia, consuetudo fuit, ut preces in pervigiliis ad lucernas accensas eodem quo Novatiani, Constantinopoli, modo peragerent.
B Consimiliter in Cypro et Cæsareæ Cappadocum, in Sabbato, et Dominico die vesperi, post lucernarum accensionem, episcopi et presbyteri sacras Scripturas populo exponunt. Novatiani autem, qui in Hellesponto sunt, non eumdem orationis ritum, quem factionis eorum populares Constantinopoli, servant, cæremonias obtinentis ibi Ecclesiæ catholicæ plurimum sequentes. Et ut in summa dicam, in opinionibus et sectis omnibus, haudquaquam in precationibus unum aut alterum consentientem ritum servatum esse, invenire est. Scythæ qui ad Istrum colunt, multas et magnas habent civitates, et omnes uni subjectæ sunt episcopo. In aliis autem populis, non solum in urbibus, verum etiam in
C quibusque vicis, episcopos esse scimus. Quæ consuetudo apud Arabes potissimum, et Cyprios, et in Phrygia apud Novatianos, atque apud eos qui a Montano deducti sunt, fuit. Romæ ad hodiernum usque diem non plures quam septem diaconi fiunt, ad eorum instar qui ab apostolis creati sunt, quibus Stephanus ille præfuit, qui primus martyrii reportavit coronam. Apud alios populos omnes, quem sors tulit, eorum numerus est. In Romana urbe itidem quotannis semel Alleluia, paschali Dominico die concinunt. Proinde (2) a multis jurejurando concipiendo, votisque nuncupandis, usurpatum est, ut eis Alleluia audire, et cum lætitia canere daretur. 298 Neque episcopus, neque alius
D quisquam in ecclesia Romæ ad populum docens verba facit. Alexandriæ autem solus hoc munere fungitur episcopus : quod quidem postea, cum antea mos is non fuerit, est observatum. Causam consuetudini novæ præbuit Arius, qui quod presbyter esset, et docendi provinciam accepisset, contra veritatis doctrinam res novas inducens, Ecclesiam turbavit. In eadem Alexandrina ecclesia, quod in locis aliis omnibus novum atque insolens est, olim obtinuisse scio. Episcopus namque cum sacra Evangelia legerentur, non assurgebat. Id vero in ulla plane ecclesia antiquitus factum esse, nemo vel vidit, vel audivit. Sacrum eum librum ibi solus legit archidiaconus : in aliis autem ecclesiis

(1) Et ipsa quoque ecclesia. Socr.

(2) Sozom. lib. VII, cap. 19.

Nunc vero divina suppeditante gratia, impedimentis et dissensionibus omnibus temporis cursu sublatis, concordibus sententiis apud omnes in ecclesiis Christi festus dies Paschæ celebratur. Errare autem illi, quemadmodum prius quoque dixi, mihi videntur, quorum sermonibus increbuit, Nicænam fidem Paschæ ferias in errorem et varietatem ejusmodi adduxisse. Nam synodus eam operam potius navavit, ut populus qui antea a parte majore dissentiebat, ad unanimem concordiam pertraheretur.

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Ὅτι ἐξ ἀρχαίου ἀπὸ τῶν ἀποστολικῶν χρόνων διαφωνίαι τινὲς καὶ παρατηρήσεις ἦσαν· τοῖς δὲ οὐ τοσοῦτον ἔμελλε τούτων· ἀλλὰ τἀναγκαῖα καὶ συστατικὰ τῆς πίστεως φυλάττειν μᾶλλον ἐκέλευον.

300 CAPUT XXXV.

Quod antiquitus et ab ipsis apostolorum temporibus dissensiones quædam et variæ observationes in cærimoniis fuerint : et quod cæremoniæ veteribus non tantopere curæ fuerint, sed necessaria tantum et fidem promoventia constanter servare jusserint.

Ὅτι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἀποστολικῶν χρόνων πολλαὶ διαφωνίαι διά τινας παρατηρήσεις ἐγένοντο, αὐτοὺς ἐκείνους παρέξομαι μάρτυρας. Ἱστορεῖ γὰρ ὁ θεῖος Λουκᾶς τῇ βίβλῳ τῶν Πράξεων· *Ἐπεὶ οἱ ἀπόστολοι ἔγνωσαν διαφωνίαν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν γινομένην τοῖς πιστεύουσιν, ὁμοῦ συναχθέντες ἅπαντες ἐθέσπιζον ἐν εἴδει ἐπιστολῆς· δι' ἧς τούς τε πιστοὺς τῆς μοχθηρᾶς τοῦ νόμου δουλείας ἠλευθέρουν, καὶ τῆς περιττῆς ἐν τούτῳ ἐρεσχελίας ἐπέσχον· τύπον δ' ἀσφαλῆ τῆς ὀρθῆς πολιτείας καὶ πρὸς θεοσέβειαν ἄγουσαν ἐκδιδάσκουσιν· ὅσα μέντοι ἀναγκαῖα φυλάττειν, διαῤῥήδην κηρύττοντες.* Ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὴν ἐκείνην αὐτῶν τὴν ἐπιστολὴν δι' εἴδησιν τῇ συγγραφῇ καταλέξαι οὐκ ἄκαιρον ἡγημαι. « *Οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀδελφοί, τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς τοῖς ἐξ ἐθνῶν χαίρειν. Ἐπειδὴ ἠκούσαμεν ὅτι τινὲς ἐξελθόντες ἐξ ἡμῶν, ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, λέγοντες περιτέμνεσθαι, καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, οἷς οὐ διεστειλάμεθα, ἔδοξεν ἡμῖν γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, ἐκλεξαμένους ἄνδρας πέμψαι πρὸς ὑμᾶς, σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν Βαρνάβᾳ τε καὶ Παύλῳ ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὴν ψυχὴν αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀπεστάλκαμεν οὖν Ἰούδαν καὶ Σίλλαν, καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. Ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων· ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας καὶ τοῦ πνικτοῦ· ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε. Ἔρρωσθε.* » Ταῦτα ἔδοξε τῷ Θεῷ· τοῦτο γὰρ, φησὶν ἡ ἐπιστολή· *Ἔδοξε τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, μηδὲν ἄλλο ἐπιτίθεσθαι βάρος πλὴν τῶν ἐξ ἀνάγκης ὀφειλόντων φυλάττεσθαι.* Τινὲς δὲ τούτων ἀμελήσαντες, πᾶσαν μὲν πορνείαν παρ' οὐδὲν λογίζονται· περὶ δὲ ἡμερῶν τε καὶ ἑορτῶν καὶ περὶ διαίτης, ὡσανεὶ περὶ ψυχῆς ἀγωνίζονται· εἰς τοὐναντίον τὰς τοῦ Θεοῦ παραγγελίας τιθέμενοι, καὶ νόμοι ἑαυτοῖς γινόμενοι· ὥσπερ ἑαυτοὺς λανθάνειν σπουδάζοντες, ὅτι Θεῷ τοῖς νομοθετηθεῖσι τἀναντία μάλιστα διαπράττονται. Ἐνῆν μὲν οὖν καὶ ἔτι τὸν περὶ τοῦ Πάσχα λόγον ἐκτείνειν, καὶ ἀριδήλως δεῖξαι, ὡς οὐδ' Ἑβραίοις τὸ ἀκριβὲς περὶ τούτου διαπεφύλακται· ἀλλ' οὐδὲ τὸν τύπον, ὡς

Enimvero quod ab apostolorum usque temporibus multæ dissensiones propter observationes quasdam fuerint, illos ipsos producam testes. Scribit namque divus Lucas in Actorum libro : *Cum apostoli dissidium intercessisse eis qui ex gentibus fidem complexi fuerant, et fidelibus Judæis, cognovissent, congregati simul omnes, constitutionem factam in epistolæ formam redegerunt, per quam fideles a gravi legis servitute liberarunt, et supervacanea ea de re nugamenta inhibuerunt. Certam autem rectioris et ad veram erga Deum pietatem ducentis vitæ formam proposuerunt, quæ necessario observanda sint, disertis verbis prædicantes.* Non intempestivum vero esse duxi, ut eam ipsam illorum epistolam, evidentioris cognitionis gratia, in historia hac referrem. *Apostoli et seniores et fratres, his qui Antiochiæ et in Syria et Cilicia ex gentibus sunt fratribus, salutem. Quoniam audivimus, quod quidam ex nobis exeuntes, vos turbarint, verbis labefactantes animas vestras, dicendo circumcidi vos et legem servari debere, quibus id non mandavimus : placuit nobis collectis in unum, eligere viros, et ad vos mittere, cum charissimis nostris Barnaba et Paulo : hominibus, qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Jesu Christi. Misimus ergo Judam et Silam, qui et ipsi vobis eadem verbis referrent. Visum est enim Spiritui sancto, et nobis, nihil amplius vobis imponere oneris, præterquam hæc necessaria, ut vos abstineatis ab his quæ simulacris immolata sunt, et a sanguine, et suffocato, et fornicatione : a quibus vobis cavendo, recte rem agetis. Valete* [1]. Hæc Deo placita sunt. Hoc enim inquit epistola : *Placuit Spiritui sancto, nihil aliud oneris imponere, præterquam quæ necessario servata oportet.* **301** At quidam hæc nihil curantes, omnem quidem fornicationem pro nihilo habent ; de diebus autem, et feriis, et institutis, perinde atque de anima ipsa decertant : Dei mandata invertentes, et sibi ipsis leges ferentes : haud secus atque si studiose hoc agerent, ut contrariis maxime adversus decreta Dei res agitantes, latere possint. Et potuissemus nos orationem hanc de festo Paschæ magis dilatare, et clare satis ostendere, quod ne Hebræi quidem certo id et accurate servent : neque typum seu figuram ejus, sicuti eis tradita est,

[1] Act. xv, 6, 7-29.

στα δὲ ὁ ἐπίσκοπος Ἀττικὸς διὰ πολλῆς ἦγε τοῦτον τιμῆς. Ἀλλ' οἷος μὲν τὸ ἦθος ὁ ἀνὴρ οὗτος, ἀποχρώντως οἶμαι εἰρήκαμεν, ἐκ τῶν τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ Σωκράτους παρειλημμένοις. Καὶ ταῦτα διήλθομεν, δεῖξαι θελήσαντες, ὡς διὰ τὴν ἀρετὴν τῶν σφίσι προϊσταμένων, Ἀγελίου, Μαρκιανοῦ τε καὶ Σισινίου, καὶ ὡς τῷ ὁμοουσίῳ προσκειμένων, ἀπείρατοι τῶν λοιπῶν αἱρέσεων οἱ Ναυατιανοὶ διαμεμενήκασι· καὶ ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν ἐκκλησίας οἱ πλείους ἠρέμα εἶχον, πλὴν τῶν ὅσοι διὰ τὴν τοῦ Πάσχα ζήτησιν διεφέροντο· ἦν Σαββάτιος, ὡς ἔφην, ἐνεωτέρισε. Πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι διαιρέσεις, ὡς εἴρηται, ἔν τε Ἀρειανοῖς καὶ Μακεδονιανοῖς καὶ ἄλλων αἱρέσεων, ἐπιπλεῖστον τηνικαῦτα ἐγένοντο. Τούτων δ' οὕτω διασπωμένων, ἔτι μᾶλλον ἡ καθόλου Ἐκκλησία ἐπεδίδου, ὁσημέραι τῇ πρὸς ἀλλήλοις ἔριδι προστιθεμένων αὐτῇ. Μᾶλλον δὲ τὸ Ἑλληνικὸν ὡς πλεῖστον εἰσέρρει. Ὡς γὰρ εἶδεν ὁ βασιλεὺς τὴν συνήθειαν τοῦ προειληφότος χρόνου πρὸς τὸ πατρῷον σέβας, καὶ τοὺς θρησκευομένους παρ' αὐτῶν τόπους ἔλκουσαν τὸ ὑπήκοον, ἤδη βασιλεύειν ἀρξάμενος, πρῶτον μὲν ἐπιβαίνειν τοῖς βωμοῖς πάμπαν ἐκώλυεν· ἔπειτα δὲ καὶ νόμῳ πολλοὺς εἰς ἔδαφος κατέσπα, ὥσπερ εἰρήκαμεν. Οἱ δὲ σπάνει τῶν εὐκτηρίων κατ' ὀλίγον ταῖς ἐκκλησίαις τῶν Χριστιανῶν φοιτᾷν προσεθίσθησαν. Ἀάθρα γὰρ Ἑλληνικῶς θύειν ἐν κινδύνῳ μεγίστῳ ἦν, εἴ τις περώρατο· ἀφαίρεσις γὰρ κεφαλῆς καὶ οὐσίας νόμος ἔκειτο τῷ τολμητῇ.

A concionandi munus molestiam et dolorem parit, minime tibi, quando id Deus fecit, concionibus interdicam (1). Multa vero alia quoque viri ejus urbane et scite dicta commemorantur. **305** Quin et libellos multos non invenustos composuisse dicitur. Magis vero in dicendo quam scribendo laudatus est. In actione felix fuit, et pronuntiationem sedulo coluit. Labiis enim ejus blanditiæ quædam insidebant: et in voce, vultu, oculis, et habitu motuque corporis omni, gratia singularis inerat, ad auditorum animos alliciendos composita. Jucundus itaque et charus eam ob causam celeberrimis quibusque ex senatu viris, et omnis generis religionibus in admiratione fuit. Potissimum vero episcopus Atticus magno eum est honore prosecutus. Sed qualis hic vir fuerit, satis, ut puto, loco hoc ex Socratis ecclesiastici scriptoris libris sumpto, dixi. Atque hæc quidem propterea commemoravi, ut ostenderem, cum propter eorum virtutem qui eis præfuere, Agelii, Marciani et Sisinii, tum quod ὁμοουσίου, consubstantialis, professioni adhærerent, Novatianos aliarum sectarum labe infectos non fuisse, majoremque eorum partem in ecclesia sua quietam mansisse: eis exceptis, qui propter quæstionem de feriis Paschalibus, quam Sabatius, sicuti dixi, per res novas induxit, dissidebant. Multæ vero et aliæ dissectiones, quod et ipsum dictum est, eo tempore apud Arianos et Macedonianos et alias sectas fuere. Illis autem ita distractis, magis atque magis Ecclesia universalis crevit, quotidie se aliquibus propter mutuas illorum contentiones ad eam aggregantibus. Præcipue vero qui Græcam idololatriam secuti fuerant, ad eam confluxere. Nam imperator ubi consuetudinem præteriti temporis, et loca quæ apud eos religiose observabantur, cives et subditos suos ad patrium cultum pertrahere vidit, statim a suscepto imperio, primum quidem aras prorsus adire prohibuit: deinde vero lege (2) etiam lata, quemadmodum diximus, solo eas æquavit. Atque ita illi sacrarum ædium inopia, Christianorum ecclesias frequentare cœperunt. Clam namque Græca peragere sacra, maximi erat periculi, si quis in eis deprehensus esset. Et qui eis operari ausus fuisset, capitalis ei pœna et bonorum amissio constitutione imperiali proposita fuit.

B

ΚΕΦΑΛ. ΑΖ'.

Περὶ τοῦ συμβάντος τῷ Αἰγυπτίῳ ποταμῷ Νείλῳ· καὶ περὶ τοῦ ξιφοειδοῦς ἀστέρος, καὶ τῶν δύο ἀνθρωπομόρφων τεράτων· καὶ περὶ τῆς ἐπιδόσεως τῆς Χριστιανῶν θρησκείας.

Τότε δή φασι καὶ Νεῖλον τὸν ἐπ' Αἴγυπτον ῥέοντα ὑστερῆσαι περὶ τὴν πρώτην τῶν ὑδάτων ἀνάδοσιν. Ἔφερον δὲ οὐ μετρίως τὸ πραχθὲν οἱ Αἰγύπτιοι· χαλεπαίνοντες, ὅτι μὴ ἐπ' ἀδείας ἦν αὐτοῖς κατὰ τὸ πάτριον ἔθος θύειν τῷ ποταμῷ· τὸ γὰρ τοῦ βασιλέως δέος οὐδαμοῦ ξυνεχώρει. Ὁ δὲ τὴν ἐπιτροπὴν τῆς Αἰγύπτου διέπων, εἰς στάσιν χωροῦντας Αἰγυπτίους ὁρῶν, τῷ βασιλεῖ δῆλα ἐποίει. Ὁ δὲ μαθὼν ἄμεινον ἀνταπέστελλε, λέγων, πρὸς Θεὸν σῶον τὸ σέβας διατηρεῖν, ἢ τὰ Νειλῷα ῥεῖθρα καὶ τὴν ἐκεῖθεν εὐετηρίαν προτιθέναι τῆς πίστεως. Μηδὲ γὰρ ἄν ποτ' ἐκ γῆς ὑετίσειεν, εἴ γε, φησὶ, τοιοῦτος εἴη, ὥστε μαγγανείαις τισὶ καὶ γοητείαις εὐπειθὴς εἶναι·

C

306 CAPUT XXXVII.

De diminutione quæ fluvio Ægypti Nilo accidit: et de stella gladii speciem referente, et de duobus humana specie monstris, et de incremento Christianæ religionis.

Eo tempore Nilum Ægyptium amnem, circiter primum aquarum auctum et incrementum, tardasse longius dicunt (3). Quam rem Ægyptii graviter tulere, indignati, quod minus eis esset liberum, patrio more flumini sacrificare: id enim imperatoris metus haudquaquam permittebat. Et Ægypti præfectus provinciales ad seditionem speciare cernens, principi eam rem indicavit. Qua ille cognita, conducibilius esse ei rescripsit, veram erga Deum religionem integram conservare, quam fluminis ejus undas, et quæ ex eis proveniat, anniversariam fertilitatem fidei præferre. « Nunquam enim amnem eum e terra promanaturum

D

(1) Apud Socrat. est: *At ego tibi colloquiis sive concionibus non interdicam, quando tibi verba facere molestum est.*

(2) *Ne quis.* C. De sacrif. pagan.

(3) Plin. lib. v, cap. 9.

πρὸς τὸ βλαισὸν ὑπεκέμπτοντο· Ἀντώνιος ἦν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὄνομα. Τοιοῦτον δή τινα καὶ αὐτὸς εἶδον τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις ἀναφανέντα, τέρας οἷον ὁρώμενον, ὃν γυνὴ βραχεῖα μάλα προῆγεν εἰς φῶς. Οὕτω δὲ κατεβραχύνετο ὁ Αἰγύπτιος, ὡς παραπλήσιον εἶναι πέρδικι, καὶ μηδ' ἀχάριστον ἐν κλωβῷ τὴν ἐκείνου εἶναι προσομιλίαν, πρὸς ἔριν κινούμενος καὶ συναθύρων ἐκείνῳ. Τὸ δὲ ξένον εἰς ἀκοήν, ὅτι καὶ φρόνησις ἐνῆν, ἀνθρώπῳ καλῷ ἐφαρμόττουσα, οὐδὲν ὑπὸ τῆς βραχύτητος καταβλαπτομένη. Ἦν δὲ καὶ τὸ φθέγμα οὐκ ἄμουσος· οἵ τε λόγοι τοῦ νοῦ παρεῖχον ὁρᾶσθαι τὴν γενναιότητα. Καὶ ἄμφω δὲ τῷ χρόνῳ ἀκμάσαντες, οὐ θᾶττον μετῆλθον τὸν βίον· ὁ μὲν γὰρ μέγιστος τὰ εἰκοσιπέντε διεξιὼν ἔτη, ἀπεβίω· ὁ δ' ἐλάχιστος, οὐ παραπολὺ τούτων λειπόμενος. Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα τηνικαῦτα συνέβραμε τέρατα· ἃ κατὰ μέρος διεξιέναι οὐ τοῦ παρόντος εἶναι νομίζω καιροῦ.

lem staturæ brevitatem consistens. Syrus in longitudinem cubitorum quinque et unius palmi excreverat, quamvis pedes ejus reliquæ corporis magnitudini proportione non responderent: introrsum enim intorti et vari erant: homini nomen erat Antonio. Talem ætate quoque nostra ipse vidi, pro monstro habitum, quem brevis admodum staturæ mulier in lucem protulit. Ægyptius autem tam brevis fuit, ut perdici persimilis esset. Neque ingratum spectaculum erat, si cum illo in globo (hominum scilicet) conversaretur, et ad contentionem excitatus colluderet. **308** Porro quod mirabile dictu est, prudentia ei inerat, qualis homini formoso competit: quippe cui corporis exilitas ea de re nihil ademisset. Vox a Musis non abhorrebat. Sermo mentis generositatem spectandam exhibebat. Uterque eodem illo tempore vigens, non statim vitam finiit. Maximus enim viginti quinque explevit annos, minimus autem non multum ab eis abfuit. Multa præterea alia tum concurrere prodigia, quæ sigillatim referre non hujus loci esse puto.

ΚΕΦΑΛ. ΛΜ'.

Περὶ τῆς δι' ἀγχόνης ἀναιρέσεως Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ νέου ὑπὸ Ἀρουαγάστου τοῦ στρατηγοῦ.

Θεοδόσιος μὲν οὖν οὕτω τὴν πρὸς Ἕω ἀρχομένην ἰθύνων, λαμπρῶς τε ἅμα καὶ ἐπιμελῶς διετέλει θεραπεύων τὸ Θεῖον, ταῖς καθημέραν προσθήκαις εἰς ἐπίδοσιν ἄγων τὸν Χριστιανισμόν· ἀνὰ δὲ τὴν Ἑσπέραν τὰ δημόσια πάλιν πονήρως εἶχεν· ἠγγέλλετο γὰρ τὸν ἐν Ἑσπέρᾳ βασιλέα, τὸν νέον Οὐαλεντινιανόν, ἀγχόνῃ διαφθαρῆναι. Ἐλέγετο δὲ τοῦτην αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν κατεῦσαι διὰ τῶν θαλαμοπόλων εὐνούχων ἄλλους τε τινὰς, καὶ Ἀρουαγάστην ἐκεῖνον, ὃς τῆς ὑπ' αὐτῷ πάσης στρατιᾶς τὴν ἐπιμέλειαν εἶχεν. Ἐπεὶ γὰρ εἶδον τὸν νέον ὡς τὰ πολλὰ κατ' οὐδὲν λειπόμενον τοῦ πατρὸς τῇ ἀρχῇ, χαλεπῶς τε διακείμενον οἷς ἐκείνοις ἐδόκει, ἐκ μέσου θεῖναι διενοοῦντο. Ἀκρατὴς δ' ἦν μάλα θυμοῦ· ὅ καὶ τοῦ ζῆν αὐτὸν περιφανῶς ἐξεδίσκευσεν. Τῷ γὰρ Ἀρουαγάστῃ εἰς λόγους ἐλθὼν κατὰ τὰ ἀνάκτορα, ἐπεὶ ὁ διάλογος εἰς ὀργὴν ἐξέμηνε, ξίφος ὥρμησε κατὰ τοῦ στρατηγοῦ σπάσασθαι· κωλυθεὶς δὲ (οὐ γὰρ εἴασεν ὁ δορυφόρος οὗ τὸ ξίφος ἐπεβάλετο ἕλκειν), τότε μὲν λόγοις προσῆγε τῷ Ἀρουαγάστῃ τὴν θεραπείαν· ὁ δὲ τοῖς λόγοις μᾶλλον τὴν σφετέραν ἠκρίβου ὑπόνοιαν, εἰς γνῶσιν μεθισταμένην· ἐπερομένῳ γὰρ τῆς τοσαύτης ὁρμῆς τὴν αἰτίαν, ἑαυτὸν διαχρήσασθαι ὁ παῖς ἀπεκρίνατο, ὅτιπερ βασιλεύων οὐ ξυγχωροῖτο πράττειν ἃ βούλεται, καὶ διὰ τοῦτο. Καὶ ὁ μὲν τότε μηδέν τι πλέον πολυπραγμονήσας, μὴ καταξιοῦντα οὕτως ἔχοντα ζῆν, ὕστερον ἐν Βιέννῃ τῆς Γαλλίας τοῦτον ἠριστηκότα, καὶ πρὸς τάφανῆ τῶν βασιλείων περὶ τὸ τοῦ ποταμοῦ χεῖλος μεσούσης ἡμέρας παιγνίοις τισὶ σχολάζοντα θεασάμενος, πέμπει τῶν τινας ὑπ' αὐτῷ, ἀγχόνῃ τὸ μειράκιον διαφθεῖραι, οὐδενὸς τῶν ὑπηρετουμένων συμπαρόντος αὐτῷ· ὁ γὰρ καιρὸς ἀριστᾶν αὐτοὺς μετεστέλλετο. Καὶ ὁ μὲν οὕτω χειρῶν ἀγριότητι ἀπεπνίγετο· οἱ

CAPUT XXXVIII.

Quomodo Valentinianus junior ab Arbogasto duce per suffocationem sit interemptus.

Et Theodosius quidem hoc modo Orientale gubernabat imperium, magna cura magnifice Deum colens, et quotidie novis accessionibus Christianismum adaugens. In Occidente vero respublica male habuit. Siquidem juniorem Valentinianum imperatorem gula fracta interiisse, renuntiatum est. Cædem eam per insidias ei molitos esse ferunt cubicularios eunuchos, atque alios quosdam: Arbogastemque maxime illum, qui militarium ejus copiarum omnium habuit curam et administrationem. Cum enim juvenem imperio gubernando nulla prope re patri inferiorem esse, et graviter pleraque quæ illis placuissent, ferre viderent, consilium ejus opprimendi cepere. Erat autem iræ admodum impatiens. Quæ res etiam aperte cædis ei causa fuit. Cum Arbogaste enim in regia collocutus, ubi verba in iram insanam evasere, ense magistrum militum confodere aggressus est. Sed a satellite, cui ferrum extrahere nisus fuerat, inhibitus, tum quidem verbis Arbogastem acrius objurgatum placavit. Ille autem ex verbis ejus opinionem illius in apertum productam accuratius considerando, secum ipse perpendit. Inquirenti enim tanti impetus causam: Allaturum sibi ipsi manus esse, adolescens respondit, quod cum imperator esset, facere quod vellet, non permitteretur: quapropter sibi vita talis ingrata etiam esset. Atque ille tum quidem nihil amplius curiose percontatus. **309** Postea autem Viennæ in Gallia, cum eum pransum in abditiore regiæ loco ad fluminis ripam meridiano tempore ludicro cuidam vacantem vidisset, percussores quosdam ex suis ei immisit, qui adolescentulum suffocatione necarent, cum ex ministris ei nemo adesset: tempus enim illos ad prandendum

ιτα δὲ τῇ γνώσει τῶν ἐσομένων εἰρήκαμεν. A
γὰρ θείας μεταλαχὼν χάριτος ὁ ἀνὴρ, πολλὰ
πυνθανομένοις προὔλεγεν· οὗ δὴ πεῖραν καὶ
ῷ πρώην ἔσχε τυράννῳ, ἀναιμωτὶ τὴν νίκην
ην προαγορεύσας ἔσεσθαι. Καὶ δὴ Εὐτρόπιον
ὀνοῦχον, ὃς ἦν ἐκείνῳ πιστότατος, ἀνὰ τὴν Αἴ-
ον ἔπεμπεν· εἰ μὲν εὐχερὴς γένοιτο, αὐτὸν
ον τὸν ὅσιον μεθ' ἑαυτοῦ ἄξοντα· εἰ δ' ἰσχυ-
παγορεύοι τὴν ἄφιξιν, τὸ ποιητέον ἐπὶ τῇ μά-
ιθεῖν βιάσασθαι. Καὶ ὁ μὲν Εὐτρόπιος εἰς Αἴ-
ον ἦκων, οὐδαμῶς ἔπειθεν Ἰωάννην ἐς βασιλέα
· παρηγγύα δὲ λέγειν ἐκεῖνος, ὡς μετὰ πολὺν
νικήσει μὲν τὸν τύραννον· μετὰ δὲ τὴν νί-
οὐ πολλῷ ὕστερον κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ αὐτὸς
λάξει τὸ ζῆν. Ἀμφότερα δὲ εἰ τέλος ἔσχον, B
ορία δηλώσει. Ἐπεὶ γὰρ ἀρκούντως αὐτῷ τὰ
τὸν πόλεμον παρεσκεύαστο, ἀναγορεύει βασιλέα
ὸν υἱὸν ἐκείνου Ὀνώριον· Ἀρκάδιον γὰρ ἔφθη
ιρον εἰς τὴν βασιλείαν ἀναγαγών. Τούτους δ'
ν τῇ Κωνσταντίνου λιπὼν, αὐτὸς πᾶσαν τὴν
Ἑω περιβαλλόμενος δύναμιν, πρὸς τὴν Ἑσπέραν
ετο. Πολὺ δέ τι πλῆθος καὶ τῶν παριστρίων
ήρων ἐφείπετο, ἑκόντες συμμαχεῖν αὐτῷ ἡρη-
. Τῶν δὲ στρατηγῶν ὀλίγους εἶναι τοὺς συμμά-
ψησάντων, καὶ ἀργεῖν τὴν κίνησιν βουλευομέ-
ὡς ἂν ἦρος ἀρχομένου καὶ ἄλλην ἐπιλέξωνται
τιὰν, ἵν' εἴη τῷ πλήθει ἀναχράτος περιγενέ-
τῶν δυσμενῶν, ἥκιστα ταῖς τῶν στρατηγῶν
ήσεσι προσέσχεν ὁ θειότατος βασιλεύς· μηδὲ
ρῆναι τοσαύτην μὲν ἀσθένειαν τῷ παντοδυ- C
ὅπλῳ τοῦ σταυροῦ μαρτυρεῖν· ἀντίρροπον
τοῦ ἐναντίου δύναμιν τῇ τοῦ Ἡρακλέος εἰκόνι.
γὰρ ἐμοῦ ὁ σταυρὸς, ἐκείνου δὲ ἡγεῖται ὁ Ἡ-
ῆς. » Οὕτως εἰπὼν, ἀπεχώρει. Ἐπεὶ δ' ἐξιὼν
ωνσταντίνου πρὸς τῷ Ἑβδόμῳ ἐγένετο, τῇ
ε ἐκκλησίᾳ, ἣν αὐτὸς, διαφερόντως Ἰωάννην
απτιστὴν τιμῶν, ἀνεδείματο, εἰσῆλθε προσεύ-
ι μὲν Θεῷ· εἰς ἀρωγὴν δὲ μεταχαλέσασθαι
ὸν Βαπτιστὴν, ὥστ' αἰσίαν αὐτῷ τε καὶ τῇ
τιᾷ Ῥωμαίων τὴν ἔκβασιν τῆς μάχης γενέσθαι·
ἢ τὸ εἰκὸς ἀφοσιωσάμενος, εἰς Ἰταλίαν ἐγένε-
Ἐξαπίνης δὲ ταῖς Ἄλπεσι προσβαλὼν, τὰς
ας ἐσύλα φυλακὰς τοῦ τυράννου. Τὸ δὲ ἄκρον
παρόδου παραμείψας, ἐπεὶ ἐς τὸ κάταντες ἦγε-
ρᾷ τὸ πεδίον σύμπαν ἀμυθήτῳ πλήθει πεζῶν D
ππέων πεπυκνωμένον· οὐ πάνυ δ' αὐτοῦ πόρ-
ατὰ νώτου καὶ ἄλλους τῶν πολεμίων κατὰ τὴν
φὴν ἑστηκότας τοῦ ὄρους, καὶ τό γε νῦν ἠρέμα
ἔχοντας· ὡς δ' ἡ πρώτη φάλαγξ κατιοῦσα
ἐν τῷ πεδίῳ προσέβαλε, μάχη κρατερὰ καὶ ἀμ-
στος ἀνερρήγνυτο. Ἐπεὶ δ' ὅσον τὰ ἐς ἀνθρω-
ν δύναμιν μὴ εὐχερῆ τὴν σωτηρίαν εἶναι τῷ
τῷ κατελάμβανε, μέσον τῶν δύο στρατευμάτων
ημμένῳ· ἤδη γὰρ καὶ οἱ κατὰ τὴν ἀκρώρειαν
οῦντες κατὰ νώτου προσέβαλλον· καὶ κατ' ὃ
μέρος Ῥωμαῖοι Ῥωμαίοις ἐμάχοντο, ἰσοπαλῆ

monachi, utendum sibi esse statuit, quem supra in eorum qui sanctam vitam egerunt, catalogo clarissimum, et cum aliis admirandis operibus, tum maxime futurorum scientia celebrem fuisse diximus. Cum enim is gratiam divinam sortitus esset, multa eum consulentibus prædixit. Cujus rei periculum et specimen in proximo tyranno præbuerat, incruentam illam victoriam Theodosium reportaturum esse vaticinatus. Itaque fidissimum sibi eunuchum Eutropium in Ægyptum misit, ut aut virum sanctum, si facile id fieri posset, ad se adduceret : aut ab illo, si constanter adventum detrectaret, quid de bello faciendum esset, cognoscere conaretur. Eutropius eo profectus, nequaquam Joanni ut ad imperatorem veniret, persuasit. Quapropter illum, ut eventum belli prædiceret, rogavit. Atque ille, Theodosium quidem post cædem multam, victoriam de tyranno consecuturum: non multo autem post ipsum quoque in Italia moriturum esse respondit. Utrumque hoc an eventum talem habuerit, historia declarabit. Postquam enim ea quibus in bello opus est, abunde comparavit, Honorium etiam filium imperatorem renuntiavit : Arcadium namque antea ad imperium evexerat. **311** Ambobus filiis Constantinopoli relictis, ipse cum copiis Orientalibus omnibus in Occidentem est profectus. Ingens autem Barbarorum, qui ad Istrum colunt, multitudo, voluntate sua auxilium ferens, eum secuta est. Porro cum ordinum duces paucitatem sociorum causarentur, et expeditionem differendam suaderent, ut scilicet primo vere exercitus alius contraheretur, et mi litum numero hostes vincerentur, nequaquam in ductorum consilio religiosissimus acquievit impe rator. Minime namque tantam tribuendam esse imbecillitatem dixit omnipotenti crucis armaturæ, quæ ex adverso Herculis imagini opposita esset. « Exercitui enim meo, inquit, crux præit; illius autem copias Hercules ducit. » Hæc verba prolocutus, iter ingressus est. Constantinopoli autem profectus, ubi in Septimo (1) ad ecclesiam venit, quam ipse Joanni Baptistæ (eum enim præcipue honorabat) construxerat, eam est ingressus, ut simul et precationem ad Deum faceret, et Baptistam ad ferendum sibi auxilium invocaret (2), quo optatum sibi et Romano exercitui exitum pugna haberet. Re ibi divina, ita ut par erat, peracta, postea in Italiam pervenit : et confestim ad Alpes contendens, prima tyranni præsidia cepit. Atque ubi transitu præcipiti præterito, acclivi itinere in collem quemdam conscendit, planitiem omnem innumerabili peditum et equitum multitudine teneri, nec ita longe a tergo alias hostium turmas in vertice montis, qui tunc quidem quieti erant, sibi imminere vidit. Postquam autem prima acies se de colle demittens, eos qui planitiem

) Ἑβδόμου, hoc est, Septimum ex suburbiis stantinopolitanæ civitatis unum est. (Procop.) i et alia ejus urbis regio est apud eumdem dεύ-

τερον, hoc est, Secundum.

(2) Σύμμαχον αὐτῷ ἐπικαλέσασθαι τὸν Βαπτιστήν. Sozom. lib. VII, cap. 24.

τος ἀναῤῥωσθεὶς τὴν ψυχὴν, ἐπὶ τόσον ἐκλίνει τὰς φάλαγγας, ὡς εἰσβαλεῖν εὐθέως καὶ διαῤῥῆξαι τὰ πλήθη, καὶ ἐς φυγὴν τρέψαι τοὺς πρώτους δυόκοντας. Οἱ δὲ τῆς τυραννικῆς παρατάξεως ἡγεμόνες, οὓς κατὰ νώτου κεῖσθαι καὶ περικαθῆσθαι τὴν ἄκραν εἰρήκαμεν, πρέσβιν ἐς Θεοδόσιον πέμψαντες, συμμαχεῖν ἐκείνῳ κατήγγελλον, εἴ γε μείζονος τιμῆς παρ' αὐτῷ ἔσοιντο. Βασιλεὺς δὲ τὴν πρεσβείαν προσίετο· καὶ ἐπεὶ χάρτην οὐχ εὗρε, δέλτον λαβὼν, ἥν τις τῶν παρεστώτων τυχαίως ἐφέρετο, ἐν ταύτῃ κατέγραψεν, ἣν ἐπίσημον καὶ τροσήκουσαν ἕκαστοι τάξιν ἕξουσι παρ' αὐτῷ, εἴ γε πέρας τῇ ὑποσχέσει αἴσιον θήσουσι. Καὶ οἱ μὲν οὕτως ἐκ πολεμίων σύμμαχοι ἀθρόον βασιλεῖ ἦσαν· ἔτι δὲ τῆς μάχης τῷ πεδίῳ καθισταμένης, καὶ μή πω κλινάσης ἐπὶ θάτερα τῆς ὁρμῆς, ἐξαίσιός ποθεν ἐπαιγίσας ἄνεμος καὶ ἀντιπρόσωπος πνεύσας τοῖς πολεμίοις, οἷον εἶναι μηδ' ἄλλοτέ ποτε ἱστορεῖσθαι πνεῦσαι, τὰς μὲν τάξεις διέλυε. Τὰ γὰρ βέλη τε καὶ ἀκόντια ὅσα κατὰ Ῥωμαίων ἐπέμποντο ἐξ ἀντιτύπου δυνάμεως ἀναστρέφων, κατὰ τῶν πεμπόντων μᾶλλον ἤφιει· καὶ τὰς ἐκείνων ἀσπίδας σὺν πολλῷ συρφετῷ καὶ ἀμυθήτῳ κόνει τῶν ἐκείνων χειρῶν ἁφαρπάζων, καὶ τοὺς Ἰμάντας διαῤῥηγνὺς, ἐπ' αὐτῶν ἐκύλιε κατὰ στόμα βάλλων, καὶ ὅπου δή ποτε· τὰ δ' ἐκ τῶν Θεοδοσίου πεμπόμενα, σφοδροτέρᾳ ῥύμῃ καὶ ταῦτα κατ' ἐκείνων ἐκίνει· οἷς δὴ καὶ θαῤῥήσαντες, ἅτε δὴ ἀπήμαντοι διαμένοντες, θράσει πολλῷ ῥέοντες τοὺς πολεμίους κατέκτειναν. Οἱ δὲ πολέμιοι τὴν προφανῆ γνόντες ἐπικουρίαν ὡς θεόθεν ἐπῇει, τὰ ὅπλα ῥίπτοντες, φειδοῦς τῆς ἐκ βασιλέως ἠντιβόλουν τυχεῖν. Ὁ δὲ εὐθὺς εἶκε καὶ συγγνώμην ἐδίδου. Καὶ δὴ αὐτοῖς τε καὶ τοῖς αὐτομόλως ἐλθοῦσιν ἔπεμπε τὸν τύραννον ἀγαγεῖν. Οἱ δὲ βοῇ θέοντες, τὸν λόφον ἀνῆεσαν, ἐφ' οὗ καθήμενος τὰ πραχθέντα ἠγνόει. Εὐγένιος δὲ τῷ τοῦ δρόμου τάχει καὶ τῷ συχνῷ ἄσθματι καινόν τι ἀγγέλλειν ἔχειν νομίσας ἐκείνους, καὶ νίκης ἀγγέλους μᾶλλον παρ' αὐτὸν ἥκειν, εὐθὺς ἀνηρώτα, « Εἰ πεπεδημένος καὶ ζῶν, ὡς προσετάχθη, καὶ Θεοδόσιος ἄγεται. » Τῶν δ' εἰπόντων, «Μὴ ἐκεῖνον πρὸς σὲ, σὲ δὲ μᾶλλον πρὸς ἐκεῖνον ἐπέμφθημεν ἀγαγεῖν· ἡ γὰρ νίκη τὸν τύραννον μυσαχθεῖσα τὴν ἔννομον βασιλείαν ἠσπάσατο· τοῦτο γὰρ ὁ τῶν ὅλων ἐκέλευσε πρύτανις· » εὐθὺς τοῦ δίφρου αὐτὸν κατασπάσαντες καὶ δεσμὰ περιθέντες, αἰχμάλωτον ἦγον πρὸς βασιλέα τὸν πρὸ βραχέος μεγάλαυχον. Ὁ δὲ τὰ ἐς Οὐαλεντινιανὸν πλημμεληθέντα ἐκείνῳ παρῆγεν εἰς μέσον, καὶ τὴν παράνομον βασιλείαν, τάς τ' ἐμφυλίους μάχας, πρὸς δὲ καὶ τὸν σύμμαχον ἐκείνῳ διετώθαζεν Ἡρακλέα. Ὁ δ' ἀκούων ὁ τύραννος, τοῖς ποσὶ τοῦ κρατοῦντος ἑαυτὸν ἐλεεινῶς ἔῤῥιπτε, καὶ ἐδεῖτο σώζεσθαι. Ἐν ᾧ δὲ ἱκέτης ἦν, τῶν τις στρατιωτῶν τὸ ξίφος σπασάμενος, τῆς κεφαλῆς αὐτὸν ἀφαιρεῖται. Ἀρβογάστης δὲ ὁ τοσούτων καὶ τηλικούτων κακῶν αἴτιος, φυγῇ χρώμενος ἐπὶ δυσὶν ἡμέραις, ἐπεὶ μὴ ἔγνω τοῦ λοιποῦ αὐτῷ βιωσιμα εἶναι, αὐτόχειρ τῷ οἰκείῳ ξίφει ἐγένετο.

ipse quoque copias suas instructas in aciem produxit. Et in tumulum quemdam conscendit, et imperatorem mori cupere (1) ac sua sponte ad mortem oppetendam properare dixit : ducibusque suis præcepit, ut ne illum occiderent, sed vivum potius ad se adducerent. Postquam acies ita adversis frontibus constitere, mirifica variarum gentium multitudo in hostium partibus esse visa est. At qui contra eos in armis ordine suo stabant, perquam pauci, ita ut eorum numerus facile iniri posset, erant. Coitio prima ad fluvium qui Frigidus dicitur, est facta. **313** Magister militum Bacurius, magno animi robore concepto, tantopere impressione sua hostium phalanges turbavit, ut statim sui incurrerent, et ordinibus ruptis in fugam eos verterent, qui persecuti eos pridie fuerant. Porro duces tyrannicæ ejus aciei, quam a tergo summum montem insedisse diximus, misso ad Theodosium oratore, ad partes ejus se transituros esse receperunt, si majoris dignitatis eis apud eum locus esset : imperator legationem eam suscepit. Et cum chartæ copia non esset, tabula, quam ex assistentibus militibus quidam casu quodam ferebat, arrepta, in ea quem quisque illorum præclarum et convenientem locum apud se habiturus esset, si promissis starent, eaque ad finem debitum perducerent, descripsit. Ad hunc illi modum simul omnes ex hostibus socii imperatoris sunt facti. Adhuc campestris pugna acriter committebatur, necdum victoriæ impetus in alterutram partem inclinabat, cum ingenti vi alicunde ventus vehementissimus adversus hostes obortus, qualem nunquam antea flavisse memoriæ proditum est, in ora illorum irruit et ordines solvit. Et tela atque sagittas, quæ contra Romanos emittebantur, vi quadam reluctante in eos convertens qui illas emiserant, rejicit : et clypeos, cum multa purgamentorum congerie, et pulvere incredibili illatus, ex eorum manibus rapiens, et lora conscindens, eos in illorum ora et membra quæcunque concutiens provolvit. Quæ vero a Theodosianis jaciebantur tela, acriore etiam in illos impetu ferebantur. Quam ob causam animis magnis conceptis, et quod integri etiam permanebant, ingenti fiducia illi in adversarios ruentes, eos cædunt. Itaque hostes manifeste opem eam divinitus accidere cernentes, armis abjectis, ad imperatoris misericordiam, veniam ab eo petentes, confugerunt. Atque ille eos, precibus cedens, statim in gratiam recepit : eosque et transfugas alios, ut tyrannum captum ad se adducerent, misit. Illi vero vociferantes, magna celeritate in tumulum evadunt, in quo ille casus ejus etiamnum ignarus considebat. Eugenius ex incitato cursu et assiduo illorum anhelitu, novi quidquam eos afferre, atque adeo victoriæ nuntios sibi advenire ratus, statim, an vinctus et vivus, sicuti præceptum fuerat, Theo-

(1) Moriturientem et e præsenti vita mox decessurum imperatorem acie secum structa congredi dixit. Theod.

ἐντός· μεγάλη δὲ λίαν ἡ πόλις καὶ πολυάνθρωπος. Ἐν δὴ ταύτῃ στάσις μεγίστη ἐγένετο, αἰτίαν σχοῦσα τοιάνδε. Ἡνίοχος Βουθερίχου ὃς τηνικαῦτα τῶν παρ' Ἰλλυριοῖς ἡγεῖτο στρατιωτῶν, τὸν οἰνοχόον αἰσχρῶς ἰδών, ἐπείρασε. Συσχεθεὶς δὲ διὰ τοῦτο, ὑπὸ φρουρὰν ἐγένετο. Ἐπεὶ δ' ἐπίσημος ἱπποδρομία τελεῖσθαι κατὰ τὴν πόλιν ἔμελλεν, ὁ δῆμος ἐλιπάρει συγγνώμης τὸν ἡνίοχον ἀξιοῦσθαι δεξιῶς ἔχοντα πρὸς τὸ ἔργον, καὶ ἀφίεσθαι τῷ ἀγῶνι. Ὡς δὲ πολλὰ δεηθέντες οὐδὲν ἤνυον, εἰς μεγίστην ἐκινοῦντο στάσιν· καὶ χαλεπήναντες, πολλούς τε τῶν βασιλικῶν ἀνείλον ἀρχόντων, καὶ Βουθερίχον αὐτόν. Ἄλλους δὲ λίθοις κατέχωσαν. Ἔπειτα καὶ δημοσίᾳ κατέσυρον. Ἐπεὶ γοῦν ἔγνω ταῦτα ὁ βασιλεὺς, εἰς ἄμετρον ἀνήφθη ὀργήν· καὶ τοῦ θυμοῦ τὴν ῥύμην μὴ ἐνεγκών, παρῆκε τὰς ἡνίας τοῦ λογισμοῦ, καὶ τῇ ἀλογίᾳ τὴν ψῆφον ἐπήνεγκεν· ἡ δὴ τῆς τοσαύτης ἀδείας ἐπειλημμένη, οἷάπερ αὐτόνομος τύραννος, ἄδικα ξίφη κατὰ πάντων ἐγύμνωσε· καὶ ἀπηνῶς οὕτως οὐ τοὺς ὑπευθύνους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀθώους ἀποκτείνειν ἐκέλευε. Καὶ εἰς ἑπτὰ, ὥς φασι, χιλιάδας ἀνθρώπων ὁ φόνος προὐχώρει, ἀμήτου δίκην τῶν προστυχόντων θεριζομένων, μὴ κρίσεως μήτε μὴν ἐξετάσεως ἡγουμένης. Εἰσὶ δὲ οἳ φασι ῥητὸν προστάξαι πλῆθος τὸν βασιλέα ἀναιρεθῆναι. Ἐντεῦθεν δὲ, οἷα φιλεῖ, καὶ μηδὲν προσηκόντων φόνων ἡ πόλις ἐπίμπλατο· οὐ γὰρ μόνον οἱ ἐγχώριοι, ἀλλὰ καὶ ξένοι τινὲς καταπλεύσαντες, παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἐάλωσαν. Καὶ θρήνων ἄξια ἐπεγένετο πάθη, οἷον δὴ καὶ τόδε· Ἐμπόρῳ τινὶ παῖδες συνελήφθησαν δύο· ὑπὲρ ὧν παραδιδοὺς ἑαυτὸν, ἐκείνους ἐδεῖτο σώζεσθαι· μισθὸν δὲ, καὶ ὅσον ἦν ἐκείνῳ χρυσίον προῖσχετο τοῖς στρατιώταις. Οἱ δ' ἀπάνθρωποι ἐκεῖνοι τῆς συμφορᾶς ἐλεήσαντες, θάτερον ὃν ἂν ἕληται τῶν υἱέων λύειν ἐκέλευον, τὴν ἱκεσίαν δεχόμενοι. Ἄμφω γὰρ ἀφιέναι, οὐκ ἀκίνδυνον σφίσιν ἐτίθεντο, ὡς ἐνδεοῦς καθισταμένου τοῦ ἀριθμοῦ. Τῆς δὲ πατρικῆς φύσεως καὶ εἰς ἀμφοτέρους ὁρώσης, κλαίων καὶ ὀδυρόμενος, οὐδ' ἑτέρου διέκρινεν αἵρεσιν. Οὕτω δ' ἐν ἀπόρῳ καθεστηκότος, ἐπίσης γὰρ ἀμφοῖν ἐνικᾶτο τῷ φίλτρῳ, καὶ ἄμφω τοὺς παῖδας ἀπώλεσε, ζίφεσι τῶν στρατιωτῶν διαχρησαμένων αὐτούς. Ἀλλὰ καὶ οἰκέτης δεσπότῃ ἀγαθῷ τιμωρῶν ἀγομένῳ πρὸς τὴν σφαγὴν, ἑαυτὸν εἰς ἀναίρεσιν προθύμως ἐδίδου.

A nire populis præest, ingens et populosa: in hac seditio maxima est orta hac de causa. In Butherichi, qui tum militaribus in Illyrico copiis præfectus fuerat, pincernam auriga oculos adjecerat, ejusque pudicitiam tentarat. Et ea de causa comprehensus, in custodia detinebatur. **316** Cum autem insigne curule certamen in ea urbe peragendum esset, supplicavit plebs, ut aurigæ, qui singulari in certamine eo erat industria, delicti gratia fieret, et is ludicro ei interesse posset. Ubi vero tam sedula deprecatione id non impetrarunt, ad maximum incitati sunt tumultum. Per iracundiam namque plerosque imperatoris principes viros et ipsum Butherichum necarunt. Alios autem lapidibus obruerunt, et postea etiam per publicas vias raptantes traxerunt. Quam rei indignitatem postquam imperator intellexit, immani ira accensus est: et furoris impetum non ferens, rationis habenas abjecit, et appetitum calculo et sententia sua comprobavit. Qui licentia tanta recepta, veluti tyrannus arbitrio suo legibus solutus vivens, gladios iniquos adversus omnes strinxit, et crudeliter non sontes tantum ipsos, verum insontes quoque et innoxios necari jussit. Ad septem millia hominum cædes ea progressa esse dicitur, non secus atque in messe quadam, ferro quos sors obtulisset obvios carpente, nec judicio, nec quæstione habita. Sunt qui dicunt imperatorem certum hominum qui interficerentur numerum statuisse. Proinde sicuti fieri assolet, factum ut etiam eorum qui a causa essent alieni, cæde civitas sit completa. Non cives enim et incolæ tantum, sed hospites etiam, qui navibus eo appulerant, præter exspectationem omnem comprehensi sunt. Et profecto ploratu digna ibi commissa sunt facinora, quale est et illud: Mercatoris cujusdam filii duo sunt capti. Pro quibus, ut incolumes illi servarentur precatus, seipsum ad necem obtulit: pretiumque præterea quantum auri haberet, militibus se daturum pollicitus est. Feri vero et inhumani illi, casum viri miserati, alterum quem vellet ex filiis, precibus hoc ejus dantes, redimere jusserunt. Si enim utrumque dimitterent, periculum sibi ipsis creaturos esse, numero cæsorum aliquid decedente, dixerunt. Cum autem paterna natura et pietas in utrumque respectaret, flens ille et lamentans, quemnam ex utroque optaret, decernere non potuit. Atque ita animi ambiguus (utriusque enim ex æquo amore vincebatur) utrumque perdidit, militari ferro cæsum. Sed et servus quidam hero suo, quo benigno usus fuerat, cum is ad cædem duceretur, opem ferens, seipsum ad necem alacri animo obtulit.

B

C

ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'.

Περὶ τῆς τοῦ ἐπισκόπου Ἀμβροσίου παῤῥησίας· ὡς οὐκ ἀνῆκε Θεοδοσίῳ τὴν εἰς τὰ θεῖα ἀκτόρα εἴσοδον· καὶ περὶ τοῦ νόμου ὃν ἔθετο, καὶ περὶ τῶν ἄλλων αὐτοῦ παραινέσεών τε καὶ ἔργων.

317 CAPUT XLI.

De episcopi Ambrosii dicendi et arguendi libertate, ut Theodosium ab ingressu templi Dei prohibuerit: et de lege, quam posuit, et de aliis ejusdem Ambrosii egregiis dictis et factis.

Τὴν γοῦν συμφορὰν ταύτην Ἀμβρόσιος ὁ θεῖος μαθὼν, ἐπεὶ μετὰ τὴν Εὐγενίου νίκην ἦκεν εἰς Με-

Hanc tantam ærumnam divus Ambrosius audierat. Et cum post Maximum (1) devictum Theodo-

(1) In Nicephori Græco exemplari Eugenii nomen positum est: sed ego pro eo Maximum reposui, propter consequentia, ubi dicitur Theodosium Constantinopolim reversum esse. Ambrosius episcopus Theodosium ob tam tyrannicum facinus templo Mediolani excludit.

